Nº. 7947.

Sola Graecae et latinae linguae a Karolo magno
in Ecclesia Osnabrugensi instituta ea lege ut si quando
inter Ro^{ma} et Graecorum reges matrimonia coh[a]berent Ep[iscop]us
legationis munere fungeretur. Extat diploma apud Alb.
Crantz lib. 1 Metropol. c. 2.

· Joach. Camerarius in notis ad Chronologiam Nicephori
pag. 60 hos versus ex veteri codice designationi stirpis Karolinae
adscriptos refert

Haec stirps Francigenum regni dum stemmata habeat
Roma sceptrigeros Karolos dedit ac Ludouicos.

ubi et haec si vel ex Chronica quadam ego in Ubiis(?) Colleg. Claromontani ... 
sermonum ...

De Willhelmi in Gothiam incursu auxilio
Habdarraghmanis regis Arabum adversus
Karolum Francorum regem
et Sancii Sancionis in Pampilonem et Seburnos
Vide Epistolam Eulogii Cordubensis ad Willesindum
Pampilonensem Ep[iscop]um. ubi inter caetera:
habuit inquit adire B. Zachariae Scerasiense monasterium quod situm
ad radices montis Pyreneorum in pr[aefatae] Galliae coniata
Fontaragi portariis quib. Aragus fluvius oriens rapido cursu
Seburim et Pampilonam irrigans amni Canabro
infunditur. Prius autem quam eadem loca accederem plures apud
Legerense monasterium famosissimus ... Odoarius abbas praeceptis
Arga amnis prope Azpeletam non longe a Baiona sive Lapurdo
oritur. Unde Pompelonem tendens infra Lerin oppidum Egam
fluvium (qui Eulogio Canaber est vel Aragus Arga) flum. intrat.
Seburis urbs ad Aragi ripam eius nec nomen nec situm
intelligi posse Ambros. Morales putat, vel ... mihi esse ea
quae hodie fontarabia corrupto vocabulo pro Fontaraggi dicitur.
Legerense monasterium est quod Sam Salvador de Leyre ... vocant
ab urbe stella milliarib. VIII et Pompelone XXVIII distans.
Hurdaspallense monasterium hodie de Urdax non longe urbe a Bayona.

BIBLIOTH...

Aventinus lib x ca. pag. 710 Sub Ottone I ad annum 940

In Galliis Hugo Comes Parisiensis regnum adoritur. Nam
Ludovicus rex a suis profligatus et a Nordmannis captus
Hugonis Castello Laudunum mittitur atque custodiae traditur
scilicet. Molitus insuper imperium ad se trahere Hugo isto praetextu
quod ex Carolina gente linea transversa e Saxonum masculino
Otto vero e feminino natus esset. Adhaeserunt Hugoni
Unde? tum Argentina aliaeque civitates, tum principes ac nobiles non
pauci. Imperator [illegible] [illegible]
implorato sibi auxilio Ludovico Argentinam occupat et
quae prius Silberthal appellabatur, Strasburg nomen volunt.
ut liber de ducibus Bavariae refert. Ita progressus
ad Parisiorum urbem cum in extremas angustias Hugo redactus
esset, pacem petiit. Ludovicus, favente Ottone [illegible]
coniuge regnoque restituitur.

Historiæ latinæ olim scriptæ quæ ad Merovingos pertinent nondum fuit edita.

Extat — Vita S Remigii Remensis ab Hincmaro archiepiscopo scripta admodum tempore Caroli Calvi. — edita est a Surio. To 1 Histor Sanctor p. 278. Abitur et To. 5. pag 538.

habes — Gesta Francorum.

habes — Fredegarii Scolastici historia ex qua est Appendix addita Gregorio Turonensi titulo libri XI.

habes — De Sigebertis fragmentum veteris cuiusdam scriptoris circa annos M.
sed imperfectum quod pertinet ad vitam Sigeberti tertii paulo diversum est ab Sigeberti Gemblacensis narratione et his [illegible] ut ex eius [illegible]
Sigeberti regis Vita a Sigeberto Gemblacensi monacho scripta edita est a Surio To. 7 histor. Sanctor. pag. 45. 1 Febru.

Dagoberti regis vita asservatur est in vet. cod. S Dionysii qui est inserta Aimoino.

Bathildis reginæ Chlodovæi II. regis Dagoberti F. Uxoris Vita inserta est To. 7 hist. Sanctor. pag. 36. 26 Jan.

Pactus pro tenore pacis dominorum Childeberti et Chlotarii regum

Decretio Chlotarii regis

Decretum Childeberti regis. in Admicae sive Antonaco ... [illegible] Altmiaco

leges Salicæ [illegible]

II.

S Arnulfi Meten. Epi. To. 4 pag 714 et To 3 oper Bedæ.

S. Pipini ducis vita To 1. 21 Febr.

[illegible]

Ex vet. fragmento Latini Chronici quod fuit Maclovii Popponis senatoris in senatu Burg. consiliar.

Huic chat. Theoderico rege [illegible] ipse chat adnatus est Hildericus ex Solinda coniuge altera, quem Pipinus annuente procerum conventu, puerum in monasterium intrusit ne rursum partitione regni populus gravaretur

A~~lter ex Solinda~~ /
hic est qui Danielis nomen in Suessionum monasterio assumpsit
Alter ex Solinda Chlotarius nomine erat monachus factus
ut Ardamus Claromontensis scribit. & hic Chlotarius a Carolo Martello pro rege habitus quod est fratri adversus.

Arnulfus Comes post Eps Meten

Anchises maior domus Ann. 686 maritus Beggae sororis S. Gertrudis

Pipinus maior domus

Carolus Martellus qui et fortis maior domus

Pipinus brevis maior domus et rex Francor

Karolus Magnus rex Francor. patricius dein Imp Romanor.

Ludovicus Pius

Lotharius rex Italiae · Karolus rex Galliae · Ludovicus rex Germaniae

Hugo nominatus [illegible] · Ludovicus rex Italiae excecatus a Berengario · Lotharius rex [illegible] · Lotharingia nomen ab eo accepit

Ludovicus rex Austrasiae et Orientalis Franciae · Karlomannus rex Bavariae · Karolus rex Alemaniae

Arnulfus rex Bavariae et Franciae

Lotharius = Bertha = Albertus marchio

Hugo rex Italiae · Wido · Lambertus.

Zwentibaldus dux Lotharingorum · Ludovicus rex Orientalis Franciae · Conradus ab Alberto interfectus

Conradus ultimus Carolingorum

Frumbertus rex Wendelmoda. · Lotharius rex Alda Teutonica.

Karoli Calvi filius

Ludovicus rex Francor. · Karolus in Veraha occisus

Karlomannus rex [illegible]

Irmintrud. · Ludovicus rex Franciae · Karolus

Cunigund · Lotharius rex Fr. · Karolus

Sigefrid comes. · Lotharius item rex.

Double de
L i5 1. (Réserve)

~~Double de~~
L 1278 [illegible]

# ANNALIVM ET HISTORIAE FRANCORVM

Ab anno CHRISTI DCCVIII.
ad ann. DCCCCXC.

SCRIPTORES COÆTANEI
XII.

*Nunc primum in lucem editi*

Ex Bibliotheca P. PITHOEI I.C.

*Inſerta ſunt & alia quædam vetera, ad illorum temporum hiſtoriam pertinentia.*

II.

Istud exemplar fuit Petri Pithœi. qui edidit istos scriptores. deinde Caroli Labbaei, post Stephani Baluzii. Deinde du Fargny.



PARISIIS,
Apud CLAVDIVM CHAPPELET, via Iacobæa, ſub ſigno Vnicornis.

M. D. LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO.

Stephanus Baluzius Tutelensis.

**PATRIÆ. ET. POSTERITATI.**

**P. PITHOEVS. P. F. P. N.**

**HAC. ETIAM. PARTE.**

**QVOD. POTVIT. PRO.**

**TEMPORE. V. S. L. M.**

# IN HOC TOMO HAEC CONTINENTVR.

I. Annales Francorum ab anno incarnationis Domini DCCXIII. ad annum DCCCLXXXIII. Maguntiæ, vt videtur, ſub ditione Lotharij & Ludouici filij ſcripti ~~temporibus Rhabani Mauri Archiepiſcopi.~~ pag. 1. 144 · 65

II. Frodoardi presbyteri Eccleſiæ Remenſis Annales ſiue Chronicon ætatis ſuæ. i. ab anno Chriſti DCCCCXIX. ad annũ DCCCCLXVI. cum appendice annorum aliquot. 147.

III. Continuatio ab anno DCCCCLXXVII. ad annum DCCCCXC. ex Chronicis VVillelmi Nangij monachi S. Dionyſij nondum editis. 267

IIII. Odoranni monachi S. Petri Viui Senonenſis Chronicon, quod ille iam ſexagenarius collegit anno I. XLV. 296

V. Fragmentum Gallici ſcriptoris ex Conrado Abbate, ad annum DCCCCXXII. 299

VI. Genealogia B. Arnulfi Metenſis Epiſcopi ex antiqua membrana eiuſdem Eccleſiæ. 308

## IN ALTERO ISTA.

VII. Fragmentum veteris ſcriptoris de Maioribus domus Regiæ, ex Codice Floriac. Cœnobij. 1

VIII. Vita Karoli Magni Francorum Regis & Imp. deſcripta, vt videtur, magna parte à monacho S. Eparchij Egoliſmenſis ex annalib. plebeio & ruſticano ſermone compoſitis, quos & Regino Prumiẽſis ſequutũ ſe ait ad annum DCCCXIII.

nonnullis interpolatis, paucis etiam additis. 76
IX. Charta diuiſionis Imperij quæ in quibuſdam exemplarib: karolo magno adſcribitur, non certa fide 81
X. Fragmentum ex hiſtoria Pauli VVarnefridi Langobardi filij, Diaconi Foroiulienſis de Epiſcopis Mediomatricum Eccleſiæ. 89
XI. Conſtantini Manaſsis de karolo. Imp. verſus Politici. 92
XII. Thegani Chorepiſcopi Treuerēſis de geſtis Ludouici Pij Imp. cum præfatione VValafridi Strabonis Abbatis Augienſis. 99
XIII. Acta impiæ & nefandæ exauctorationis eiuſdem Ludouici Imp. apud Compēdium Anno DCCCXXII. 136
XIIII. Præceptum eiuſdem Imp. de diuiſione inter filios. 148
XV Vita eiuſdem Ludouici Pij incerto ſcriptore, ſed tamen coætaneo 157
XVI. Chartæ priuilegiorum ab eodem Imp. conceſſorum Hiſpanis, qui ad ipſū Saracenorum metu confugerant, ex Tabulario Eccleſiæ Narbonenſis. 288
XVII. NITHARDI, Angilberti filij Karoli Magni Imp. ex Bertha filia nepotis de diſſēſionibus filiorum Ludouici Pij libri quatuor. 297
XVIII. Libellus proclamationis karoli Regis aduerſus Guenilonem Archiepiſcopum Senonū oblatus Synodo Tullenſi ſiue Saponariæ, anno DCCCLIX. cui ſubiuncta eſt Epiſtola eiuſdem Synodi ad Epiſcopos Britanniæ ſiue Armoricanæ prouinciæ. 279
XIX. Acta Coronationis karoli Imp. Ludouici

filij. 390
xx. Sacramentum eidem Imp. præſtitum ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatib. Comitibus ac reliquis Italiæ optimatibus. 401
Subiuncta ſunt alia fidelitatis ſacramenta eidem Regi à Francis præſtita. 404
xxi. Fragmentum hiſtoriæ Francicæ à Ludouico Balbo, qui à quibuſdam Illuſtris, ab aliis Nihili dictus eſt, ad Hugonem regem. Ex vetuſta membrana Floriac. Cœnobij. 407
xxii. Aliud Fragmentum Aquitanicæ hiſtoriæ ex peruetuſta ſcida Lemouic. à morte karoli Calui ad Hugonem Regem. 416
xxiii. Epitaphia quorūdam Regum ex vetuſtis monumentis. 287. & 427
xxiiii. Abbonis Leuitæ de obſidione vrbis Pariſiorum à Normannis ad Gozlinum fratrem, Libri duo. 435

# PRÆFATIO.

CVM nobis pridem in animo eſſet hoc etiam Patriæ Poſteritatiq. tribuere, vt veteres ſuas non hiſtorias ſolum, ſed & Leges & Synodos, potiſſimum vero illas quæ temporum ſiue negligentia ſiue iniuria hactenus latuerunt, tandē aliquando in lucem editas aſpiceret, viſum eſt, hac maxime tempeſtate qua leges iudiciaq. potius quam lites & iurgia interquieſcunt, ex tribus illis, quas Regiæ familiæ varietate quadam, quaſi diuerſas Reipublicæ noſtræ ætates vulgo notant, a media potius incipere; cum quod ea, quamuis rerum ſuarum ſcriptores nec paucos nec ignobiles habuerit, hominibus tamen noſtris ad hunc diem minus cognita fuit, tum quod mutationis vtriuſque exempla præbet inſignia, quę pręteritarum rerum experimē-tis & periculis in futurum proſpicere ma-

iores noſtros docuerunt, & vt nos poſteroſque, bene poſitos ab illis terminos bona fide cõſeruare doceāt, etiam atque etiā optandum eſt. Ac iam quidem ea à nobis mente edita ſunt nuper Pipini, Karoli ac Ludouici Capitula (ſic enim leges ſuas appellarunt) adiectis etiā nonnullis à Caluo ſub regni initia promulgatis. Reliqua ipſius, ſimul & aliorū eius familiæ plura quæ commode eodem tomo comprehēdi non potuerunt, aliud ocium expectant, quo, Deo dante, vel ſeparatim vel cum Synodis edentur: quæ & ipſæ ſatis teſtari poterunt, quam miſera & calamitoſa non plebi modo, ſed etiam Eccleſiæ illorum temporum conditio fuerit. Mali fontes cauſaſque aperient rerum geſtarum ex profeſſo ſcriptores coætanei plures quos iā in publicū damus, ea nobis lege vltro impoſita, vt ne quid admiſceremus eorum quæ ad reliquarum ætatum hiſtoriam magis pertinere viſa eſſent, vel quæ antehac edita, aut longo poſt tempore ſcripta fuiſſe conſtaret. Hanc tamen fefellit Appendix Nangiana, quā forte ad præcedens Chronicon ex maiore opere decerptam, ſupplementi loco olim adieceramus. Sed & Partitio illa regnorum Karoli Imp. quæ licet dubiæ

ſit fidei vt merito numerari poſſit inter tot ſingularis ocij commẽta quę ſequiora nobis ſæcula ingeniaque pepererunt, tamen in chartaceo exemplari, Thegani vere Frãci hominis operi recentiore manu ſubiunčta fuit. Nam quod ad Gallici ſcriptoris fragmentum attinet, mole ſua tanti non fuerit vt in numerum veniat; & tamẽ eiuſmodi eſt, quod reliqui deſiderium non immerito excitet. Annales plures dare potuimus; eos etiam quos Theodulphi nomine à multis laudari audimus, falſo. Sunt enim iidem ipſi quos plebeio & ruſticano ſermone ſcriptos Regino Prumiæ abbas ad annum DCCCXIII. nonnullis interpolatis, ſequutum ſe ait: quibus in exemplari amici noſtri viri optimi & doctiſſimi, (quo illi ſolo vſi ſunt, præfixi verſus ex præfatione Theodulphi Aurelianen. Epiſcopi ad Karolum regẽ de proceſſione ſpiritus ſancti, anſam eius erroris facile præbuerunt. Eos, ſiquis adhuc deſiderat, inſertos reperiet vitę Karoli Magni quam ex codice, nõ Angoliſmenſi, vt titulus aliquando prætulit (eſt vero id portus ad Oceanum Santonicum nomen, Vandalorum quondam adpulſu & Martelli victoria celebre, quod hodieque locus ipſe retinet), ſed Ecoliſ-

menſi ſeu Iculiſnenſi adiecimus. At nos Reginonis eiuſdem excuſatio, qua ſe de rebus Ludouici Imp. Lud. F. a quo ipſe nec ætate nec regione adeo remotus fuit, nihil aut legiſſe ſcriptũ, aut à ſenioribus audiſſe queritur, præcipue induxit, vt eos potius Annales præponeremus, quorum auctorem Caluo noſtro ad calumniã vſque iniquum minus mirabitur qui Moguntiæ ſub Ludouici illius ditione conſcriptos ſciet, leuius etiam laturus cum in Pium patrem ac Iuditham turpiſſima conuitia Friderici Traiecten. Epiſcopi hiſtoriæ inſerta legerit. Adeo veritatis intereſt iræ & ſtudij procul eſſe cauſſas. quod ego ne de Nitardo quidem prudentiſſimo alioqui ſcriptore præſtare auſim: quem Centulẽſis hiſtoria (vt hoc etiã obiter moneamus) non ſatis congruente tẽporũ ratione Engilberto patri in eiuſdẽ monaſterij poſſeſſione, beneficij Regalis iure ſucceſſorem facit. Iam de Frodoardi Chronico (ſiue is Flaualdus vel Floardus ſit Remenſis Eccleſiæ presbyter qui Archiepiſcoporum ſuorum vitas à B. Remigio ad Artaldum diuerſo plane ſtilo deſcripſit) & hoc monere viſum eſt, ea quæ ad Virdunenſes Epiſcopos pertinent, ſed & alia quædam

virgulis incluſa, ex tribus exemplaribus vnius eſſe quod Diuionenſe appellauimus, quãquam Viriduni potius deſcriptum videatur. Quiſquis ille fuit ſcriptor, multas profecto nobis ſui ſæculi hiſtoriæ tenebras diſcutiet: fabulas etiam illas de Nortmannis ceſſare iubebit quarum auctor noſtris VVillelmus Gemmeticenſis cœnobita, illi Dudo quidam vir peritus, qui tribus libris ſcholaſtico ſermone, vt tempora tulerunt, poëtice potius quã hiſtorice, eius gẽtis res potiſſimum in Gallia geſtas compoſuit ad annum Chriſti DCCCXCVI. Eorum nobis antiquiſſima exemplaria videre contigit, quorum nugas alter ille libro primo hiſtoriæ ſuæ gentilitia fide complexus eſt. Sed de rerũ noſtrarum ſcriptoribus ſingulorumque auctoritate ac fide, dabitur alius amplius dicendi locus. Nunc nos temporis ac valetudinis ociique ratio breuiores eſſe cogit, quam fortaſſe par erat, certe quã propoſueramus. Illud tamen hic profiteri noſtra intereſt, omnia nos fide optima ex antiquis exemplaribus aut deſcripſiſſe, aut deſcribi edique curaſſe, tãta certe ſimplicitate ac religione, vt non ſcripturæ modo varietatem, ſed etiã vitia pleraque manere paſſi ſimus, quæ alioqui nobis quidẽ

corrigere & emendare facile fuit. Hoc veremur ne ſeculi vitio ſuperſtitionem plerique interpretentur. Verum in hanc partem deficere, tutius nobis viſum eſt. Tu Lector, in bonam accipe, faue, & vale. Lut. Pariſior. v. Id. Sept. CIↃ IↃ LXXXVIII.

---

## *Extraict du Priuilege.*

PAR priuilege du Roy dõné à Paris le 28. iour du mois d'Aouſt 1588. ſigné par le Cõſeil Danes, pour imprimer ou faire imprimer par Claude Chappelet Libraire en l'Vniuerſité de Paris vn liure intitulé, *Annalium & Hiſtoriæ Francorum ab anno* DCCVIII. *ad annum* DCCCCXC. *Scriptores*, eſt defendu à tous autres Libraires ou Imprimeurs de ce Royaume, d'imprimer vendre ou diſtribuer ledict liure fors de ceux que ledict Chappelet aura imprimé ou faict imprimer, ou de ſon conſentement iuſques à dix ans apres la premiere impreſſion à peine de confiſcation de ce qui ſe trouuera imprimé ou vendu autrement & d'amende arbitraire.

*Ex antiquiſſimo codice legis Salicæ cui ſubiunctum fuit Chronicon ad annum* DCCXCVIIII.

| | |
|---|---|
| Anno DCXCVII | Pipinus ſenior regnare cœpit. |
| DCCVII | Quando Droco mortuus eſt tempore vernis. |
| DCCVIIII | Quando Dominus Pipinus perrexit in Suauis cõtra Vvilariũ. |
| DCCX | Idem Pipinus in Suauis contra VVilarium. |
| DCCXI | Tunc aquæ inundauerunt valde, & Hildebertus mortuus eſt,& exercitus Francorum in Suauis. |
| DCCXII. | Item exercitus Francorum in Suauis contra VVilarium; & Eribertus rex Langobardorum mortuus eſt. |
| Anno DCCXIII | Mors Angledulfi regis, & depoſitio Suidberti Epiſcopi. |

Ex Lantberto Scaffnab

DCC X. Pippinus maior domus regni Fräcorũ perrexit in Alemanniam.

# *ANNALES SIVE GESTA* FRANCORVM AB ANNO INCARNATIONIS DOMINI DCCXIIII. AD ANNVM DCCCLXXXIII. INCERTI SED VETVSTI SCRIPTORIS.

In Annales fuldenses. post dich. tom. II. Coll. ech. Script. Franc. Andr. Duchesne.

PIPPINVS filius Anchiſi dux Francorum, poſt mortem VVolfaldi ducis partem Auſtriæ regebat, obtinuítque regnum Francorum per annos XXVII. cum regibus Ludeuuico, Hildeberto & Dagoberto. Moritur anno ſecundo Anaſtaſij Imperatoris, qui eſt ab Incarnatione Domini DCCXIIII. in menſe Decembri. Huius filius Karlus ex Alheyde, quam poſthabita priore coniuge VValtrude duxit vxorem, ſub honore Maiordomatus tenuit regnum Frãcorum annis XXVII. Hoc eodem anno DCCXIIII. Grimoaldus ſimiliter mortuus eſt.

ANNO DCCXV. Poſt mortem Pippini Plectrudis eius relicta vidua incomparabili odio contra Carlum ſuccenſa, cuſtodia eum publica obſeruari iubet: vnde ille diuino auxilio liberatus, primo certamine contra Ratbodum regem Friſonum qui Coloniã vſque venerat, menſe Martio pugnans, dum fortiter dimicat, magnum exercitus ſui damnum conſequitur: Dagobertus Rex mortuus eſt, & Saxones deuaſtauerunt terram Bazzoarionum.

DCCXVI. Raginfridus maiordomus & Hilpricus cum exercitu fines Colonienſium & regiones Reno contiguas vaſtant, acceptiſque à Plectrude muneribus reuertuntur.

DCCXVII. Raginfridus & Hilpricus rex in Vinciaco, die Dominica ante Paſcha cũ Carlo pugnantes terga verterunt, quos Carlus fugientes cædendo perſequitur vſque Pariſios.

DCCXVIII. Carlus victor regrediens Coloniam venit, receptiſque à Plectrude theſauris patris ſui, regem ſibi conſtituit Lotharium, nomine, non poteſtate. Hilpricus vero & Raginfridus auxilio Eudonis ducis Aquitaniorum inſtaurata rurſus acie, ſuperati fugantur à Carlo.

DCCXIX. Carlus ad Eudonẽ mittit & Hilpricum, qui ad eum cõfugerat, per legatos recipit. Quo tempore rex Lotharius mortuus eſt.

DCCXX. Mortuo Hilprico Carlus Teotricum in ſede regni conſtituit.

DCCXXI. Carlus Raginfridũ perſequens, Andegauis vrbem cepit. Poſtea Saxones vaſtando, victor redit.

DCCXXII. Carlus Alamannos Baioarios armis ſubegit.

DCCXXIII. Iterum Alemanni & Norici pacis iura temerare nituntur.

DCCXXIIII. Carlus trãſito Ligere, Eudonem fugat, vaſtata & incenſa regione eius.

DCCXXV. Sarraceni ab Eudone in auxilium ſuum vocati cũ rege ſuo Abdirama, Garonnam Burdigalémque perueniunt, cunctis locis vaſtatis & eccleſiis igne crematis. Baſilicam quoque ſancti Hylarij Pictauis incendunt.

DCCXXVI. Carlus Sarracenis cum manu valida occurrens, & auxilio Dei fretus, regem eorum cum infinita multitudine proſtrauit, deuictiſque hoſtibus cũ triumpho regreditur.

DCCXXVII. Carlus Burgundiam petens Lugdunum & ciuitates reliquas ſuæ di-

tionī ſubegit.

DCCXXVIII. Eudo dux moritur, & Carlus Aquitaniæ prouinciam abſque bello recepit.

DCCXXVIIII. Carlus nauali euectione regnum Friſonum ingreditur, interfectíſque quàm plurimis, Popponem ducem eorum interemit, ſubuerſiſq; lucis, fanis, victor cum præda magna reuertitur.

DCCXXX. Sarraceni, collecto exercitu, Auennionem vrbem capiūt, & circumquaque regiones deuaſtant.

DCCXXXI. Carlus aſſumptis armis vrbē Auennionem obſidione vallat, inſtructíſque machinis capiens, magnam Sarracenorum ſtragem effecit.

DCCXXXII. Carlus Gothorum fines penetrans, Narbonem obſidet, rege Sarracenorum Athirua intus incluſo.

DCCXXXIII. Sarraceni de Hiſpania audientes vrbem obſeſſam, armati ſuperueniunt: contra quos Carlus dimicās, regem cum populo vſque ad internecionem deleuit.

DCCXXXIIII. Sarraceni à Carlo in bello ſuperati: qui gladium effugere poterant, aſcenſis nauibus, demerſi ſunt in mari.

DCCXXXV. Franci Carlo duce Sarrace-

nos proterunt, prædam magnam ducẽtes, & captiuorum multitudinem.

DCCXXXVI. Regionem Gothicam Carlus cũ Francis ingrediens, vrbes famoſiſſimas, Nemauſum, Agaten & reliqua caſtella capit, deſtructis muris & mœniis earum vſque ad fundamenta.

DCCXXXVII. Carlus Saxones tributarios fecit.

DCCXXXVIII. Carlus regionem Prouinciam ingreſſus, Maurorum ducem qui dudũ Sarracenos per dolum inuitauerat, fugere compulit.

DCCXXXIX. Carlus Prouinciam totam, & cuncta eius maritima loca ſuæ ditioni ſubegit.

DCCXL. Pax & quies regno Francorum per Carlum redditur ad tempus, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Sarracenis, Prouincialibus receptis.

DCCXLI. Carlus anno Ducatus ſui XXVIII. moritur Pariſiis, & apud ſanctum Dionyſium ſepelitur. Cuius filij Carlmannus & Pippinus, ſub obtẽtu Maiordomatus, totius Franciæ regnum ſuſcipiunt, & inter ſe diuidunt.

DCCXLII. Carlmannus & Pippinus Hu-

naldum Aquitanię ducem imperio ſuo reſiſtentem, bello ſuperatum ad VVaſcones fugere compellunt: ſimul & Alamannos duce Theobaldo rebellare temptantes, mira celeritate comprimunt.

DCCXLIII. Carlmannus & Pippinus Odilonem ducem Baioariorum rebellare conantem prælio ſuperant.

DCCXLIIII. Carlmannus cum Odilone duce Baioariorum pacem fecit.

DCCXLV. Carlmannus & Pippinus ſimul Saxonum perfidiam, vaſtata eorum regione, vlciſcuntur, & caſtrũ Ohsburg capiũt.

DCCXLVI. Carlmannus Alamannos iterum res nouas molientes, nõnullis eorum interfectis, compeſcuit.

DCCXLVII. Carlmannus relicta, quam tenebat, poteſtate Romã vadit, ibique mutato habitu religioſe victurus, in Caſſinum ad ſanctum Benedictum ſecedit & monachus efficitur.

DCCXLVIII. Gripho frater Carlmanni & Pippini poteſtatem quandam affectans ad Saxones ſe contulit. Pippino verò per Thuringiam ingreſſo Saxoniam ſuper fluuium Obacra, in loco qui dicitur Horoheim Saxones occurrunt, Gryphonẽ cum eo pacificare cupiẽtes. Grypho autem nec

Saxonibus,nec Frãcis ſe credẽs, in Baioariam fugit.

DCCXLIX. Pipinus in Baioariam pergens Taſſilonem nepotem ſuum natum ex Hilthrude ſorore ſua, ducẽ ibi cõſtituit, Gryphone & Lanfrido inde eductis.

DCCL. Pipinus Gryphoni in partibus Neuſtriȩ, XII. comitatus dedit. Sed ille nec ibi ſecurũ ſe eſſe ratus, ad VVaifarium ducem Aquitaniæ ſeceſſit.

DCCLI. Pipinus miſſa Romam legatione, Zachariam Papam interrogat de regibus Françorum ex antiqua Merouingorum ſtirpe deſcẽdentium, qui reges quidem dicebãtur, ſed poteſtas regni tota apud Maiorẽ domus habebatur, excepto quod cartæ & priuilegia Regis nomine ſcribebantur, & in Martis cãpum qui Rex dicebatur plauſtro bobus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno à populis viſus, publica dona ſollẽniter ſibi oblata accipiebat, ſtãte coràm Maiore domus, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis adnuntiante: ſicque Rege domum redeũte, cætera regni negotia Maior domus adminiſtrabat. Orat ergo ſibi decerni quis eorum iuſte Rex debeat dici & eſſe, is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui

vide Gotfrid. Viterb. part 17.

curam totius regni, & omnium negotiorum moleſtias ſufferat.

DCCLII. Zacharias Papa ex auctoritate ſãcti Petri Apoſtoli, mãdat populo Frãcorum, vt Pipinus, qui poteſtate regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hyldricus Rex, qui vltimus Merouingorũ Frãcis imperauit, depoſitus & in monaſterium miſſus eſt. Pipinus verò in ciuitate Sueſſionũ à ſancto Bonifacio Archiepiſcopo in regem vnctus, regni honore ſublimatus eſt.

DCCLIII. Pipinus iterum Saxonum perfidia prouocatus, regiones eorũ deuaſtat: in qua expeditione Hildigarius Colonienſis Archiepiſcopus à Saxonibus interimitur. Grypho frater Pipini cùm Italiam petere conaretur, in valle Mauriẽna, à comitibus fratris ſui occiſus eſt. Stephanus Papa Romanus auxilium cõtra Haiſtulphum regem Longobardorum petens, ad Pipinum in Franciam venit: a quo honorificè exceptus, apud Pariſios duos filios eius Carlmannum & Carlum vnxit in reges.

DCCLIIII. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinenſis Eccleſiæ, euangelizans gẽti Freſonum verbum Dei, martyrio coronatur, anno Epiſcopatus ſui XXXVI. die

quarto menſis Iunij. Poſt quem Lullus in cathedra eius ſedit annos xxxij. Carlmannus frater Pipini cum cõſilio Haiſtulfi regis Longobardorum in Franciam veniens ad perſuadendum fratri ne exercitum in Italiam duceret, non poſt multos dies Lugduni vita deceſſit. Pipinus verò Italiam ingreſſus Haiſtulfum ſuperatum & Papiæ incluſum obſides dare, & res ſãcti Petri reddere ſacramẽto cõſtringit. Stephanus Papa duce Hieronimo fratre Pipini Romam reuertitur.

DCCLV. Haiſtulphus ſacramenta mentitus, collecto exercitu, Romam impugnando circundat, omnia extra vrbem ferro & igne vaſtans. Eius rei nuntium pontifex, marino itinere miſſis legatis, Pipino inſinuat, deprecans & obteſtans ne inceptum opus quod ſancto Petro promiſerat, imperfectum relinqueret.

DCCLVI. Iterum Pipinus Italiam ingreſſus Haiſtulfum Papiæ incluſum obſidet, Rauennam cum Pentapoli reddere compellit, & per Folradum miſſum ſuum, ſãcto Petro Apoſtolo & Stephano Papæ vicario eius tradit.

DCCLVII. Haiſtulphus in venatione quadam equo lapſus regnum cum vita perdi-

dit. Cōſtantinus Imperator Pipino regi inter cætera munera, etiam organum mittit.

DCCLVIII. Pipinus Saxonibus tributum impoſuit, vt trecentos equos ſingulis annis ſibi ſoluerent.

DCCLIX. Vaipharius dux in Aquitania tyrannidem exercens, preſſuras Eccleſiarum Dei mouit, deprædationes & iniuſtitias multas fecit.

DCCLX. Pipinus VVaipharij ducis ſtultitia permotus, ducto in Aquitaniā exercitu, iuſtitias Eccleſiarum Dei facere renuētem, rerum iniuſte ablatarum reſtitutionē promittere ſacramento coegit.

DCCLXI. Vaipharius iuramenta mentitus Pipino moleſtus efficitur, & ferro & igne cuncta vaſtando Cauillonem vſque peruenit, Pipinumque ſibi cum ſuis occurrere compulit.

DCCLXII. Pipinus cum Carlo filio Burbonem, Cantelam, Clarmontem, aliaſque ciuitates & caſtella pugnando cepit, aliiſque quam plurimis eius dominatui ſubiectis, etiam Bituricam expugnat.

DCCLXIII. Taſſilo nepos Pipini de exercitu regis ſe ſubducens, ad Baioarios ſeceſſit.

DCCLXIIII. Hoc anno contigit hiems valida & præter ſolitum prolixa.

DCCLXV. Pipinus interfecto VVaiphario & omni Aquitania ſubacta rediens, apud Pariſios VIII. Kalēdas Octobris diē obiit, anno ætatis LIIII. filiíque eius Carlus & Carlmannus infulas regni ſuſcipiunt.

DCCLXIX. Carlus cum fratre Carlmanno Hunaldum in Aquitania rebellare & imperio ſuo reſiſtere conantem, bello ſuperatum cepit.

DCCLXX. Bertham reginam filiam Deſiderij regis Langobardorum Carlmanno filio ſuo coniugio ſociandam de Italia adduxit.

DCCLXXI. Carlmannus Rex deceſſit II. nonas Decēbris in villa Salmuntiaco. ſepelitur Remis. vxor eius & filij in Italiam pergunt. Carlus habita ſynodo in Valentianas, Corbanacum venit, vbi omnes Epiſcopi, Abbates, Comites & Duces qui fuerunt fratris ſui, ad ſe venientes ſuſcepit, exceptis paucis qui cum vxore Carlmanni perrexerant.

DCCLXXII. Carlus Saxoniam bello aggreſſus, Eresburgum caſtrum cepit, & idolum Saxonū, quod vocabatur Irminſul, deſtruit. Vbi cū exercitus præ ſiccitate ſiti deficeret, ſubito in quodam torrente, media die diuinitus aquę effuſę ſūt largiſſi-

mæ. Saxones iuxta Viſurgim fluuium ad Regem veniẽtes, datis obſidibus XII. cum eo pacificantur. Adrianus Romæ pontificatum ſuſcepit.

DCCLXXIII. Carlus ab Adriano pontifice pro defenſione rerum ſancti Petri inuitatus cum exercitu ad Italiam pergebat; cui Deſiderius obſiſtere nitens, cluſis Alpium obſeratis, occurrit. Franci cluſis potiti, Deſiderium fugientem & Papię incluſum obſident. Carlus orandi gratia Romã venit, & ab Adriano honorificè ſuſceptus ſanctum diẽ Paſchæ cum lætitia celebrat.

DCCLXXIIII. Longobardi obſidione pertæſi pariter cum rege Deſiderio egrediuntur ad Regem. Ille verò altera die cum hymnis & laudibus Dei vrbẽ ingrediens theſauros regum repertos exercitui diſtribuit, & cunctum Italiæ regnum adeptus, in Frãciam regreditur, ducẽs ſecum Deſiderium cum cõiuge eius. Adalgiſus filius eius Cõſtantinopolim fugit. Interea Saxones in Heſſis terminos Francorum vaſtant.

DCCLXXV. Carlus Saxonum perfidiam vltus, omnes eorum regiones ferro & igni depopulatur. Sigisburgum caſtrum capit, Eresburgũ reædificat. duobus præliis eos ſuperat, vno iuxta Brunesberg, ripas Vi-

ſurgis fluminis defendere conantes, & altero in Lidbechi maxima eorum multitudine interfecta. Ruodgaudus Langobardus Italiæ regnum affectat.

DCCLXXVI. Carlus cõtra Ruodgaudum in Italiam profectus eundem interficit. In Saxonia Eresburgum caſtrum Saxonibus redditum eſt, Sigiburgũ ab eis obſeſſum, ſed non expugnatum.

DCCLXXVII. Saxones poſt multas cædes & varia bella afflicti, tandem Chriſtiani effecti, Francorum ditioni ſubduntur, & conuentus in Saxonia habitus, in loco qui vocatur Padrabrunno, vbi Ainalarabi Saracenus præfectus Cæſar-Auguſtæ venit ad regem. Ibi Saxones baptizati ingenuitatem & omnem proprietatem ſuam ſecundum morem gentis abdicantes, regi tradiderunt, ſi à die illa & deinceps Chriſtianitatem, & regi ac filiis eius fidelitatem abnegaſſent.

DCCLXXVIII. Carlus cũ exercitu in Hiſpaniã vſque Cæſar-Auguſtã venit. Pampilonem vrbem deſtruit. De Ainalarabi & de Habitauro præfectis Saracenorum obſides accepit, VVaſconib. & Nauarris ſubactis, reuertitur in Frãciam. Interea Saxones, VVindichindo tyrãno annitẽte, Frã-

eorum terminos vſque ad Rhenum ferro & igne deuaſtant, ſed non impune reuertuntur. Nam ab exercitu Regis quem cõtra eos miſerat, in loco qui dicitur Lieſi ſuper fluuium Adarna, pars maxima eorum interfecta eſt.

DCCLXXIX. Carlus more ſuo Saxonum perfidiã in loco qui dicitur Hocholz, per ſe vlciſcitur, & omnes acceptis obſidibus firmat in loco qui vocatur Medofulli. Hildibrãdus dux Spoletanus ad Carlum venit.

DCCLXXX. Carlus habito cõuentu in Saxonia iterum eam ſubigit, diſpoſitiſque tam Saxonum quam Sclauorũ rebus orationis cauſa Romam vadit.

DCCLXXXI. Pippinus filius Carli Romæ baptizatur ab Adriano Papa, à quo ipſe & frater eius Ludouuicus vncti ſũt in Reges. Taſſilo dux Baioariæ apud VVormatiã ſacramento & obſidibus ſuæ ſubiectionis fidem fecit, honorifice remiſſus ad ſua. Eo tempore multa ſigna apparuerunt, inter quæ ſignum Crucis in veſtimentis hominum frequentiſſime viſum eſt.

DCCLXXXII. Carlus habuit conflictum in loco vbi Lippia oritur, cum omnibus primatibus Saxonum, excepto VVidichindo rebelle & eis qui cum eo erãt. Vbi ad eum

Lambert Scaffnab. DCCLXXXI Carolus diuiſit terram inter Epos in Saxonia.

venerunt miſsi Godefridi regis Danorum: Halpdani ſcilicet cũ ſociis ſuis: Miſſi quoq; Hunorum Cagani & Iugurri. quibus auditis atque remiſſis, Rex quidem in Frãciam reuerſus eſt, Saxones vero, ſuadẽte VVidikindo, iterum rebelles effecti, legatos regis Adalgiſum & Gailonẽ in Sclauos cum exercitu miſſos, conſerto cum eis prælio in loco qui dicitur Sundtal, nõ ſine grãdi clade ſuorum occiderunt: quorum mors quatuor millium & quingentorum hominum decollatione vindicata eſt.

DCCLXXXIII. Hydegarda Regina diẽ obiit II. Kal. Maij. Deceſſit & Berta Regis mater IIII. Id. Iul. Carlus Saxones duobus pręliis magnis vicit, vno in Thiotmellie, altero iuxta fluuium Baſa, immenſa eorum multitudine interfecta. Eodem anno rex Vaſtradam duxit vxorem.

DCCLXXXIIII. Carlus iunior à patre cum exercitu in Saxoniam miſſus VVaſtfalaos in prælio ſuperauit & domuit.

DCCLXXXV. VVittikint Saxo Attiniaci ad fidem Carli venit, & baptizatus eſt, & Saxonia tota ſubacta. Coniuratio Orientaliũ Francorum contra regem exorta, & cito compreſſa eſt.

DCCLXXXVI. Carlus per Autulfum Sen-

ſcalcum miſſo exercitu Britones domuit. Et ipſe per Italiam rebus ordinatis orationis cauſa Romam vadit. Lullo Mogontiacẽſi Epiſcopo defuncto Richolf ſucceſſit. Auctores conſpirationis contra Regẽ partim morte, partim cæcitate & exilio damnantur. Eclipſis ſolis facta eſt xv. Kalen. Octob. Carlus cum exercitu Beneuentum ingreſſus, Capuam venit: Grima dũ Aragiſi ducis Beneuentanorum in obſidatum accepit. Hruodtrudis filia regis à Conſtãtino Imperatore deſponſatur.

DCCLXXXVII. Taſſilo dux Baioariorum ad Carlum in palatio Ingilehein veniens, multis periuriis & infidelitatibus conuictus deponitur.

DCCLXXXVIII. Græcorum exercitus à Francis, & Langobardis, & Beneuentanis prælio ſuperatur. Similiter & Auares in Marcha Baioarię atque Italiæ à regis exercitibus victi & fugati ſunt.

DCCLXXXIX. Carlus per Saxones iter faciens, venit ad Album fluuium; habens in exercitu ſuo Frãcos, Saxones, Sorabos & Abodritos, quorũ princeps erat VVitzan, Freſones quoque per Abola fluuium nauigio veniẽtes, cõſtrũctis duobus pontibus, quorum alterum ex vtraque parte caſtellis

muniuit,

muniuit, tranſito flumine, Sclauorum qui vocantur VVilzzi, terrã ingreſſus, magnis eos prœliis domuit, ac ditioni ſuæ ſubiugauit.

DCCXC. Hic annus à bellorum motibus quietus fuit, quem Rex apud VVormaciam tranſegit.

DCCXCI. Palatium VVormacenſe incendio cõſumptum eſt. Carlus propter multa mala & prædationes ac cædes quas Huni exercuerant in populo Dei prouocatus, congregato exercitu in Baioaria iuxta Aniſam fluuium, cum omni populo ſuo ieiuniis & obſecrationibus triduo celebratis, exercitum diuidit. Ipſe cum Frãcis, Alamãnis, & Baioariis ex Auſtrali parte Danubij per Cummiberg; Saxonibus & Thuringis cum parte Francorum per littùs Septẽtrionale pergentibus; Friſonibus verò & qui cum ipſis deputati ſunt, nauali euectione per alueum euntibus, Pannoniã ingreſſi ſunt: Hunis perterritis & fugientibus, omnes eorum regiones vſq; ad Raba fluuium ferro & igne deuaſtat.

DCCXCII. Hæreſis Feliciana, ipſo auctore eam abnegante, apud Regancſpurg primum damnata eſt, qui etiam per Engilberthum abbatem in præſentia Adriani Apo-

ſtolici adductus denuò eam confeſſione facta damnauit. Coniuratio Pipini contra patrem facta à Baioaria, cito detecta & compreſſa eſt, auctoribus factionis partim morte, partim exilio & cæcitate damnatis. Pons naualis in Danubio factus eſt.

DCCXCIII. Foſſa à rege facta eſt inter Ardantiam & Alemonem fluuios. Prælium factum eſt inter Sarracenos & Francos in Gothia, in quo Sarraceni ſuperiores extiterunt. Saxones more ſolito defecerunt.

DCCXCIIII. Synodus habita in Franconofurt, in qua hæreſis Feliciana corā Epiſcopis Germaniarum & Galliarum Italorúmque, præſente magno principe Carlo & miſſis Adriani Apoſtolici Theophilacto & Stephano Epiſcopis, tertio damnata eſt, & rata ſtipulatione damnatio roborata. Faſtrada regina moritur, & Mongontiæ apud ſanctum Albanum honorificè ſepulta eſt. Pſeudoſynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, & falſo ſeptima vocata, ab Epiſcopis damnatur. Saxones in Sinifelde cōgregati à Carlo ſubacti ſunt, & tertius ex eis homo tranſlatus. His temporibus Alcuinus cognomento Albinus, ſanctitate & doctrina clarus habetur.

DCCXCV. Carlus cum exercitu Saxoniam ingenti populatione vaſtando, peruenitvſque ad locū quem vocāt Liuni, vbi VVitzan dux Abodritorum ad regem pergere volens, à Saxonibus occiſus eſt. In eo loco Tuduin, qui in gēte Hunorum magnæ poteſtatis erat, per legatos ſuos ſe & terram cum populo cui præerat, Regi daturum & Chriſtianum futurum eſſe promiſit. Rex verò afflictis Saxonibus & obſidibus firmatis in Franciam rediit.

DCCXCVI. Adriano pontifice defuncto Leo Papa ſucceſſit. Cagā & Iugurro principibus Hunorum ciuili bello & inteſtina clade à ſuis occiſis, campus eorum quem vocāt Hringum, primo per Ehericum ducem Foroiulienſem, deinde per Pipinum filiū regis abdictus & captus eſt, & omnes Hunorum opes ac theſauri ſublati, & Carlo in Aquiſgrani palatio allati ſunt. Tudun ſecundūm pollicitationem ſuam cum populo ſuo ad Regem veniens baptizatus, & honorificè remiſſus eſt. Saxonia iterum vaſtatur.

DCCXCVII. Barcinona Hiſpaniæ ciuitas, quæ iam pridem à Francis defecerat, per Zatun Sarracenum præfectum eius Carlo reddita eſt. Conſtātinus Imperator à Græ-

cis excæcatus eſt. Carlus expeditione facta totam Saxoniam vſque ad Oloha, quæ ſita eſt in littore Oceani, peragrauit, atque impeditionem per obſides acceptam Aquiſgrani reuertitur. Vbi Adbellam Sarracenum filium Ibin Mauge Regis, qui à fratre regno pulſus in Mauritania exulabat, ipſo ſe cõmendante ſuſcepit. Illuc quoque Legos Nicetæ præfecti Siciliæ nomine Teoctiſe venit cum epiſtola Imperatoris, quem Rex magnificè ſuſcipiens poſt paucos dies abſoluit, & abire permiſit.

DCCXCVIII. Carlus cum exercitu hiemauit in Hariſtallio Saxonico. Hadofuns Rex Gallitiæ & Haſturiæ per Floram legatum ſuum papilionem miræ pulchritudinis Regi tranſmiſit. Tranſalbiani Saxones ſeditione commota legatos regios, qui ad iuſtitias faciendas apud eos verſabantur, comprehendunt, quibuſdam ex eis ſtatim trucidatis, quibuſdam ad redimendum reſeruatis, ex quibus aliqui effugerunt, cæteri redempti ſunt. Quo audito rex in deſertores arma corripiens, totam Saxoniam inter Albim & Viſurgim populando peragrauit. Tranſalbianos per Eburiſum legatum ſuum & Traſugonem ducem Obodritorum in prælio vicit, cæſis in loco certa-

minis IIII. milibus, cæteris pacem poſtulã-tibus. A quibus Rex acceptis obſidibus Aquiſgrani reuerſus, epiſtolã Herenæ Imperatricis, cuius filius Conſtantinus anno priore excæcatus eſt, à Conſtantinopoli per Michaël patriciũ Frigiæ & Theophilum presbyterum pro pace miſſam ſuſcepit. Quos cùm remiſiſſet, remiſit etiam cũ eis & Siſinnium fratrem Taraſij Conſtantinopolitani Epiſcopi iam dudum in Italia prælio captum. Hadofuns quoque ſupra dictus Rex prędata Oliſippona Hiſpaniæ ciuitate, inſignia victoriæ ſuæ, loricas, mulos, captiuóſque Mauros per Froium & Baſiliſcum legatos ſuos miſit. Mauri piraticam exercere incipiunt.

DCCXCVIIII. Leo Papa à Romanis in letania maiore lingua detruncata excæcatus, & per VViruindũ Abbatẽ & VVinigiſum ducẽ Spolitanum ereptus, ad Carlũ in Saxonia ad Padraprunno deductus eſt. Ehericus dux Foroiuliẽſis iuxta Tharſaticam Liburniæ ciuitatem inſidiis oppidanorum occiſus eſt: & Geroldus Baioariæ præfectus cum Hunis dimicans interfectus eſt. Baleares inſulæ poſtulato & accepto Carli auxilio, Mauris & Sarracenis, à quibus priore anno prædabantur, ereptæ

ſunt. Signa quoque Maurorum in pugna ſublata, regi ſunt præſẽtata. Britannia ciſmarina per VVittonem ducem tota ſubacta & arma ducum qui ſe dediderãt. Nam hi ſe & terrã & populum vnuſquiſque tradidit. Patriarcha Hieroſolimitanus reliquias de ſepulchro Domini per monachũ quendam Regi tranſmiſit.

DCCC. Rex abſolutum Hieroſolimitanum monachum reuerti fecit, miſſo cum eo Zacharia presbytero de palatio ſuo, qui eius donaria per illa loca ſancta deferret. Ipſe peragratis Oceani Gallici littoribus; quod piratis infeſtum erat, diſpoſitíſque præſidiis reuertens, Turonis ad ſanctum Martinum orationis cauſa peruenit. Vbi Hyldegardis coniunx eius defuncta eſt, & humata. Inde reuerſus propter Leonis Papæ cauſam Romam proficiſcitur, ibíque hiemauit, & exercitum cum Pipino filio ſuo in Beneuentanorum terras prædatum ire iuſſit. Leo Papa poſtquàm facta de eo quæſtione, nullus probator criminum ei obiectorum eſſe voluit, in baſilica ſancti Petri ambonem aſcendit, poſito ſuper caput ſuum Euangelio, & coram omni populo inuocata ſancta Trinitate, purgauit.

DCCCI. In die natalis Domini, ante con-

feſſionem beati Petri Apoſtoli cum Rex ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, & à cuncto Romanorum populo acclamatũ eſt, Çarlo Auguſto à Domino coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria. Et poſt laudes more antiquorum principum adoratus eſt, atque ablato patricij nomine Imperator & Auguſtus eſt appellatus. Poſt paucos autem dies iuſſit eos, qui pontificem anno ſuperiori depoſuerant, exhiberi, & habita de eis quæſtione, ſecundum legem Romanam, vt maieſtatis rei capitis ſententia damnati ſunt: pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem interceſſit. Nam & vita & membrorum integritas eis conceſſa eſt: cæterum pro facinoris magnitudine deportati ſũt. Terræmotus factus eſt 11. Kal. Maij per totam Italiam, tam vehemens, vt in quibuſdam locis vrbes ruerent, & montes, & tectum baſilicæ beati Pauli Apoſtoli Romæ cum trabibus ſuis magna ex parte decideret. Circa Renum quoque & in Gallia & in Germania quædam loca tremuerunt. Barcinona ciuitas in Hiſpania, & in Italia Teate, captæ ſunt, præfectis earum Zatun videlicet Barcinonæ & Roſel-

mo Teate comprehenſis, regi pariter prę-ſentatis & exilio damnatis.

DCCCII. Herena Imperator de Conſtantinopoli miſit legatum nomine Leonem Spatariũ de pace confirmanda inter Francos & Græcos, & Imperator viciſſim abſoluto illo miſit Ieſſe Epiſcopum Ambianenſem & Hemgaudum comitem Conſtantinopolim, vt pacẽ cum ea ſtatuerẽt. Iſaac videns Elephantum & alia munera quę Aaron Rex Perſarum miſerat, Aquiſgrani Carlo detulit. Tranſalbiani Saxones à Francis vaſtantur. Ortona ciuitas in Italia in deditionem accepta, & Luceria ſimiliter, poſitúmque in ea præſidium Francorũ. Et VVinigiſſus dux Spolitan⁹, qui prę-ſidio præerat, à Grimaldo obſeſſus & captus eſt. Eo anno Baugulfus Abbas Fuldenſis cœnobij, relicta quam habuit poteſtate, Ratgarium ſucceſſorem accepit. Paulinus patriarcha Foroiulenſis obiit.

DCCCIII. VVinigihiſus à Grimaldo redditus, & miſſi Imperatoris de Conſtantinopoli reuerſi ſunt, & venerunt cum eis legati Nicifori Imperatoris tunc rempublicã regentis. Nam poſt aduentum legationis Frãciæ, Herenam depoſuerunt. Quos Imperator ad ſe venientes in loco qui dicitur

Salz ſuper fluuium Sala ſuſcepit,&auditos cum epiſtola pactum faciendæ pacis continente remiſit ad propria.

DCCCIIII. Carlus Saxones Tráſalbianos cum mulieribus & natis tranſtulit in Franciã,& pagos Tranſalbianos Obodritis dedit. Leo Papa ad Imperatorem Cariſiaci venit, vbi natale Domini cum eo celebrauit, donatúſque magnis muneribus per Baioariam reuerſus eſt Romam. Cauſa aduentus eius hæc erat: perlatum eſt ad Imperatorẽ æſtate præterita, Chriſti ſanguinem in Mantua ciuitate fuiſſe repertum: propter hoc miſit ad Papam, petẽs vt huius famæ veritatem inquireret. Qua accepta occaſione exeundi primo in Longobardiam quaſi pro inquiſitione prædicta profectus eſt, inde arrepto itinere ad Imperatorem vſque peruenit, vnde abſolutus Romam repedauit. Ribbitto Archiepiſcopus Treuirenſis moritur.

DCCCV. Carlus iunior in Boëmanos Sclauos cum exercitu à patre miſſus, depopulata prouincia, regem eorum nomine Lechonem occidit. Capcanus princeps Hunorum Aquis ad regem venit, & vt poſtulãs inter Sariam & Carnontum habitandi locum accepit, eo quod Sclauis infeſtanti-

bus priſtinas ſedes habitare non potuit. Erat enim Chriſtianus nomine Theodorus. quo ad ſuos reuerſo, & non multo poſt morte præuento, Cagano per legatos ſuos
c petenti ab imperatore conceſſus eſt honor antiquus, quē Caganus apud Hunos iuxta priſcum eorum ritum habere ſolebat.

DCCCVI. Partitio regni Francorum ab Imperatore facta in villa Theodonis inter filios ſuos, vt ſciret vnuſquiſque eorum quam partem tueri & regere debuiſſet, ſi pater eum ſuperſtitem relinqueret. De hac partitione teſtamentum conſcriptum, & ab optimatibus Francorum confirmatum, & Leonis Apoſtolici ſubſcriptione roboratū eſt. Carlus iunior cum exercitu à patre miſſus in Sorabos ſuper Albim fluuiū habitantes, depopulata Sclauorum terra, ducem eorum Miliduoch interfecit. Miſſa eſt manus de Baioaria & Alamannia atque Burgundia in Boëmanos, vaſtata eſt prouincia non minima portione, abſque vllo graui incōmodo regreſſa eſt. In Corſicam quoque claſſis à Pipino contra Mauros miſſa eſt, cuius aduentum Mauri non expectātes diſceſſerant. Hadumar tamē ciuitatis Genuæ præfectus contra eos imprudenter dimicans occiſus eſt.

DCCCVII. Aaron Rex Perſarum papilionem & tentoria atrij vario colore facta miræ pulchritudinis Imperatori miſit. Erant enim biſſina omnia, tam tentoria quàm funes eorũ, diuerſis tincta coloribus. Pallia quoque ſerica multa & pretioſa, & odores atque vnguenta, & balſamum, nec non & horologium ex auricalco arte mechanica mirifice compoſitum, in quo XII. horarum curſus ad clepſidram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & caſu ſuo ſubiectum ſibi cimbalum tinnire faciebant, additis in eodem eiuſdem numeri equitibus, qui per XII. feneſtras completis horis exibãt, & impulſu egreſſionis ſuæ totidem feneſtras, quæ prius erant apertæ, claudebant. Eodem anno Rex Burghardum comitem ſtabuli ſui claſſe miſit in Corſicam, vt eã à Mauris qui ſuperioribus annis illuc prædatum venire conſueuerant, defenderet. A quo, cùm venirent, & cũ eo decertarent, victi ac fugati ſunt, amiſſis XII. nauibus, & plurimis ſuorum interfectis.

DCCCVIII. Godofridus Rex Danorum Abodritos bello aggreſſos quamuis multis afficeret malis, cum magno tamen copiarum ſuarum detrimento rediit, Regi-

noldo filio fratris ſui & optimis militum ſuorum & manu promptiſſimorū amiſſis. Carlus verò filius Imperatoris qui ad reſiſtendum, ſi Saxonum terminos aggredi tentaret, directus fuerat, Albiam pontem iunxit, & cum exercitu cui præerat, in Linoues & Simeldingos, qui & ipſi ad Godefridū defecerant, quãta potuit celeritate tranſpoſuit, populatiſque circumquaque eorum agris, & tranſito iterum flumine, cum incolumi exercitu ſe in Saxoniam recepit. Eardulfus Nordanimbrorum regno & patria pulſus, ad Imperatorẽ venit, & patefacto aduentus ſui negotio Romam proficiſcitur.

DCCCIX. Dertoſa ciuitas Hiſpaniȩ à Hludouuico filio Imperatoris obſeſſa, ſed non expugnata eſt. Eardulfus Rex Nordanimbrorū in regnū reductus eſt per legatos Imperatoris & Leonis Papæ. His temporibus conciliū habitū eſt de proceſſione Spiritus ſãcti. Quam quæſtionem Ioannes quidam monachus Hieroſolymis primo commouit, cuius definiẽdæ cauſa Bemharius Epiſcopus VVangionum, & Adalhardus abbas Corbeiiæ monaſterij, Romam ad Leonem Papam miſſi ſunt. Imperator autem cùm ei multa de iactantia & ſuperbia regis

Danorum nunciarentur, iuſſit caſtrum Eſcſfeld trans Albiam ædificari. Interea Thraſco dux Obodritorum poſtquã cum auxilio Saxonum VVilzos & Smeldingos perdomuit, & omnes qui à ſe defecerant reuerti coëgit, in emporio Reric ab hominibus Godofridi per dolum interfectus eſt.

DCCCX. Hruoddrud Imperatoris quæ natu maior erat, VIII. Id. Iul. diem obijt. Imperator verò Aquiſgrani adhuc agens, & cõtra Godofridum regem expeditionem meditans, nuncium accepit claſſem ducentarum nauium de Nordmannia Friſiam appuliſſe, totáſque Friſiaco littori adiacentes inſulas eſſe vaſtatas, iamque exercitum illum in continenti eſſe, ternáque prœlia cum Freſonibus commiſiſſe, Danóſq; victores tributum victis impoſuiſſe, & vectigalis nomine centum libras argenti à Friſonibus eſſe ſolutas, Regẽ verò Godofridum domi iã eſſe: & reuera ita erat. Qui nuncius adeò Imperatorem concitauit, vt miſſis in omnes circumquaque regiones ad congregandum exercitum nunciis, ipſe ſine mora palatio exiens, primò quidem claſſi occurreret, deinde verò tranſmiſſo Reno flumine, in loco qui dicitur Lippeha, copias quę nondũ conuenerant, ſtatuit operiri, vbi dũ

aliquot dies moraretur, Elephās ille quem ei Aaron Rex Sarracenorum miſerat, ſubita morte periit. Congregatiſque tandem copijs quanta potuit celeritate ad Alarum fluuium contendit, caſtriſque iuxta confluentem eius quo VViſuræ flumine coniungitur, poſitis, minarum Godofridis regis præſtolatur euentum. Nam rex ille vaniſſima ſpe victoriæ inflatus, acie ſe cum Imperatore congredi velle iactabat. Sed cùm Imperator memorato loco ſtatiua haberet, diuerſarum rerum nuncia ad eum deferuntur. Nam & claſſem quæ Friſiam vaſtabat, domum regreſſam, & Godofridum regem à quodam ſuo ſatellite interfectum, caſtellum vocabulo Hohbuchi Albiæ flumini adpoſitum, in quo loco legatus Imperatoris, & Oriētalium filium eius regem Italiæ VIII. Id. Iul. de corpore migraſſe, duáſque legationes de diuerſis terrarum partibus, vnam de Conſtantinopoli, alteram de Corduba pacis faciendę cauſa, aduētaſſe narratur. Quibus ille acceptis, diſpoſita pro temporis conditione Saxonia, domum reuertitur. Tāta fuit in ea expeditione peſtilentia, vt pene nullus tanto exercitui ſupereſſet, quin omnes vſque ad vnum interirent, & non ſolū ibi, ſed etiam

+ boum

per omnes Imperatori ſubiectas prouincias, illius generis animalium mortalitas immaniſſime graſſata eſt. Imperator Aquaſgrani veniens menſe Octobrio ſupra dictas legationes audiuit, pacémque cum Niciphoro Imperatore, & cum Abulaz rege Hiſpaniȩ fecit. Nam Niciphoro Venetiam reddidit, & Haunricum comitem olim à Sarracenis captum, Abulaz remittente recepit. Godofrido Danorum rege mortuo, Hyemmingus filius fratris eius in regnum ſucceſſit, ac pacem cum Imperatore fecit.

DCCCXI. Imperator legatos ſuos Conſtantinopolim miſit, Haydonem Baſilenſem Epiſcopum, & Bug comitem Turonicum, & Aio Lãgobardum de Aquileia ad confirmandam cum Niciphoro pacem. Condita verò inter Imperatorem vtriuſque gentis, Francorum videlicet & Danorum, iuxta fluuium Egidoram viciſſim ſecundum ritum ac morem ſuum datis ſacramentis confirmatur. Tres quoque exercitus in totidem partes regni Francorum miſſi; vnus in Lilones, qui eorum terra vaſtata, Hohbuochi caſtellum priore anno deſtructum reparauit: alter in Pannonias ad cõtrouerſias Hunorum & Scla-

uorum finiẽdas: tertius in Britones ad eorum perfidiam puniendam. Qui omnes rèbus proſperè geſtis reuerſi ſunt incolumes. Interea Carlus qui Imperatoris filius maior natu erat, II. Non. Decẽb. obiit: Hemmingo Danorum rege defuncto.

DCCCXII. Sigifridus nepos Godofridi regis, & Anulo nepos Herialdi ſuccedere volẽtes, cùm inter eos de primatu conuenire non poſſet, commiſſo prælio ambo moriuntur: pars tamen Anulonis adepta victoriam, Herialdum & Raginfridum fratres eius reges ibi conſtituit, quod neceſſario pars victa conceſſit. In eo prælio x. milia DCCCCXL. viri cecidiſſe referuntur. Niciforus imperator Græcorum poſt multas victorias & res proſperè geſtas, à Bulgaris occiſus, Michaëlem ſucceſſorem accepit, qui legatos Carli ad Niciforum miſſos Conſtantinopoli audiuit & abſoluit, cum quibus & ſuos legatos direxit, & pacem à Niciforo inceptam confirmauit: qui etiam vbi ad Imperatorem Aquis venerunt, ſcriptum pacti ab eo in Eccleſia ſuſcipientes, more ſuo, id eſt Græca lingua, laudes ei dixerunt, Imperatorem eum & baſileum appellantes. Cum Grimaldo duce Beneuẽtanorum pax facta, & tributi

tributi nomine xxv. milia ſolidorum auri à Beneuentanis accepta. Claſſis Danorum Hiberniam aggreſſa, à Scottis prælio ſuperatur. Hoc anno poſt meridiē ſolis eclipſis fuit.

DCCCXIII. Imperator Amalharium Treuirenſem Epiſcopum & Petrum abbatem monaſterij ~~nom. Antulas~~ propter pacē cū Imperatore Michaële confirmandam Cōſtantinopolim miſit. Hludauuicum filium ſuum coronauit, & ſibi conſortem Imperij fecit. Bernhardū quoque nepotē ſuū, filiū Pipini filij ſui, Italię præfecit, & regē appellari iuſſit. Concilia quoque ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigendo ab Epiſcopis celebrari iuſſit, quorum vnum Mogonciaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillione, quintum Arelati cōgregatum eſt. Quorum geſta qui noſſe voluerint, in prædictis quinque ciuitatibus inuenire poterit. Pons apud Magontiacum incendio conflagrauit.

Nonantulas

DCCCXIIII. Carlus Imperator dum Aquiſgrani hiemaret, anno ætatis ſuæ circiter LXXI. regni autem XLVII. ſubactæque Italiæ XLIII. ex quo Imperator & Auguſtus appellatus eſt anno XIIII. v. Kal. Feb. rebus humanis exceſſit. Cui Hludouuicus filius

eius ſucceſſit, & ad ſuſcepti regni adminiſtrationem cura conuerſa, primo legationes gentium quæ ad patrem venerant, auditas abſoluit, deinde ſimili modo ad patrem miſſas quidem ad ſe venientes ſuſcepit, & abſolutas remiſit, habitóque Aquiſgrani generali conuentu populi ſui, ad iuſticias faciendas, & oppreſſiones populares releuandas, legatos in omnes regni ſui partes miſit, & erepta per vim patrimonia multis reſtituit.

DCCCXV. Exercitus Frãcorum à Ludouico imperatore ad auxilium Herialdo Danorum regi ferendum contra filios Godefridi in Nordmanniam miſſus, cùm aduerſarij eis congredi non auderent, circumquaque vicinis pagis * & acceptis popularum obſidibus XL. reuerſus eſt. Romæ quidam primores in necem Leonis Papæ conſpirantes interficiuntur.

DCCCXVI. Saxones & Orientales Frãci in Sorabos dicto inobedientes miſſi, contumaciam audacium nõ magno labore compreſſerunt. VVaſcones gentili leuitate vſi defecerunt, ſed duabus expeditionibus ita ſunt edomati, vt tarda eis deditio & pacis impetratio videretur. Leo Papa deceſſit VIII. Kal. Iul. Et Stephanus Diaconus

pontifex factus, paucis poſt ordinationem ſuam diebus, ad Imperatorem venit, à quo apud Remorum ciuitatem honorificè ſuſceptus eſt. Qui ſtatim aduentus ſui cauſas principi inſinuans, celebratis ex more miſſarum ſolẽniis, cum diadematis impoſitione coronauit. Multis deinde inter eos muneribus & datis, & acceptis, & amicitia viciſſim firmiter roborata, pontifex Romam, Imperator Compendium palatium petit. *m*

DCCCXVII. Eclipſis ſolis facta eſt nonas Feb. eadem nocte ſtella cometes gladio ſimilis viſa eſt. Stephanus Papa ix. Kal. Feb. diem obiit, cui Paſchalis presbyter ſucceſſit. Hludouuicus Imperator filium ſuum primogenitum Hludharium coronauit, & nominis atque imperij ſui ſibi ſocium cõſtituit, cęteros reges appellatos, vnũ Aquitaniæ, alterũ Baioariæ præfecit. Sclaomir dux Obodritorum, propterea quod regiã poteſtatem, quam poſt mortem Thraſconis ſolus ſuper Obodritos tenebat, cum Ceadrogo filio Thraſconis partiri videbatur, iratus cum populo ſuo ſibi ſubiecto defecit, & miſſa trans mare legatione cum filiis Godofridi amicitias iũxit. Bernardus Rex Langobardorum conſilio prauorum

hominum tyrannidem meditatus, cum ſe à ſuis deſeri vidiſſet, rebus propriis diffidens, apud Cauillonem armis depoſitis Imperatori ſe tradidit. Leonis Imperatoris legati de Conſtantinopoli pro pace ad Imperatorem Hludouuicum miſſi venerunt, quos ille apud Gillehem ſuſceptos audiuit ac dimiſit. Ratgarius Abbas Fuldenſis cœnobij accuſatus à fratribus & conuictus deponitur.

Ingilheim

DCCCXVIII. Bernhardus Francorum iudicio executus moritur: ſimiliter & authores coniurationis capitali ſententia damnati, luminibus tantum orbātur, Epiſcopi ſynodali decreto depoſiti monaſteriis mācipantur, cæteri prout quiſque nocentior vel innocentior apparuit, vel exilio deportatus, vel tonſus & in monaſterium miſſus eſt. Imperator verò Britanniam ciſmarinā bello petēs, captíſque rebellionū munitionibus breui totam in ſuam poteſtatē redegit. Nam Mormano qui in ea tyrannidem exercuit, occiſo, nullus præterea inueniebatur, qui reſiſteret, aut imperata facere renueret. Eclipſis ſolis contigit VIII. Id. Iul. Irmingardis regina V. non. Octo. deceſſit. Monaſterio Fuldenſi Eigil Abbas electus & ordinatus eſt.

excaecatus

DCCCXIX. Sclaomir dux Obodritorum à primoribus ſui populi multis criminibus accuſatus, cùm obiecta ſibi rationabiliter refellere non poſſet, exilio condemnatus eſt, & regnum Ceadrogo filio Thraſconis datum. Similiter & Lupus VVaſco de perfidia cõuictus, exilio deportatus eſt. Conuentus Aquiſgrani habitus eſt, in quo multa de ſtatu eccleſiarum & monaſteriorum tractata atq; ordinata ſunt, legibus etiam capitula quædam perneceſſaria, quia deerant, addita ſunt. Imperator inſpectis pleriſque nobilium filiabus, Iudith filiã Huelpi comitis duxit vxorem. Contra Luideuuicum quoque Sclauum in Pannonia rebellantem exercitus de Italia miſſus, rebus parũ proſperè geſtis, infecto pene negotio regreſſus eſt. Pipinus filius Imperatoris VVaſcones vicit & ſubegit. Hoc anno baſilica ſancti Bonefacij martyris in cœnobio Fuldenſi ab Heſtulfo Archiepiſcopo dedicata eſt in honorẽ Domini Saluatoris & omnium ſanctorum eius, tranſlatáq; ſunt oſſa ſancti martyris. kal. Nouẽ.

DCCCXX. Tres exercitus contra Ludeuuicum in Pannoniam mittũtur, quorum vnus de Italia per Alpes Noricas; alter de Saxonia per Canratonorum prouinciam;

tertius Francorum, per Baioariam & Pannoniam ſuperiorem ingreſſi, cùm in vnum conuenerunt, totam penè regionem ferro & igni deuaſtantes, nullo graui damno accepto reuerſi ſunt. Is tamen qui per Pannoniam ſuperiorem iter fecerat, in tranſitu Draui fluminis ea locorum & aquarum inſalubritate ſoluti ventris incommodo grauiter affectus eſt, & pars eius non modica hoc modo conſumpta. Bera comes Barcenonæ, infidelitatis à vicinis ſuis inſimulatus, cum accuſatore ſuo equeſtri pugna confligere conatus, vincitur, & vt reus maieſtatis capitali ſentētia damnatus, parcente ei Imperatore, exilio deportatur. Propter nimietatem pluuiarum aëre corrupto, hominum & boum peſtilentia longe latéque ita graſſata eſt, vt vix vlla pars regni Francorum ab hac peſte immunis poſſet inueniri : fruges quoque vel colligi non poterant, vel collectæ putruerunt. Vinum etiam propter caloris inopiam acerbum & inſuaue fiebat.

DCCCXXI. Hludouuicus Imperator Nouiomagi diuiſionem regni fecit inter filios ſuos, deinde in villa Theodonis omnes qui ſuo tempore in exilium miſſi fuerūt, reuocauit, & ſingulos in ſtatum priſtinum reſti-

tuit, poſſeſſiones quoq; iudicio legis in fiſcum redactas magna liberalitate reſtituit. Hludharius filius eius vxorem duxit, & apud VVormaticam hiemauit. Ceadrogo princeps Obodritorum, quia perfidiæ & cuiuſdam cum filiis Godofridi factę ſocietatis tenebatur, Sclaormiz æmulus eius in patriam remittitur, qui cùm in Saxoniam veniſſet, ægritudine decubuit, & percepto Baptiſmi ſacramento defunctus eſt.

DCCCXXII. In regione Thuringorũ quodã in loco iuxta fluuiũ nomine * ceſpes longitudine pedum quinquagenum, latitudine quatuor denum, altitudine ſexquipedali, de terra ſine manibus & præciſus & ſublatus eſt, & ab eo loco in quo ſumptus eſt, xxv. pedum ſpatio diſtans inuentus eſt. Item in parte Orientalis Saxoniæ, quę Soraborum finibus contigua eſt, in quodam deſerto loco, iuxta lacum qui dicitur Arnſeo, in modum aggeris intumuit, & limitẽ vnius leugæ ſpatio porrectum, ſub vna nocte abſque humani operis molimine ad inſtar valli ſubrexit. Hludouuicus Imperator ſacerdotum vſus conſilio de omnibus quę publicè perperam geſſit, publicam pœnitentiam egit: & poſt hæc cuncta quæ in regno ſuo corrigẽda inuenire potuit, cor-

rigere atque emendare curauit. Hlodharius in Italiam, Pipinus frater eius, & ipſe vxore ducta in Aquitaniam miſſus eſt. Eigil Abbas Fuldenſis cœnobij defunctus, Rabanum ſucceſſorē accepit. Ebo Remorum Epiſcopus genti Nordmannorum euangelizauit verbum Dei.

DCCCXXIII. Hlodharius iuuenis rogante Paſchale Papa Romam veniēs, ab eodem coronatur, & à populo Romano Imperator Auguſtus appellatur. Luideuuicus qui ſuperiore anno propter exercitum contra ſe miſſum, relicta Siſcia ciuitate ad Sorabos, qui magnam Dalmatiæ partem obtinere dicuntur, fugiendo ſe contulit, & iterum cū in Dalmatas ad Emuhſlum auunculum Bone ducis perueniſſet, dolo ipſius interfectus eſt. Hoc anno prodigia quædam extitiſſe narrantur, in quibus præcipua fuerunt, in Aquenſe palatio terræmotus, & in territorio Tullenſe iuxta villam Commarceium puella quædam annorum fere XII. ab omni cibo per X. menſes abſtinens, & in Saxonia in pago Friſazi villæ XXIII. igne cæleſti concrematæ, & fulgura ſereno atque interdiu de cælo cadentia, & in territorio Cometenſe Italicæ ciuitatis, in vico Gradabona, in Eccleſia Sancti

Iohannis Baptiſtæ imago ſanctæ Mariæ puerum Ieſum gremio continẽtis, ac Magorum munera offerẽtium, in abſida eiuſdem Eccleſiæ prædictæ, & ob nimiam vetuſtatem obſcurata & pene obolita, tanta claritate per duorũ dierum ſpatia effulſit, vt omnem ſplendorem nouæ picturæ, ſuæ venuſtatis pulchritudine, cernentibus penitus vincere videretur: Magorum tamen imagines, præter munera quæ offerebant, minime claritas illa inradiauit. Et in multis regionibus grandinis vaſtatione deletæ, atque in quibuſdam locis ſimul cum ipſa grandine veri lapides atque ingentis ponderis decidere viſi. Domus quoque de cælo tactæ, hominéſque ac cætera animalia paſſim fulminum ictu præter ſolitum crebro exanimata dicuntur. Secuta eſt ingens peſtilentia atque hominum mortalitas magna.

DCCCXXIIII. Rex Bulgarorum Omortag pacis faciendæ gratia ad Imperatorem legatos & litteras miſit, quos rex auditos remiſit, & cum eis Maghelmum de Baioaria ad memoratum regem direxit. Paſchalis Papa defunctus, & Eugenius pro eo pontifex conſtitutus eſt. Imperator Hlodharium filium ſuum ad iuſticias faciendas

Romam miſit. Ipſe cum exercitu Brittanniam petit, diuiſiſq; in tres partes copiis, totam ferro & igni deuaſtat, acceptíſque à perfido Britonum populo quos ſuperauerat obſidibus, reuerſus eſt. Hoc anno hiems aſpera, & valdè prolixa facta eſt, quæ non ſolum animalia, verumetiam homines quoſdam immanitate frigoris extinxit. Ante ſolſticium quoque paucis diebus, in territorio Auguſtâdnenſe, aëre in tempeſtatem ſubita mutatione conuerſo, ingens fragmentum ex glacie ſimul cum grandine decidiſſe perhibetur, cuius longitudo quindenum, latitudo ſeptenũ, craſſitudo duorum pedum dicitur.

DCCCXXV. Iterum Rex Bulgarorũ alios legatos ad Imperatorem miſit, de terminis videlicet ac finibus inter Francos & Bulgarios cõſtituendis. quibus Rex auditis, per eoſdẽ qui ad ſe miſſi fuerãt legatos regi eorum miſſis literis reſpondit prout videbatur. VVihomarcus Britto perfidus terminos Francorum incendiis & direptionibus infeſtare non ceſſauit, donec ab hominibus Lãberti comitis in domo propria circumuentus & occiſus eſt. Imperator cum filiis Godofridi pacem quam ipſi petebant, cum eis in marca eorum confir-

mare iuſſit. In territorio Tullenſe iuxta Commerciacum villam puella duodenis poſt ſacram communionem quam in Paſcha à ſacerdote ſuſceperat, primò pane, deinde aliis cõmunibus cibis & potibus ita abſtinuit, vt nulla penitus corporis alimẽta percipiens, plenum triennium ſine omni victus deſiderio complerit. Cœpit autem ieiunare anno incarnationis Dominicæ DCCCXXIII. ſicut in ipſius anni deſcriptione ſupra adnotatum eſt, & in hoc anno, id eſt DCCCXXV. circa Nouembris mẽſis initium, eſcam ſumere, ac more cæterorum mortalium manducando viuere cœpit.

DCCCXXVI. Cùm regi Burgarorum legati ſui quod egerant renuntiaſſent, iterum eum quem primum miſerat, ad Imperatorem cum literis remiſit, rogans vt ſine morarum indiſpoſitione terminorum diſfinitio fieret, vel ſi hoc non placeret, ſuos quiſque terminos ſine pacis fœdere tueretur. quem Imperator ſuſceptum & auditum, ſine literis remeare fecit: mẽſe autem Maio apud Ingalenheim habito cõuentu, diuerſarum gẽtium legationes auditas abſoluit. Quo tempore Herialdus cum vxore, & magna Danorum multitudine, apud

Magontiam baptizatus eſt. Georius quidam presbyter de Venetia, cum Baldrico comite Foroiulienſe veniens, organum ydraulicum Aquiſgrani fecit. Poſtea verò cum Imperator in Salz villa regia conuẽtùm haberet, perlatum eſt ad eius noticiã, quomodo Aizo Gothus de palatio fugiẽs, ad Sarracenos ſe contuliſſet, & inde auxilia contra noſtros accepiſſet, grauiter accepit: tamen ne quid incõſulte ageret, aduentum conſiliariorum ſuorum iudicauit opperiri. Dum hæc aguntur, Hilduuinus Abbas monaſterij ſancti Dionyſij Romã mittens, annuente precibus Eugenio Apoſtolicæ ſedis tunc præſule, oſſa beati martyris Chriſti Sebaſtiani accepit, & ea apud Sueſſonam ciuitatem in baſilica ſancti Medardi collocauit. vbi dum adhuc in loculo, ſicut ablata erant, inhumata iacerent, tanta ſignorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere ſanitatũ per diuinam gratiam enituit, vt à nullo mortalium eorumdem miraculorum aut numerus comprehendi, aut varietas valeat enarrari.

DCCCXXVII. Exercitus à rege Sarracenorum Abdiraman ad auxilium Aizoni ferendum, duce Abumaruan regis propin-

quo, Gerundam venit : cui Pipinus filius Imperatoris cū exercitu miſſus reſiſteret, niſi deſidia ducum quos copiis præfecerat, tardius quam rerum neceſſitas poſtulabat, is quem ducebant ad marcam veniret exercitus. quæ tarditas in tantum noxia fuit, vt Abumauruan, vaſtatis Barcenonenſium ac Gerundenſium agris, villiſq; incēſis, cū incolumi exercitu Cæſar-Auguſtam ſe prius reciperet, quàm à Frācorum exercitu potuiſſet vel videri. Huius cladis præſagia credita ſunt viſæ multoties in cęlo acies, & ille terribilis nocturnæ coruſcationis in aëre diſcurſus. Interea Bulgari Sclauos in Pannonia ſedētes, miſſo per Drauum nauali exercitu, ferro & igni vaſtauere, & expulſis eorum ducibus, Bulgariacos ſuper eos rectores conſtituerunt. Corpora beatorum Chriſti martyrū Marcellini & Petri menſe Nouembri in Franciam allata ſunt. Eugenio poſt paucos dies mortuo Gregorius presbyter tituli ſancti Marci pontificatum ſuſcepit.

DCCCXXVIII. Reliquiæ ſācti Macelli martyris poſt Paſcha ad Aquis palatiū delatæ, & per eas ibi multa ſigna facta ſunt. Hludharius cum exercitu ad marcam Hiſpanicam miſſus eſt: ſimiliter & Hludauuicus iu-

uenis contra Bulgaros. Fœdus cum Normannis factum, per negligentiã ruptum, & caſtra noſtrorum à Normãnis direpta ſunt.

DCCCXXIX. Ante Paſcha in ſabbato ſãcto terræmotus noctu Aquiſgrani factus. Imperator generalẽ conuentũ mẽſe Auguſto VVormaciæ habuit. Bulgari nauibus per Drauum fluuium veniẽtes, quaſdam villas noſtrorum flumini vicinas * * in palatio camerarius, conſtitutus, & Hludharius in Italiam profectus eſt.

DCCCXXX. Commotio contra Imperatorem à primoribus Francorum in Compendio exorta, propter Bernardum quem in palatio eſſe noluerũt. quo inde depulſo atque fugato, in gratiam cum eo redierũt, ſed ad breue temporis ſpatium.

DCCCXXXI. Conuentu apud Nouiomagũ habito, Imperator omnes qui ſibi contrarij fuerãt, velut iuſtè exauctorauit, quoſdã publicis, quoſdã priuatis rebus exſpolians, quoſdam in exiliũ mittẽs, multũ contra ſe & Iudith vxorẽ ſuam nõ ſolum populi, ſed etiam filiorum ſuorum animos concitauit.

DCCCXXXII. Imperator menſe Maio cõtra Hludouuicũ filium ad Auguſtam Vindelicũ cũ exercitu venit. Inde reuerſus in Aquitaniam, Pipinum filium regno priua-

uit. Sed inde poſtquã vxorem abdicauit,
cum magna difficultate ad Aquẽſe palatiũ
regreſſus eſt. Sol defecit v. Non. Maij, &
Luna XIII. Kal. Iunij.

DCCCXXXIII. Imperator initio quadra-
geſimæ VVormatiam venit, & ibi vxore
reuocata atque exercitu congregato, con-
tra filios ſuos ad ſe venire volentes, in Ali-
ſatiam profectus, atque ibi à ſuis deſertus
ac proditus, & in filiorum poteſtatem re-
dactus eſt. Erat ibi cum filiis Gregorius Pa-
pa Romanus.

DCCCXXXIIII. Poſt hæc iudicio Epiſco-
porum arma depoſuit, & ad agendam pœ-
nitentiam incluſus eſt. Vxor in Italiam du-
cta, proximáque æſtate ipſe relaxatus arma
reſumpſit, vxorem recepit. Hludharium ad
Italiam cum his qui eum ſequi volebant,
redire coëgit. Pugnatum eſt eodem anno
cum Malfrido & Lamberto: in quo prælio
perierunt Vodo comes Aurilianenſium,
& Theodo Abbas ſancti Martini Turonẽ-
ſis, & alij multi.

DCCCXXXV. Imperator cum filiis ſuis Pi-
pino & Hludouuico conuentum genera-
lem habuit apud Lugdunum, diſpoſitiſ-
que ibi illarum partium cauſis ad Aquen-
ſe palatium reuerſus eſt. Normanni Dore-

ſtadum vaſtauerunt. Imperator in palatio Theodenhoúe conuentum habuit, ad quẽ Hludharius venire non potuit, quia grauiter & vſque ad deſperationem ægrotauit. Quo peracto, Imperator Francofurdum venit, inde ad ſanctum Macellinum & Petrũ, & inde ad Ingilẽheim, & inde Aquenſe palatium rediit. Normanni Anduuerpiã ciuitatẽ incendunt, ſimiliter & VVittham emporium iuxta oſtium Moſæ fluminis, & à Friſionibus tributum acceperunt.

DCCCXXXVI. Ticenum in Italia III. Kal. Ianuar. octies noctu tremuiſſe perhibetur. Plures ex primoribus Italiæ defuncti ſunt. Inter quos pręcipui fuerunt Lantbertus & Hugus. Stella cometes in ſigno Libræ apparuit iij. Id. April. & per tres noctes viſa eſt. Nordmanni tributum exactantes in VValehram inſulam venerunt, ibíque Eggihardum eiuſdẽ loci comitẽ, & Hemmingum Halpdani filium, cum aliis multis xv. Kal. Iul. occiderũt, & Doreſtradum vaſtauerunt, acceptóque à Friſionibus tributo reüerſi ſunt. Imperator omiſſo itinere Italico Aquiſgrani hiemauit.

DCCCXXXVII. xv. Kal. Febr. veſperi terræmotus apud ſanctum Nazarium, & in VVormacenſe & Spirenſe & Lobadunẽſe factus

ſe factus eſt. Naues contra Nordmannos ædificabantur. Optima pars regni Francorum Carlo iuueni data eſt. Hludharius & Hludauuicus in valle Tridentina colloquium habuerunt, ante mediam Quadrageſimam. Imperator verò menſe Iunio Nouiomagi cõuentu generali habito, cõſiliis quorundam ex primoribus Francorũ acquieſcens, pacti conſcriptione Hludouuico filio ſuo regnum Orientalium Francorum, quod prius cũ fauore eius tenuit, interdixit. Ille autem intelligens ex inuidia conſiliantium talem prodiſſe ſententiam, edicto prius habito III. kal. Decẽb. ad Frãconfurt venit. Contra quem Imperator quaſi ſibi aduerſantem cum exercitu veniens, Mogontiaci natalem Domini celebrauit. Pippinus quoque filius eius Rex Aquitaniorum menſe Nouemb. eiuſdem anni defunctus eſt.

DCCCXXXVIII. Imperator verò poſt peractã feſtiuitatẽ Natalis Domini & Theophaniæ, VII. Id. Ianuar. cum exercitu nauigio Renum tranſiit, obuios habens Saxones, partim minis partim ſuaſionibus Adalberti comitis abductos. Quo cognito Hludouuicus nefas eſſe ſciens filium patri repugnare, cedendúmq; tempori iudicãs,

in Baioariam ſe recepit. Imperator autem in Franconofurt veniens, ibíque manens, ieiunium quadrageſimale inchoauit: inde pergens in Alamanniam, iuxta lacum Briganticum Paſcha celebrauit. Poſt Paſcha verò menſe Maio VVormatiam veniens, Hludhario filio ſuo de Italia in fidem eius venienti reconciliatur, regnúmque Francorum inter eum & Carlum filium ſuum minimum diuidit, Hluthario quidem qui maior natu erat, nomini ſui dignitatem & ſedē regni tribuēs, Hludouuico verò filio ſuo minori pro eo quod eum offenderat, Baioariorum prouincia tantum conceſſa. Poſt kal. autem Iul. Hlutario ad Italiam redeunte, Imperator aſſumpto ſecum Carlo, ad diſponendas Aquitaniorum res, Occidentem proficiſcitur. Eodem quoque anno ſtella cometes in ſigno arietis apparuit, & prodigia alia in cœlo viſa ſunt. Nam & cælum noctu ſerenū rubuit, & per aliquot noctes igniculi plurimi inſtar ſtellarum per aërem diſcurrere videbantur.

DCCCXXXIX. Hludouuicus filius Imperatoris partem regni trans Renum, quaſi iure ſibi debitam affectans, per Alamāniam facto itinere venit ad Franconofurt, multorum ad ſe Orientalium Francorum animis

prudenti conſilio conuerſis. Quo comperto, Imperator de Aquitania infecto negotio redire cõpulſus, Druogonem Archicapellanũ & Adalbertũ comitẽ cũ aliis multis præmiſit ad tuẽdum littus Oriẽtale Reni fluminis, ipſe verò ſecutus in Aquiſgrani Paſcha celebrauit. Hiſce tẽporibus per aliquot noctes rubor aëris nimius apparuit, ita vt vnus trames ardens ab Euro, alter à Circio exoriens, in conũ coïrent, & quaſi coagulati ſanguinis ſpeciem in ſummitate cæli monſtrarent. Poſt Paſcha autem Imperator collecto exercitu filiũ per Turingiam vſque ad terminos Barbarorum perſequitur, excluſúmque à finibus regni per Sclauorum terram cum magno labore Baioariam redire compellit. Ipſe verò rebus in partibus illis ordinatis, ad Salz villã regiam reuerſus dies, Letaniarum & Aſcẽſionis Domini ſollemnia celebrauit. In ipſa autem vigilia Aſcẽſionis Domini, hoc eſt IIII. Id. Maij, Eclipſis Solis circa ſeptimam & octauam horam diei facta eſt tam valida, vt etiam ſtellæ propter obſcuritatem ſolis viſæ ſint, rebúſque color in terris mutaretur. Imperator verò illis diebus morbo correptus ægrotare cœpit, & per Mœnum fluuium nauigio ad Franconofurt, inde

poſt dies paucos in inſulam quandam Reni fluminis prope Ingilenheim delatus, morbo inualeſcente XII. Kal. Iul. diem vltimum clauſit, corpúſque eius Mettis ciuitatem perlatum in Baſilica ſancti Arnulfi confeſſoris honorificè ſepultum eſt. Hlutharium verò de Italia ſero venientē Franci loco patris eius ſuper ſe regnaturum ſuſcipiunt. Hunc enim ferunt Imperatorem morientem deſignaſſe, vt poſt ſe regni gubernacula ſuſciperet, miſſis ei inſignibus regalibus, hoc eſt ſceptro imperij, & corona. Quod fratres eius non conſentientes contra eum inſurgere parant, ac primum ei in ſuburbanis Magontiacis cum exercitu venienti, frater eius Hludouuicus cum manu valida Oriētalium Francorum partē regni ab Oriente Reni defenſurus occurrit, initóque pacto, & dilato in aliud tempus placito, Hlutharius cōtra Carlum Occidentem proficiſcitur, Hludouuicus verò Oriētales, Francos, Alamannos, Saxones & Turingios ſibi fidelitatis iure cōfirmat.

DCCCXL. Interea cū circa contigua Reni loca præſidia poneret, & littus Orientale contra Occidentalium irruptionem defendere pararet, Hlutarius nuntij rumore permotus, omiſſa Karli inſecutione, reuer-

ſus inchoante menſe April. iuxta VVormatiam cum exercitu clam tranſiit Renũ, & Hludouuicum à quibuſdam ſuis proditum, ac penè circumuẽtum Baioariam redire coëgit: poſitíſq; cuſtodibus partium illarum quos ſibi fideles eſſe arbitratus eſt, denuo ad reſiſtendum karlo, qui iam tunc vltra Maſam caſtra ponere moliebatur, ſtudia conuertit & vires. Igitur dum hæc agerentur, Hludouuico per nuntios Karli ad auxilium vocato, & per Alamanniã iter facienti, Comites quos Hlutharius Turonis partium ſuarum dimiſerat, in Renenſe occurrunt cum exercitu, ortóque prælio, Adalbertus comes & incentor diſcordiarum occiditur, & cum eo innumerabilis multitudo hominum proſternitur, III. Id. Maij. Itaque Hludouuicus hac congreſſione victor Renum tranſiens, karlo fratri ſuo auxilium laturus, in Gallias pergit. Vbi cùm conueniſſent tres fratres in regione Alcedronenſe iuxta villam Fontinatam, & de partitione regni concordare non poſſent, renuente Hluthario, qui ſibi monarchiãvindicabat, ferro decernendũ, & Dei iudicio cauſam examinandam decreuerunt. Factúmque eſt inter eos VII. Kal. Iul. prælium ingens & tanta cædes ex

vtraque parte, vt nunquam ætas præſens tantam ſtragem in gente Francorum antea factã meminerit. Et Hlutharius quidẽ ipſa die ad Aquenſe palatium reuertitur: Hludouuicus verò & Carlus caſtris potiti, collectis ac ſepultis eorum cadaueribus qui ex ſua parte ceciderãt, ab inuicem diſcedunt, & Carlo in Occidẽtalibus remanente, Hludouuicus quaſi mediante mẽſe Auguſto, venit ad villam regiam, quæ vocatur Salz. Hlutharius verò iterum ſuis vndique collectis Mogontiacum veniens, Saxones cum Hluthario filio ſuo paruulo obuiam ſibi Nemeti venire præcepit. Ipſe autem Renum tranſiens, quaſi Hludouuicum fratrem ſuum vſque ad exteras nationes fugaturus, infecto negotio redit VVormatiam, vbi celebratis filiæ ſuæ nuptiis, rurſus contra Carlũ in Gallias pergit: vbi toto hiberno tempore inani labore conſumpto, Aquiſgrani reuertitur. Cometes ſtella VIII. kal. Ianua. ſub ſigno Aquarij apparuit.

DCCCXLII. Hludouuicus verò vidẽs Hlutarium in priſtina pertinacia perdurantem, nec adhuc velle deſiſtere victum, collecta Orientalium non modica manu, Renum tranſiit, ciuitates in Occidentali Reni

littore poſitas, quæ partibus Hlutharij fauebāt, in deditionē accipit, occurritque ei Carlus apud vrbem Argentoratum, quæ nunc Strazburgus vocatur: vnde pari intentione pergentes, Hlutharium in villa Sentiaca morantem & à ſuis deſertum, in quibus non parum cōfidebat, fugere compellūt, XVII. Kal. April. Putantes autem eū, vt fama vulgabat, rebus deſperatis Italiam petere, partem regni quam habuit eatenus, inter ſe diſpertiunt. Hlutharius verò collecto fido ſatis exercitu, apud Madaſconam Galliæ vrbem conſedit. Quem conſecuti fratres ſui cùm iam vidiſſent proniorem ad faciendam cum eis pacem, fœdus inire maluerūt, quàm diutius cōtentionibus deſeruire, ea tamē conditione, vt è partibus ſingulorum XL. ex primoribus electi in vnum conuenientes regnum æqualiter deſcriberent, quo facilius poſtmodū inter eos pari ſorte diuideretur. Quib⁹ geſtis, Hludouuicus inde reuerſus menſe Auguſto in villam quæ vocatur Salz, habito generali cōuentu, in Saxoniam pergēs, validiſſimam conſpirationem libertorum legitimos dominos opprimere conantium, auctoribus factionis capitali ſentētia damnatis, fortiter compeſcuit. Circa autumnum verò apud

VVormatiam Karolo fratri occurrit, Hluthario in villa Thiotonis morante, cũ miſſi eorum in Confluente caſtello conueniẽtes de partitione regni concordare non poſſent, dilato in aliud tempus placito, ſinguli ad ſua reuertuntur. Eodem anno Eclipſis Lunæ facta eſt in Kal. April. v. feria ante Paſcha, decima hora noctis.

DCCCXLIII. Deſcripto regno à primoribus, & in tres partes diuiſo, apud Virdunum Galliæ ciuitatem, tres Reges menſe Auguſto conuenientes, regnum inter ſe diſpertiunt: & Hludouuicus quidem Orientalem partem accepit, Karlus verò Occidentalẽ tenuit, Hlutarius qui maior natu erat, mediam inter eos ſortitus eſt portionem: factáque inter ſe pace & iuramento confirmata, ſinguli ad diſponendas tuendáſque regni ſui partes reuertuntur. Karlus Aquitaniam, quaſi ad partem regni ſui iure pertinentem, affectans, Pippino nepoti ſuo moleſtus efficitur, eúmque crebris incurſionibus infeſtans, grande detrimentum proprij ſæpe pertulit exercitus. Gregorius Papa obiit, in cuius locum ſubrogatus eſt Sergius: & Mauri Beneuentum occupauerunt.

DCCCXLIIII. Karlus Bernhardum Barce-

nonenſem ducem incautum, & nihil ab eo mali ſuſpicātē occidit. Pippini duces Kalli exercitum ſuperant VII. Id. Iunij. in quo prælio ceciderunt Hugo Abbas patruus Kalli, & Rihboto Abbas, Raban quoque ſignifer, cum aliis multis ex nobilibus. Hludouuicus Adobodritos defectionem molientes bello perdomuit, occiſo rege corū Gozzomuil, terrámque illorum & populum ſibi diuinitus ſubiugatum per Duces ordinauit. Hrabanus quoque ſophiſta, & ſui temporis poëtarum nulli ſecundus, librum quem de Laude ſanctæ crucis Chriſti figurarum varietate diſtinctum difficili & mirando poëmate compoſuit, per Aſcrihum & Hrüodbertum monachos monaſterij Fuldenſis, Sergio Papæ ſancto Petro offerendum tranſmiſit.

DCCCXLV. Normanni regnum Kalli vaſtantes per Sequanam vſque Pariſios nauigio venerunt, & tam ab ipſo, quàm incolis terræ accepta pecunia copioſa, cum pace diſceſſerunt. In Freſia quoque tribus præliis conflixerunt, in primo quidem victi, in ſecundis verò duobus ſuperiores effecti magnam hominum multitudinem proſtrauerunt. Caſtellum etiam in Saxonia quod vocatur Hammaburg, populati, nec

inulti reuerſi ſunt. karlus cum Brittonibus conflixit, & cum grandi damno exercitus ſui, ipſe cū paucis vix euaſit. Hludouuicus XIIII. ex ducibus Boëmanorum cum hominibus ſuis Chriſtianam religionem deſiderantes ſuſcepit, & in octauis Theophaniæ baptizari iuſſit. Tempore verò autumni, in Saxonia apud Padraprunno generale placitum habuit, vbi fratrū ſuorum & Normannorum, Sclauorum quoque & Bulgarorum legationes ſuſcepit, audiuit & abſoluit. Hutharius Solcratum ducem Arelatenſem & reliquos comites illarum partiū rebellare molientes in deditionem accepit, & prout voluit, Prouinciam ordinauit.

DCCCXLVI. Giſalbertus vaſſallus karli filiam Hlutharij Imperatoris rapuit, & in Aquitaniam profectus, in coniugem accepit. Hludouuicus Occidentem profectus menſe Martio cum karlo placitum habuit, in quo vterque eorum publicè conteſtatus eſt, ſuæ non fuiſſe voluntatis quo Giſalbertus filiæ Hlutharij iungeretur, vt his auditis, Hlutharius placari facilius potuiſſet. Inde reuerſus iuxta lacum Briganticum II. Non April. Paſcha celebrauit, poſtea, cum Hluthario locutus, volens eum cum karlo

pacificare, cùm res non haberet effectum, circa medium menſem Auguſt. cum exercitu ad Sclauos Margenſes defectionẽ moliẽtes profectus eſt. Vbi ordinatis, & iuxta libitum ſuum compoſitis rebus, ducem eis conſtituit Raſticem nepotem Moimari. Inde per Boïmanos cum grandi difficultate & magno damno exercitus ſui reuerſus eſt. His temporibus Mauri Romam cum exercitu venientes, cùm non poſſent vrbem inrumpere; Eccleſiam ſancti Petri vaſtauerunt.

DCCCXLVII. Hic annus à bellis quieuit, quem Hlutharius & Hludouuicus mutua familiaritate tranſegerunt. Nam vterque eorum ad domum alterius inuitatus, conuiuiis & muneribus Regiis honoratus eſt. Hludouuicus tamen Hlutharium & Karlum, ita vt voluit pacificare non potuit, renuente Hluthario propter iniuriam ſibi à Giſberto vaſſallo Karli in raptu filiæ ſuæ factam. Normanni Doreſtatum incendẽtes vaſtauerunt. Otgarius Mogontiacenſis Epiſcopus XI. Kal. Maij obiit, in cuius locum Hrabanus ordinatus eſt, V. Kal. Iul. qui, in eodem anno, iubente Hludouuico rege, apud Mogontiacum ſynodum habuit circa Kal. Oct. Per idem tempus mulier quæ-

dam de Alamãnię partibus, nomine Thiota, Pſeudo-prophetiſſa Mogontiacum venit, quæ Salomonis Epiſcopi parochiam ſuis vaticiniis non minimè turbauerat. Nã certum conſummationis ſeculi diem, aliáque perplura Dei ſolius noticiæ cognita, quaſi diuinitus ſibi reuelata, ſcire ſe fatebatur, & eodem anno vltimum diem mundo imminere prædicabat. Vnde multi plebei vtriuſque ſexus timore perculſi ad eam venientes munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant, & quod grauius eſt, ſacri ordinis viri doctrinas Eccleſiaſticas poſtponẽtes, illam quaſi magiſtram cælitus deſtinatam ſequebantur. Hęc in præſẽtiam Epiſcoporum apud ſanctum Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, presbyterum quendam ſibi ea ſuggeſſiſſe, & ſe talia quæſtus cauſſa narraſſe profeſſa eſt. Quapropter ſynodali iudicio publicis cæſa flagellis, miniſterium prædicationis quod inrationabiliter attripuit, & ſibi contra morem Eccleſiaſticum vindicare præſumpſit, cum dedecorè amiſit, ſuíſque vaticiniis tandem confuſa finem impoſuit.

DCCCXLVIII. Hlutharius & Hludouuicus menſe Februario colloquium habuerũt in

Confluente caſtello, vbi pars Hlutharij illud quidem, ſicut fama vulgabat, maximè moliebatur, vt Hludouuicus, poſthabita Karli amicitia, ſibi germanitatis iure ſociaretur. Hludouuicus verò memor pacti quod cum Karlo dudum cũ adteſtatione diuini nominis inierat, ſuaſoria machinamẽta ingenioſe declinás, finito colloquio, ad ſuos reuerſus, eos expeditione cõtriuit, legatóſque pacis gratia mittere, & obſides dare coëgit. Circa Kal. autẽ Octob. generale placitum habuit apud Mogontiacum, in quo legatos fratrum ſuorum & Nordmannorum Sclauorúmque ſuſcepit, audiuit & abſoluit. Homines etiam Hrabani Epiſcopi aduerſus dominum ſuum conſpirantes, publicè conuictos cum eo pacificauit. Legatos ſuos ad fratrem ſuum Hlutharium in Theotonis villa placitum habentem pro Giſlaberto qui eodem anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit. Goteſcalcus quoque quidã presbyter de prædeſtinatione Dei prauè ſentiens, & tam bonos ad vitam quam malos ad mortẽ perpetuã ineuitabiliter à Deo prædeſtinatos eſſe adfirmans, in conuentu Epiſcoporum rationabiliter, vt plurimis viſum eſt, conuictus & ad proprium

Epiſcopum Ingumarum Remis tranſmiſſus eſt, prius tamen iuramento confirmans ne in regnum Hludouuici vltra rediret.

DCCCXLIX. Boemani more ſolito fidem mentientes cõtra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus comprimendos Hernuſtus dux partium illarum, & inter amicos Regis primus, Comitéſque non pauci atque Abbates cum exercitu copioſo mittuntur. Barbari verò pro pace & ſecuritate ſua obſides ſe daturos & imperata facturos per legatos ad Thachulfum directos promittũt, cui præ cæteris credebant, quaſi ſcienti leges & conſuetudines Sclauicæ gentis. Erat quippe dux Sorabici limitis, ſed in illa expeditione iam tunc grauiter vulneratus. Nam pridie cùm exercitus vallum hoſtium vi magna inrumperet, & reſiſtentibus aduerſariis ex vtraque parte multi ſine diſcretione ſauciarentur, ipſe in ſiniſtro genu ſagitta percuſſus eſt. Cũ legatis verò qui miſſi fuerant, quo minus ab eis debilitas eius deprehenderetur, equo ſedẽs ſimulata ſanitate locutus eſt: cúmque quibuſdam ex primatibus per miſſos ſuos legatorum verba nuntiaſſet, indignati ſunt aliqui eorum aduerſus eum, quaſi cæteris præferri cu-

piens, ſummam rerum gerendarum in ſe vellet inclinare, & citato impetu, inconſultis cæteris, bellum hoſtibus paci ſtudentibus intulerunt, ſtatímque experti ſunt quid ſine timore Dei, propria diſcordium poſſit virtus & audacia. hoſtes enim effecti ſuperiores, cædendo perſecuti ſunt eos vſque in caſtra, occiſorúmque ſpolia in conſpectu eorum ſecuri detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, vt euadendi ſpe penitus priuarentur. Vnde coacti obſides dabant eis à quibus ſuſcipere dedignati ſunt, vt inlæſi ab hoſtibus, & via tantum publica per gẽtes in patriã reuerti potuiſſent. Et vt maior cõfuſio ſuperbientibus, & de ſua virtute præſumentibus fieret, contigit eodem anno poſt non multi temporis ſpatium in villa Hohſtedi, quę eſt in territorio Mogõtiaco, ſpiritum nequam per os cuiuſdam arreptij proteſtari, bello ſe Bomatico præfuiſſe, ſociósq; ſuos ſpiritũ ſuperbiæ atque diſcordiæ fuiſſe, quorũ doloſis machinationibus Franci Boemanis terga vertiſſent.

DCCCL. Roruc natione Nordmannus, qui temporibus Hludouuici Imperatoris cum fratre Harialdo vicum Doreſtadum iure beneficij tenuit, poſt obitum Imperatoris defuncto fratre apud Lutharium qui

patri ſucceſſit in regno, proditionis crimine falſo, vt fama eſt, inſimulatus, tentus & in cuſtodiam miſſus eſt: vnde fuga lapſus in fidem Hludouuici regis Orientalium Frãcorum veniens, cùm per annos aliquot ibi moraretur, & inter Saxones qui cõfines Nordmannis ſunt, manſitaret, collecta Danigenarum non modica manu, cœpit piraticam exercere, & loca regni Lutharij Septentrionalis Oceani littoribus contigua vaſtare: venítque per oſtia Reni fluminis Doreſtadum, & occupauit eam atque poſſedit. Et cum à Luthario principe ſine periculo ſuorum non poſſet expelli, cum conſilio ſenatus legatis mediantibus in fidem receptus eſt, ea conditione vt tributis cæteríſque negotijs ad Regis ærariũ pertinentibus fideliter inſeruiret, & piraticis Danorum incurſionibus obuiando reſiſteret. Normanni Godafrido duce per Sequanam aſcendentes, regnum Karli prædantur, ad quorum expulſionem Lutharius in auxilium vocatus, cùm ſibi pugnandum eſſe cum hoſte putaret, Karlus clam mutato conſilio Godafridum cum ſuis in ſocietatem regni ſuſcepit, & terram eis ad inhabitandum delegauit. Luthariusverò aduentum ſuum illo ſuperuacuum videns,

ad pro-

ad propria reuerſus eſt. Eodem anno grauiſſima fames Germaniæ populos oppreſſit, maximè circa Renum habitantes. Nam vnus modius de frumento Mogonciaci vendebatur decem ſiclis argenti. Morabatur autem eo tempore Rabanus Archiepiſcopus in quadam villa parochiæ ſuæ cui vocabulum eſt VVinzella, & pauperes de diuerſis locis venientes ſuſcipiens quotidie pluſquam trecentos alimento ſuſtentabat, exceptis his qui in præſentia illius veſcebantur aſſiduè. Venit autem & mulier quędam penè conſumpta inedia cum puerulo paruulo, inter cæteros refocillari deſiderans: Quæ prius quàm limen portæ tranſcenderet, præ nimia imbecillitate corruẽs ſpiritum exhalauit, puer verò mamillam matris mortuæ quaſi viuentis de ſinu protrahens & ſugere tentans multos intuentes gemere ac flere coëgit. Quidam etiam in illis diebus de Grabfeldon cum vxore ſua & filio tenero in Turingiam proficiſcens, vt malum inopiæ temperare poſſet, vxorẽ in itinere in quadam ſilua poſitus ſic affatus eſt: Nonne, inquit, melius eſt vt puerum iſtum occidamus & manducemus carnes eius, quàm omnes inedia conſumamur? Illa vero contradicente ne tantum

ſcelus committeret, tandem vrgente fame filium de brachiis maternis per vim rapuit, & voluntatem opere compleſſet, niſi Deus illũ ſua miſeratione præueniſſet. Nam, ſicut idem poſtea in Thuringia poſitus plurimis retulit, cùm euaginaſſet gladium vt mactaret filium, & in ancipiti poſitus necẽ diſtuliſſet, vidit eminus duos lupos ſuper vna cerua ſtantes, & lacerantes carnes eius, ſtatimque parcens filio ad cadauer ceruæ cucurrit, & lupos inde abigens, tulit de carnibus prægustatis, & cum incolumi filio ad vxorem reuerſus eſt. Primus enim, quando filium tulerat de manibus matris, paululũ ab ea declinauerat, ne illa morientem puerum videret vel audiret. At illa, veniente marito, videns recentes carnes & cruore profuſas, putabat filium occiſum, & cecidit retrorſum pene exanimis. Ille autem accedens conſolatus eſt eam, & erigens illam, oſtendit ei puerum viuentem. Tunc illa reſumpto ſpiritu Deo gratias egit, quia filium ſanum recipere meruit: nec minus ille, quòd eum Deus à liberi interfectione innocuum dignatus eſt conſeruare. Ambo tamen de carnibus lege prohibitis neceſſitate coacti ſe recrearunt.

DCCCLI. Sorabi Francorum fines crebris

incurſionibus atque incendiis infeſtant. Vnde Rex commotus cum exercitu per Turingiã iter faciens, terrã eorum ingreſſus, graui eos obſidione fatigauit, perditíſque frugibus & omni ſpe adempta, magis eos fame quàm ferro perdomuit. Pipinus Rex Aquitaniæ comprehenſus à ſuis, Carlo Regi cum regno traditur, effectúſque clericus Sueſſioni in monaſterio ſãcti Medardi retruditur. Similiter & Carlus frater eius iunior, cùm de regno Lutharij profectus, fratrem inuiſere diſpoſuiſſet, tẽtus eſt à comitibus Caroli Regis, & illo iubente tonſus in Corbienſe monaſterio miſſus eſt in cuſtodiam.

DCCCLII. Genaldus Nordmannus qui ſuperioribus annis iram domini ſui Horuc Danorum Regis fugiens, ad Regem Hludauuicum ſe contulit, ab eo benignè ſuſceptus, baptizatus, ac fidei Sacramentis imbutus eſt: cùm per plures annos honorificè inter Francos haberetur, tandem principibus Borealium partium, & cuſtodibus Danici limitis, quaſi lubricæ fidei & molimine proditionis cœpit eſſe ſuſpectus: vnde & ab eis occiſus eſt. Habita eſt autem & Synodus ex voluntate atque præcepto eiuſdem ſereniſſimi principis in ciuitate

Mogontia metropoli Germaniæ, præſidẽte Rabano venerabili eiuſdẽ vrbis Archiepiſcopo cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Baioariæ & Saxoniæ: & illi quidem de abſoluendis quæſtionibus eccleſiaſticè tractatum habebant, Rex verò cum principibus & pręfectis prouinciarum publicis cauſis litibúſque componendis inſiſtens, poſtquam Synodalia eorum derecta ſuo iudicio cõprobauit, & legationes Bulgarorum Sclauorúmque audiuit & abſoluit, Baioariam reuerſus eſt: vbi ordinatis & diſpoſitis quæ videbantur neceſſaria, ſine mora rediens per alueum Reni fluminis nauigio venit Coloniam. Vbi cum quibuſdam ex Lotharij fratris ſui principibus habita locutione, profectus eſt in Saxoniam ob eorũ vel maxime cauſas vindicandas, qui à prauis & ſubdolis * iudicium neglecti & multis modis, vt dicunt, legis ſuæ dilationibus decepti, graues atque diuturnas patiebantur iniurias. Suberant etiam & aliæ cauſæ ad ſe ipſum ſpecialiter aſpicientes, poſſeſſiones videlicet ab auita vel paterna proprietate iure hæreditario ſibi derelictæ, quas oportuit ab iniquis peruaſoribus iuſta repetitione legitimo domino reſtitui.

Igitur in loco qui appellatur Nimia ſuper amnem, quem Cornelius Tacitus ſcriptor lib 11 Ann. rerum à Romanis in ea gẽte geſtarum, Viſurgim, moderni verò VViſuracha vocant, habito generali conuentu, tam cauſas populi ad ſe perlatas iuſto abſoluit examine, quàm ad ſe pertinentes poſſeſſiones iuridicorum gẽtis decreto recepit. Inde tranſiens per Angros, Harudos, Suabos & Holſingos, & per mãſiones ſingulas, prout ſeprębuit opportunitas, cauſas populi iudicans, Thuringiã ingreditur: Vbi apud Erpfeſſurt habito conuentu, decreuit inter alia, vt nullus præfectus in ſua præfectura, aut quæſtionarius infra quæſturam ſuam alicuius cauſam aduocati nomine ſuſciperet agendam: in alienis verò præfecturis vel quæſturis ſinguli pro ſua volũtate, aliorum cauſis agendis haberent facultatem. Inde profectus diem natalis Domini in Reganesburg celebrauit.

DCCCLIII. Nordmanni per Ligerem fluuium venientes Turonum Galliæ ciuitatem prædantur, & inter alias ædes, Eccleſiam quoque ſancti Martini confeſſoris, nemine reſiſtente, ſuccendunt. Aquitanorum legati Ludouuicum Regem crebris ſupplicationibus ſollicitant, vt aut ipſe ſu-

per eos regnum ſuſciperet, aut filium ſuum mitteret, qui eos à Karli regis tyrannide liberaret: ne forte ab extraneis & inimicis fidei, cum periculo Chriſtianitatis, quærere cogerentur auxilia, quæ ab orthodoxis & legitimis dominis inuenire nequirent. Hémo Haberenſis Epiſcopus v. Kal. April. defunctus eſt, in cuius locũ Hildigim Epiſcopus eſt ordinatus. Reginbericor Epiſcopus VI. kal. Septemb. de hoc mundo tranſiens Folchardum ſucceſſorem reliquit. Hadauuart quoque Mimidenſis Epiſcopus XIII. kal. Octob. diem clauſit vltimũ, cathedrámque ſuam Theotrico dimiſit. In Kal. autem Septemb. baſilicam ſancti Bonefacij martyris noctu fures ingreſſi, partẽ de theſauro Eccleſiæ abſtulerunt, & ita hactenus res latet, vt neque auctores facti inueſtigari, neque pecuniæ aliquod poſſit indicium reperiri.

DCCCLIIII. Hluduuuicus filius Hludauuici regis ad Aquitaniam pergit, volens experiri ſi vera eſſent, quæ patri ſuo per legatos gentis promittebantur. Cùm ergo veniſſet, & non eſſet ſuſceptus niſi ab ea tantum ſola cognatione quam Karlus maximè offendit propter interfectionem Gozberti eorum propinqui, quem iuſſit occidi, cæ-

teris omnibus ad ſuſceptionẽ eius diſſimulantibus, aduẽtum ſuum illo ſuperuacuum fuiſſe ratus, cum ſuis ſe circa tempus autumni in Franciam recepit. Nordmanni, qui continuis XX. annis regni Francorum fines per loca nauibus acceſſibilia cædibus & incendiis atque rapinis crudeliter vaſtabant, cõgregati de regionibus per quas prædãdi cupiditate diſperſi fuerãt, in patriam ſuam reuerſi ſũt: Ibique inter Horuc regem Danorum & Guduym filium fratris eius qui * etaneus ab eo regno pulſus piratico more iuſſit, orta contentione ita ſe mutua cæde mactauerunt, vt vulgus quidem promiſcuum innumerabile caderet, de ſtirpe verò regia niſi vnus puer nullus remaneret, Domino ſanctorum virorum ſuorum iniurias vlciſcente, & aduerſariis digna factis retribuente.

DCCCLV. Apud Mogontiacum terra vicies tremuiſſe perhibetur. Aëris inſolita commotio turbinibus ac tempeſtatibus plagiſque grandinum multis damnum intulit. Fulminum ictibus ædes plurimę crematæ ſunt, inter quas baſilica ſancti Chiliani martyris Nonis Iuniis, clero laudes veſpertinas celebrante, repentino ictu percuſſa & ſuccenſa eſt: & mirum in modum

ſub laquearibus domus ignis pendulus inlæſa materia tamdiu oberrabat, donec oſſa ſancti martyris, & totius Eccleſiæ theſaurus efferretur inlæſus. Clericorũ quoque nonnulli fulmine tacti, inlęſis veſtibus, per diuerſa membrorum loca graues combuſturas habuiſſe reperti ſunt. Fertur etiam quendam in illis regionibus hominem ita cæleſti igne combuſtum, vt conſumpto corpore veſtis ab igne remaneret inlæſa. Sequentis verò menſis die octaua inſtante ſollemnitate natalis eiuſdem martyris, muros Eccleſiæ, quos priùs cæleſtis non conſumpſit ignis, ſubitò terribilis exorta tempeſtas funditus euertit. Quam ruinam mors Epiſcopi Gozbaldi ſubſecuta eſt, qui tertio dehinc menſe, id eſt XII. Kal. Octob. præſentem vitam finiens, Harnum diſcipulum ſuum ſibi ſucceſſorem reliquit. Rex quoque Ludouuicus in Sclauos Margentes contra Raticen ducem eorum ſibi rebellantẽ, parum proſperè ducto exercitu, ſine victoria rediit, malens aduerſarium firmiſſimo, vt fertur, vallo munitũ, ad tempus dimittere, quàm militum ſuorum periculoſè pugnando damna ſuſtinere. Magnam tamen prouinciæ partem prædis & incendiis vaſtauit exercitus, nec paruam

multitudinem hoſtium caſtra Regis inuadere cupientium vſque ad internecionem deleuit, ſed nō impune: quia poſt reditum Regis, Raſtices cum ſuis inſecutus plurima trans Danuuium finitimorum loca prædando vaſtauit. Menſe verò Octob. XVI. kal. Nouemb. per totam noctem igniculi inſtar ſpiculorum Occidentem verſus per aërem denſiſſimè ferebantur. Hlutharius Imperator renuncians omnibus quæ habuit, Prumienſe monaſterium ingreſſus, effectúſque ibi monachus, VI. kal. Octob. mortalem hominem exuit, & ad vitā perrexit æternam. Principes autem & optimates regni, filium eius Lutharium ſuper ſe regnare cupientes, ad Ludouuicum Regem Orientalium Francorum patruū eius in Franconofurt eum adducentes, cum conſenſu & fauore illius ſibi regnare conſentiunt.

DCCCLVI. Menſe Februario IIII. die mēſis defunctus eſt Hrabanus Archiepiſcopus Mogontiacenſis Eccleſiæ, habens in Epiſcopatu annos VIIII. menſem vnum & dies quatuor: cui ſucceſſit karlus magis ex voluntate Regis & conſiliariorum eius, quàm ex conſenſu & electione cleri & populi. Deceſſit autem & Hatto Abbas Ful-

denſis cœnobij, pridie Id. April. in cuius locum per electionem fratrum & auctoritatem regiam ordinatus eſt Thioto vnus ex ipſis monachis. Menſe verò Auguſto Hludouuicus Rex collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibus eorum ſibi coniunctis, Dalmatas prælio ſuperat, acceptíſque obſidibus tributarios fecit. Inde per Boëmanos tranſiens, nōnullos ex eorum ducibus in deditionē accepit. In qua expeditione perierunt Comites Bardo & Erpf, cùm aliis quàm pluribus.

DCCCLVII. Rex Hludouuicus menſe Februario colloquium habuit in Confluente caſtello cum Luthario nepote ſuo. Tempore verò Quadrageſimæ placitum habuit apud VVangionum ciuitatem. Ruoruc Nordmannus qui præerat Doreſtado, cū cōſenſu Domini ſui Lutharij Regis claſsē duxit in fines Danorum, & conſentiente Horico Danorum Rege, partē regni quæ eſt inter mare & Egidoram cum ſociis ſuis poſſedit. Otgarius Epiſcopus & Hruodoltus Comes palatij, & Hernuſtus filius Hernuſti Ducis, cum hominibus ſuis & Boëmanis miſſi, ciuitatem VViztrachi Ducis ab annis multis rebellem occupauerunt, expulſo ab ea Scala-Iugato filio Ducis

VViztrachi, qui tyrannidem tunc in ea exercebat. Quo per fugam lapſo, & ad Raſticen ſe conferente, frater eius qui ab eo patria pulſus apud Cziztiborum Sorabũ exulabat, ad regem fideliter veniens loco fratris Dux conſtituitur. Habita eſt autem & ſynodus apud Mogontiacum circa kal. Octob. præſidẽte Carolo Archiepiſcopo, vbi inter alia quæ ventilata ſunt de iure eccleſiaſtico, præſentata eſt epiſtola Guntharij Colonienſis Epiſcopi ad Altfridum Epiſcopum directa, in qua legebatur, contigiſſe Coloniæ XVII. kal. Octob. terribilẽ valde tempeſtatem: populo cuncto præ nimio horrore in baſilicã ſancti Petri confugiente, &, ſignis Eccleſiæ concrepantibus, vnanimiter Dei miſericordiã implorante, ſubito fulmen informe ignei draconis inſtar baſilicam ſcidiſſe ac penetraſſe, atque ex omni illa multitudine tres homines diuerſis quidem locis, ſed vno ictu in mortem deieciſſe, presbyterũ ſcilicet iuxta altare ſancti Petri, diaconum verò ad altare ſancti Dionyſij, laicum autem ad altare ſanctæ Mariæ, alios etiam numero ſex, eodem impetu ita proſtrauiſſe, vt elati ſemiuiui vix conualeſcerent. Feruntur & alia prodigia his temporibus Treueri contigiſ-

ſe, quæ ideo ſcribere diſtuli, quia de eis certum nuncium non habui.

DCCCLVIII. In Kalendis Ianuariis terræmotus magnus factus eſt per ciuitates & regiones diuerſas, maximus tamen apud Mogontiacum, vbi macerię antiquæ ſciſſæ ſunt, & Eccleſia ſancti Albani martyris ita concuſſa eſt, vt murus de faſtigio cadens, oratorium ſancti Michaelis ad occidentem baſilicæ bicameratũ cum tecto & laquearibus ruina ſua confringens terræ coæquaret. Menſe autem Februario Rex cum quibuſdam conſiliariis ſuis in Forhheim colloquium habuit. Inde condicto placito & deſignatis ad hoc ſpecialiter Comitibus, in villa Alamanniæ quæ vocatur Vlma, Notingum Epiſcopum & Eburhardum Comitem miſſos Ludauuici nepotis ſui ſuſcepit & audiuit. Poſt mediam autem Quadrageſimã venit in Franconofurt, & ibi Paſcha celebrauit. Interea miſſi quos ad Lutharium nepotem ſuũ directos habuit, veniunt, eúmque, iuxta condictum, in Confluente caſtello Regi occurſurum eſſe nunciarunt. Rege autem promiſſionibus eius credente, & ante dies Letaniarum ad condictum diem & locum veniente; Lutharius promiſſa mentitus, neque

ipſe venit, neque de ſuis aliquem mittere voluit. Fœdus enim cũ Carlo contra Regem iniit, quod vterque eorum iuramento firmauit. Qui cùm ſe vidiſſet inluſum eſſe, reuerſus in Frãconofurt cùm multa de vtilitate regni cum ſuis tractaret atque diſponeret, tunc etiam decreuit tres exercitus in diuerſos regni ſui terminos eſſe mittendos, vnum quidem per Karlmannum filium ſuum ſeniorem in Sclauos Margentes contra Raſticen, alterum verò per Ludauuicum filium ſuum minorem in Obodritos & Linones; tertium autem per Tracholfum in Sorabos dicto obedire nolentes, vt ſedatis extrinſecus aduerſariorum tumultibus, facilius intrinſecus regni gubernacula diſponeret. Menſe autem Iulio collectis & ordinatis exercitibus ireque profectis, repente die media ſubiit Regem curarum maxima moles. Legati enim ab Occidente venerunt Edalhartus abbas & Oto Comes, poſtulantes eum, vt populo periclitanti & in anguſtia poſito præſentia ſua ſubueniret. Quod niſi celeriter fieret, & ex parte eius ſpe liberationis priuarentur, à paganis cum periculo Chriſtianitatis quærere deberent defenſionem quam à legitimis & orthodoxis dominis inuenire non

poſſent. Tyrãnidem enim karoli ſe diutius ferre non poſſe teſtati ſunt, quia quod ex eis pagani extrinſecus, nemine reſiſtente aut ſcutum opponente, prædando, captiuando, occidendo, atque vendendo reliquiſſent, ille intrinſecus ſubdole ſæuiendo * videndo diſperderet, nec quenquam eſſe in omni populo qui iam promiſſionibus aut iuramentis eius fidem adhiberet, cunctis de bonitate illius in deſperationem cadentibus. Quibus auditis rex grauiter conturbatus eſt. Duplici enim premebatur anguſtia, quoniam ſi populi votis acquieſceret, cõtra fratrem, quod impium eſſet, agere deberet: ſi autẽ fratri parceret, à periclitãtis populi liberatione, quod æque impiũ eſſet, ceſſare deberet. Ad hoc acceſſit etiam nõ modicus anguſtiarum cumulus, vulgi videlicet æſtimatio, ſuſpicãtis totum quod actũ fuerit in huiuſmodi negotio, nõ voto fieri populo condolentis, ſed ſola intentione regnum dilatare cupientis. Quod longe aliter eſſe quàm ſe vulgi fert opinio, cuncti cõſiliorum Regis conſcij veraci ſermone teſtantur. In iſta igitur curarum moleſtia poſitus, tandem conſilio ſapientium acquieſcens, ſimul & conſcientiæ ſuæ puritate præditus maluit multorum vtilitati-

bus conſulere, quàm vnius hominis pertinaciæ conſentire: precibúſque legatorum fauens, votis populi præſentiam eius deſiderantis, cum diuino adiutorio ſe adfuturum promiſit. Mediante autem menſe Auguſto VVangioni collecto comitatu per Aliſatiam profectus: venit in Galliam ad villam regiam, in regno karoli, quæ vocatur Panticona, vbi occurrerunt ei ferè in Ponhgona
omnes primates partium illarum, exceptis eis quos tunc Karolus ſecum in præſidio habuit, pugnans contra Normannos ſupra Ligerem fluuium. qui vt audiuit Ludauuicum eſſe intra terminos regni ſui, dimiſſa obſidione, cum exercitu occurrit in loco qui vocatur Briacus, viſáque multitudine Orientalium ſimul & eorum qui è ſuis contra tyrannidem eius coniurauerant, cũ ſe virtute cerneret imparem, nec poſſe ſine grandi periculo ſuorum cum fratris copiis in acie congredi, depoſito tamen & quaſi ad pugnandum milite ordinato, ipſe quidẽ cum paucis latenter abſceſſit. Exercitus verò in loco certaminis derelictus, cognito ducis abſceſſu ad Ludouuicum tranſiit. Ille verò ſedato impetu populi Karlũ perſequi cupientis, ad diſponenda regni negotia, quaſi libera vtens poteſtate, diligẽtiam

curámque conuertit. Et primùm quidem nimis incauta ductus ſecuritate, omne robur totius exercitus, quem ab Oriente ſecum adduxerat, remiſit in patriam, fruſtra in deſertores & proprij domini proditores ſpei ſuæ fiduciam ponẽs, quorum etiam conſilio ibi decreuit hiemare, ignarus per omnia imminẽtis ſibi periculi quod ei parabatur ex parte Karoli, cuius animum ad vltionem iniuriarum ſuarum erexerant filij Conrati comitis, Ludouuicum ſecurum & paucos eſſe qui cum eo ex ſuis remanſerant indicantes: quos ille quidem quaſi ſibi fideles ad explorandos, ſibíque renuntiandos actus Karli tranſmiſerat. Illi verò fidem mentiti & Karlo coniuncti, quomodo Ludouuicus ex improuiſo cum multitudine exercitus obrueretur, tota intentione moliebantur. Interea nuntiatum eſt ei in Oriẽte rempublicam Sorabici limitis eſſe turbatam, eo quòd Sorabi, duce eius Ezſtiboro nomine, ſibi fideliſſimo, inſidioſe, perempto, defectionem meditarentur. Ac per hoc, ille quidem ad comprimendam ſeditionem, exortam in regnum ſuum quanta potuit celeritate regreſſus eſt. Karlus verò poſt diſceſſum eius ſedem regni ſui nullo aduerſante ſine difficultate recepit.

pit. Villa quædā haud procul ab vrbe Pinguia ſita eſt Caput montium vocata, eo quòd ibi montes per alueum fluminis Reni tendentes, initium habent, quam vulgus corruptè Cammunzi nominare ſolet, vbi malignus ſpiritus eiuſdem nequitiæ ſuæ oſtendit indicium. Nam primùm quidem lapides iaciendo & parietes domorum quaſi malleo pulſando, hominibus loci illius infeſtus efficitur; deinde verò manifeſtè loqui, & furtim ſublata quibuſdā prodere, poſt hæc diſcordias inter habitatores eiuſdem loci ſeminare: denique omnium animos contra vnum hominem concitauit, quaſi peccatis illius exigentibus cæteri talia paterentur. Et vt maius odium aduerſus eum excitaret, in quamcumque domū idē intrauit, ſtatim malignus ſpiritus illam excuſſit. Igitur ex neceſſitate coactus cum vxore & filiis foris manſit in agris, omnibus propinquis ſuis ſub tectum ſuum illū ſuſcipere timentibus. Sed nec ibi tutus fuiſſe permiſſus eſt. Nā cùm vniuerſas fruges ſuas congregaſſet, & in aceruos collegiſſet, ſpiritus nequam ex improuiſo veniens cunctas incendit. Vt autem animos vicinorum illum interficere cupientium placare potuiſſet, idem ipſe, ferro feruen-

te, de omnibus quæ ei obiiciebantur criminibus ſe oſtendit immunem. Miſſi ſunt igitur ab vrbe Mogontiaca presbyteri atque diaconi cum reliquiis & crucibus, qui malignum ſpiritum ab eo loco expellerẽt. Sed illis in quadam domo, vbi maximè ſęuiebat, letanias agẽtibus, & aquam benedictam ſpargentibus, antiquus hoſtis nonnullos ex eadem villa illuc conueniẽtes iactando lapides cruentauit: tamen modicũ temporis à ſua infeſtatione quieuit. Poſtquàm verò inde diſceſſerunt qui miſſi fuęrant, idem hoſtis multis audientibus lugubres edidit ſermones. Nam primũ quendam nominatim exprimens, ſe ſub cappa illius ſtetiſſe profeſſus eſt ea hora quando aqua benedicta aſpergebatur in domo. Quibus ſe præ timore ſignantibus, idem hoſtis de eodem presbytero, Meus, inquit, proprius eſt ſeruus: à quo enim quis ſuperatur, huius & proprius eſt ſeruus, quia nuper, me ſuadente, cum filia procuratoris iſtius villæ concubuit. Quod factum nullus mortaliũ ante ſciebat, exceptis his qui hoc crimen perpetrauerant. Patet ergo quia, iuxta veritatis ſentẽtiam, nihil opertum eſt quod non reueletur. His & huiuſmodi malis apoſtata ſpiritus in loco ſupra

dicto per tria annorum curricula infeſtus non ante ceſſauit, donec vniuerſa pene ædificia ſuccendio conſumeret.

DCCCLIX. Ludouuicus Rex quaſi inchoante verno tempore, de Gallis rediens VVormatiam venit. Cùm frequentibus legatorum ſuorum diſcurſibus fratris ac nepotis ſui animos ſibi reconciliare ſtuderet, corúmque reſponſa per internuntios reciproca relatione ſuſciperet, tandē condicto tempore, ſinguli cum æquo numero principum ſuorum ex auerſa parte nominatim expreſſorum, iuxta Aternacum caſtellum, in quadā inſula Reni fluminis nauigio vecti conuenerunt, reliquo ſingulorum comitatu ſuper littus ex vtraque parte fluminis conſiſtente. Vbi cùm diu varia & anceps actarū ſimul & agēdarum rerum agitata eſſet diſputatio, cōdicto placito autumni tēporis iuxta Baſalā cōmuniter habendo, ſinguli cum ſuis ad propria reuerſi ſunt. Ludouuicus tamen eis qui priore anno à Karlo deficientes ſui effecti ſunt, honores quos prius habuerant, impetrare non potuit. Dilata enim res eſt in futuro placito finiēda. Interea verò cū ſuis hábita locutione, Tiothonem Fuldenſis cœnobij Abbatē ad Ludauuicum regē Italiæ nepo-

tem ſuum & ad Nicholaum Apoſtolicum Apologitica intentione Romam miſit, reſponſa eorum, ſi eſſet poſſibile, ad condictum regale placitum perlaturũ. A quibus honorificè ſuſceptus, cùm de geſtis præteriti anni Regem per omnia rationabiliter excuſaret * infamiæ, Apoſtolica fultus Epiſcopus rediens, iuxta lacum Brigantiũm ad Regẽ venit, de loco prædicto placiti iam tunc reuerſum, quia ad cõdictum diem vel locum placiti neuter ſibi Regum occurrerat. Qui cùm de legatione ſua Regi per omnia ſatisfeciſſet, accepta licentia ad proprium rediit monaſterium. Vrbs Mogontia cum locis ſibi contiguis, per totum anni circulũ immani terræ motu vexatur. Probus presbyter religioſus, cuius caſta conuerſatio & doctrinæ ſanctæ ſtudium Mogontianam illuſtrauit Eccleſiã, VII. Kal. Iulij, diem obiit. Sed quoniam per omnia longum eſt texere qualiter in ſupra dicta Eccleſia ſine faſtidio die noctúque fructuoſo labore deſudauerit, vel quomodo omnia omnibus factus fuerit vt cunctos lucrifaceret Chriſto, ſaltim aliqua virtutum illius duobus verſiculis non pigeat memoriæ cõmendare, vt ex his cætera diuinitus illi collata facilius valeãt intelligi.

*Quam prudẽs, humilis, patiens, caſtúſque fuiſſet,*
*Littera vel lingua nulla referre poteſt.*

DCCCLX. Hibernum tempus aſperum nimis & ſolito prolixius erat, frugibúſque & arborum prouentibus pernoxium. Nix quoque ſanguinulenta in pleriſque locis cecidiſſe reperta eſt. Mare etiam Ionium glaciali rigore ita conſtrictum eſt, vt mercatores qui nunquam antea niſi vecti nauigio, tunc in equis quoque & carpẽtis mercimonia ferentes Venetiã frequentarent. Ludouuicus Rex & Carlus frater eius, nepóſque eorum Lutharius, cum primatibus ſuis in Confluente caſtello conuenientes, pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli iuramento firmauerunt, cuius ſacramenti ſeries huiuſmodi fuit. Amodo & quamdiu vixero, iſtum fratrẽ meum Karlum, & nepotes meos Ludouuicum & Lutharium atque Karlum ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ ſtatum & honorem atque defenſionem, & ad noſtram communem ſalutem & honorẽ, & ad populi Chriſtiani nobis commiſſi ſaluamentum & pacem, & ad legis ac iuſtitiæ & rectæ rationis conſeruationem, quantum mihi Dominus ſcire & poſſe donauerit, & ipſi me obaudierint, & à me ipſi quæſierint, vero cõ-

ſilio&, ſecundum quod mihi rationabiliter & ſalubriter poſſibile fuerit, ſincero auxilio adiutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos fors conſiliabo in hoc, vt ipſi erga me ſimilem promiſſionem faciant & conſeruent.

DCCCLXI. Ludauuicus Rex conuentum habuit in Reganesburg tertia ſeptimana poſt ſanctum Paſcha, in quo Ernuſtum ſummatem inter omnes optimates ſuos quaſi infidelitatis reum publicis priuauit honoribus. Vtonem quoque & Berngarium fratrem eius atque Sigitardum Comites, VValdonémque Abbatem, cum aliis nonnullis, quaſi cõplices infidelitatis eius, ſimiliter exauctorauit. è quib⁹ Vto & Bernarius cum VValdone fratre ſuo in Gallias ad Karlum Regem ſeceſſerũt, cæteris intra patriam in proprietate ſua remanentibus. Karlmannus quoque filiorum Regis maximus, res nouas molitus eſt. Expulit enim duces quibus cuſtodia cõmiſſa erat Pannonici limitis & Cartani, atque per ſuos marcam ordinauit: quod Regis animum rebellionem ſuſpicantis non parum commouit.

DCCCLXII. Carlemannus per ſacramen-

ta pacis & ſecuritatis ſuæ Reganesburgum venit, & reddita ratione conuicit aduerſarios, patríque ſuo recōciliatur, iuramento confirmans ne contra eius iuſtam poteſtatem quicquam deinceps mēte malicioſa machinaretur. Et Karlemannus quidē ad ſua cum pace reuertitur, Rex verò Mogōtiam profectus, occurrentem ſibi ad colloquium nepotem ſuum ſuſcepit Lutharium regem. Eodē quoque anno Rex ducto in Obodrictos exercitu, ducem eorum Tabamuizilem rebellantem dicto obedire, & filium ſuum cum aliis obſidibus dare coëgit.

DCCCLXIII. Carlemannus filius Regis qui prælatus erat Carantanis, tam multis criminibus & tam magnis apud patrem abſens accuſatus eſt, vt meritò reus maieſtatis haberi debuiſſet, ſi ea quæ in eum dicta ſunt ab accuſatoribus probari potuiſſent. Quod regis animum adeo commouit, vt per ſe ipſum coram frequentia populi ſui proteſtatus ſit, karlemannum filium ſuum ab eo tempore & deinceps donec ipſe viueret & regnaret, ſua voluntate publicis honoribus nunquam eſſe potiturum. Quo audito Karlemannus ab itinere quo ad palatium ire cœperat, perterritus in Carīthiā ſe recepit, ibi tutari apud ſuos quos ſibi fi-

deles arbitratus eſt, volens, donec patris ira quieſceret, & ipſe per internuntios veraces ſibi fallaciter obiecta purgaret. Interea Rex collecto exercitu, ſpecie quidem quaſi Raſticem Margenſium Sclauorum ducem cum auxilio Bulgarorum ab Oriẽte venientium, vt fama fuit, domaturus, re autem vera ad Carantanos filium expugnaturus acceſſit: qui reuera ad id temporis defenderet, niſi proditione Gundachari Comitis ſui deciperetur incautus, qui totum pene robur exercitus ſecum habens, quaſi vada fluminis N. hoſtibus prohibiturus, cum omnibus copiis trãſiuit ad Regem, & prælatus eſt Carantanis, ſicut ei prius occulte promiſſum eſt, ſi Dominum ſuum fraude decepiſſet. Et hic quidem pręfecturæ dignitatem hoc modo promeruit. Karlemannus verò per iuramenta principum venit ad patrẽ, & de obiectis ſibi criminibus ſecurus, quia innocens erat & teſtimonio conſcientiæ fretus, lætum ſe per omnia exhibebat atque iucũdum. Ea tempeſtate karlus Archiepiſcopus Mogontiacenſis Eccleſiæ II. non. Iunij defunctus eſt; Luibertus eiuſdem ſedis honore ſublimatus II. kal. Decemb. In regno quoque Lutharij pro eo quòd dimiſſa vxore legitima

alteram duxit, ſynodus in Mettis cógregata eſt omnium Epiſcoporum eius præter Hungariũ Traiectẽſem, quem ęgritudo detinuit. Aderāt & miſſi Nicholai Romani pontificis ob eandem cauſam diligenter inueſtigandam directi: In quo negotio vẽtilato, Rex factum ſuum propter quod arguebatur, conſilio & auctoritate Epiſcoporum ſe feciſſe teſtatus eſt. Quod illi non inficiantes, quaſdam aſſertiones rationum veriſimilium quibus geſtæ rei qualitatem munire niſi ſunt, oppoſuerũt, eáſq; litteris comprehenſas, vt legati Apoſtolici ſuggeſſerunt, per Guntharium Agrippinæ Coloniæ, & Theotgaudum Treuerenſem Galliæ Belgicæ Archiepiſcopos, Apoſtolicæ ſedis pontifici probandas tranſmiſerunt. Qui conuocato Romanę ſedis Epiſcoporũ concilio, & Mettenſem anathematizauit ſynodum, & ad ſe miſſos Epiſcopos depoſuit, & communione priuauit, iuſtè quidẽ & canonicè vt ſcriptis ſuis ipſe teſtatur, iniuſtè verò ſicut illi reſcriptis & aſſertionibus firmare conantur. Propterea partis vtriuſque ſcriptorum ſeriem his annalibus inſerendam eſſe iudicaui, diſcernendæ rei veritatem lectoris arbitrio relinquens. Et hæc quidem ſunt Apoſtolicæ ſedis decre-

ta ſynodalia: *Nicholaus ſeruus ſeruorum Dei reuerentiſsimis & ſanctiſsimis fratribus noſtris Archiepiſcopis, in regno Ludouuici Regis Germani conſtitutis. Scelus quod Lutharius Rex, ſi tamen Rex veraciter dici poſsit qui nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrenat, ſed lubrica eneruatione magis ipſius illicitis motibus cedit.* * *Teuberga ſcilicet & VValdrada cõmiſit, omnibus manifeſtum eſt. Sed & dudum Epiſcopos Teogaudum & Guntarium in tali facto eum habuiſſe tutores atque fautores, penè totus nobis orbis vndique ad limina ſeu ſedem Apoſtolicam confluens referebat, abſentibus quoque id ſcribẽtibus noſtro Apoſtolatui. Quod nos tanto credere renuimus, quanto de Epiſcopis tale quid audire nullatenus ſperabamus, donec ipſi Romam tempore concilij venientes, coram nobis & ſancta ſynodo tales inuenti ſunt, quales fuerant à multis ſæpe prædicati, ita vt ſcriptura quam ſuis ſtipulauerant manibus, quamque volebant vt noſtro roboraremus chirographo, caperentur, & dum muſcipulam innocentibus opponere ſatagerent, inſidiis ſuis illaqueati ſunt ipſi: ſicque completum eſt, Deo auctore, quod in prouerbiis legitur: Fruſtra iactatur ante oculos pennatorum: ſiquidem ipſi obligati ſunt & ceciderunt. Nos verò qui in hoc flagitium falſo cecidiſſe dicebamur, fauente Domino cum iuſtitiæ pro-*

*pugnatoribus reſurreximus & erecti ſumus. Igitur decernente nobiſcum ſancta ſynodo, in præſentia depoſiti & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque à regimine Epiſcopatus alienati indubitanter exiſtunt. Vnde noſtra fraternitas canonum normam cuſtodiens, & decretorum ſanctiones obſeruans cauet, ne hos quos nos abiecimus, recipere in ſacerdotum catalogo quis præſumat. Depoſitionis autem ſententia quam in prædictos Thetgaudum & Guntharium protulimus, cum cæteris capitulis quæ ſancto concilio nobiſcum ſanciente promulgauimus, inferius annexa monſtrabitur.* DE SYNODO IN METENSIVM VRBE A THIETGAVDO ET GVNTHARIO ARCHIEPISCOPO CONGREGATA PENITVS ABOLENDA CAPITVLVM. *Synodum quæ nuper, id eſt ſub piiſſimo Imperatore Ludouuico per indictionem* XI. *menſe Iunio, in Metenſium vrbe ab Epiſcopis qui noſtrum præuenerant iudicium, collecta eſt, quique Apoſtolicæ ſedis inſtituta temerè violauerunt, ex tunc, & nunc, & in æternum iudicamus eſſe caſſatam, & cum Epheſino latrocinio reputatam Apoſtolica auctoritate in perpetuum eſſe ſancimus damnandam, nec vocari ſynodum, ſed tamquã adulteris fauentem, proſtibulum appellari decernimus.* DEPOSITIO THIET-

GAVDI ET GVNTHARII ARCHIEPISCOPORVM. *Theutgaudum Trenerenſem primatem Belgicæ prouinciæ & Guntharium Agrippinæ Coloniæ Epiſcopos, nunc coram nobis & ſancta ſynodo, ſub geſtorum inſinuatione qualiter cauſam Lotharij Regis & duarum mulierum eius Theutpergae ſcilicet & VValtdrudæ ſe recognouerint & iudicauerint, ſcriptum ſuper hoc propriis roboratum manibus offerentes, nihilque ſe plus vel minus aut aliter egiſſe ore proprio multis corã poſitis affirmantes, et ſententiã quã à ſede Apoſtolica, in Ingiltrudem vxorem Buſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis Archiepiſcopus Tado, & cæteri coepiſcopi noſtri petierant emittendam, & nos diuino ſuccenſi zelo, ſub anathematis obteſtatione canonicè protuleramus, publicè viua voce ſe violaſſe confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos Apoſtolicas atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe, omni iudicamus ſacerdotij officio permanere penitus alienos, ſpiritus ſancti iudicio & beati Petri per nos auctoritate omni Epiſcopatus exutos regimine conſiſtere definientes. Quod ſi iuxta præcedentem conſuetudinem, tamquam Epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia ſynodo, reſtitutionis ſpem aut locum habere*

*ſatisfactionis, ſed communicantes eis omnes abiici de Eccleſia, & maximè ſi poſtea quàm didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint.*

DE CÆTERIS EPISCOPIS, CAP. III. *Cæteri autem Epiſcopi qui complices horum Theutgaudi ſcilicet & Gunthariȷ vel ſectatores eſſe feruntur, ſi cum his coniuncti ſeditionem, coniurationes vel conſpirationes fecerint, vel ſi à capite, id eſt à ſede beati Petri, illis hærendo diſſenſerint, pari cum eis damnatione teneantur aſtricti. Quòd ſi cum ſede Apoſtolica, vnde eos principium Epiſcopatus ſumpſiſſe manifeſtum eſt, ſapere de cætero per ſemetipſos vel miſſos ad nos legatos cum ſcriptis ſuis profeſſi extiterint, nouerint ſibi à nobis veniam non negandam, nec amiſsionem honorum ſuorum pro retro-actis præſumptionibus, aut ſubſcriptionibus quas pro inſanis fecerunt geſtis, per nos vllo modo formidandam.* DE ENEGILDRVDA CAP. IIII. *Engildrudam filiam quondã Mactifredi Comitis, quæ à Buſſone proprio viro relicto,* * *ecce iam per ſeptem circiter annos hac atque illac vagabunda nuper cum factoribus ſuis regulariter anathematizauimus, ſed propter contumaciã iterato anathematis vinculis duximus innodãdã. Sit igitur à patre & filio & ſpiritu ſancto vno & vero Deo, ab om-*

*nibus ſanctis patribus, & ab vniuerſa ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia, & à nobis penitus anathema, cum omnibus complicibus excommunicatoribus atque auxiliatoribus ſuis, ita vt, ſicut iam decreuimus, ſi quis ei communicare vel fauere in aliquo præſumpſerit, ſiquidem clericus fuerit, in eodem vinculo conſtrictus, officium clericatus amittat, monachi verò & Laici ſi inobedientes decreto præſenti fuerint, ſimiliter anathematizētur. Sane ſi eadem mulier ad virum ſuum reuerſa fuerit, vel Apoſtolicam beati Petri ſedem Romam properans, veniam ei poſt dignam ſatisfactionem proculdubio non negabimus. Veruntamen ſub priori vinculo anathematis, quo illam prius & nunc obligauimus, interim conſtricta permaneat. Si quis autem eidem Engildrudæ Apoſtolicam beati Petri ſedem Romam ſpecialiter properanti vel occurrēti neſcius communicauerit, aut ſciens opem in veniēdo præſtiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur innexus.* DE SENTENTIIS ANTIQVIS INTERDICTIS SEDIS APOSTOLICÆ CAP. V. *Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones vel decreta pro catholica fide, pro Eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione ſceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum à ſedis Apoſtolicæ præſule ſalubriter pro-*

*mulgata contempſerit, anathema ſit.* Epiſcopi verò ſupradicti. poſtquam damnati ſunt, hæc reſcripſerũt. CAP. I. *Nicholao pontifici. Guntharius atque Theutgaudus patres Epiſcopi & fratres coepiſcopi noſtri ad te nos direxerunt, & nos ſponte iuimus, conſulere videlicet, expleta generali legatione, tuum magiſterium ſuper his ſpecialiter quæ pariter, prout nobis viſum fuit, & * aditiẽtibus notũ eſſe potuit, iudicauimus, auctoritates rationéſq; quas ſecuti fuimus ſcriptis oſtendentes, vt tua ſapientia, perſcrutatis omnibus, quid inde ſentires & quid velles, nobis paterno demõſtrares affectu, noſq; fraterna caritate procurares, et, ſi melius illud tua ſãctitas inueniret, vt nos inſtrueres & doceres, ſuppliciter obſecrauim⁹, parati, quicquid rectius et probabilius eſſet, libẽter amplecti.* CAP. II. *Sed nos per tres hebdomadas tuũ expectantes reſponſum, nihil certitudinis nihilque doctrinæ nobis expreſsiſti. tantum quodam die in publico dixiſti, nos excuſabiles apparere & innocentes iuxta aſſertiones noſtri libelli.* CAP. III. *Ad vltimũ autem nos euocati ad tuam præſentiam deducti ſumus, nihil aduerſitatis ſuſpicantes, ibique obſeratis oſtiis, facta more latrocinali conſpiratione, ex clericis & laicis turba collecta & permixta, nos violenter inter tantos opprimere ſtuduiſti, longa ſcilicet intercapedine à noſtris &*

Juehn. lib IIII Ann. Bcor. P

*clericis & laicis ſeparatos, atque ſine ſynodo & ſine canonico examine, nullo accuſante, nullo teſtificante, nullaque diſputationis diſcretione dirimēte, vel auctoritate ac probatione conuincente, abſque noſtri oris cōfeſſione, abſentibus aliis metropolitanis et dioceſaneis coepiſcopis & confratribus noſtris, extra omniū omnino cōſenſum, tuo ſolius arbitrio & tyrannico furore noſmet damnare voluiſti, ſubito quadā tibi cartula & improuiſe porrecta lectoris officium aſſumens, aſſiſtēte lateri tuo Anaſtaſio olim presbytero ambitus damnato et depoſito et anathematizato, cuius ſcelerato magiſterio tuus præcipitatur furor.*

CAP. IIII. *Ergo tuam prauam ſentētiam à zelo rectitudinis alienam iniuſtam & inrationabilem, canonicis legibus cōtrariam, nequaquā recipimus, imo cū omni cœtu fraterno, quaſi nefas atque maledictum fruſtra prolatum cōtemnimus atque abiicimus, tibíque anathematorum & religionis ſacræ abiectorum & contemptorum fautori & communicatori reuera communicare nolumus, contenti totius Eccleſiæ communione et fraterna ſocietate, quam tu arroganter te ſuper exaltans deſpicis, teque ab ea elationis tumore indignum faciens ſegregas.* CAP. V. *Igitur ex tua leuitatis temeritate propria tibimet ſententia anathematis plagam inflixiſti, exclamans, Qui Apoſtolica præcepta non ſeruat anathema ſit,*

quæ

*quæ multipliciter violare & violaſſe dignoſceris, diuinas leges ſimul & ſacros canones calcãs, &, quantum in te eſt, euacuans, prædeceſſorum tuorum pontificum Romanorum veſtigia ſequi nolens. Nunc ergo qui fraudulentiam & calliditatem experti ſumus, indignationem quoque tumidúmque potentatũ agnoſcimus, nihil tibi tuæque ſuperbiæ cedimus, qua nos ad vota noſtrorũ, quibus faues, inimicorũ obruere feſtinabas, ſciéſque nos non tuos eſſe, vt te iactas & extollis, clericos, quos vt fratres & coepiſcopos recognoſcere, ſi elatio permitteret, debueras. Et hæc tibi noſtri ordinis non inſcij, nimium tua improbitate compulſi reſpondemus, non quaſi ad illatam nobis contumeliam prouocati, ſed contra tuam iniquitatem eccleſiaſtico zelo accenſi, nec noſtræ vtilitatis perſonam attendentes, ſed omnem noſtri ordinis vniuerſitatem, cui vim inferre conaris, præ oculis habentes.* *

DCCCLXIIII. Gunthariuſ Coloniæ ciuitatis Epiſcopus pænitentia ductus quòd contra domnum apoſtolicum iniuſtæ rationis contentionem inchoauerat, reconciliationis ſuæ & emendationis gratia Romam profectus, in præſentiam Apoſtolici viri Nicholai venit: ſed veniam minime conſecutus eſt. Hludouuicus rex in menſe Auguſto, vltra Danubium cum manu vali-

da profectus, Raſticen in quadam ciuitate quæ lingua gentis illius Douuina à puella dicitur obſedit. At ille cùm regis copijs congredi non auderet, atque loca ſibi effugiendi denegata cerneret, obſides quales & quantos Rex præcepit, neceſſitate coactus dedit; inſuper cum vniuerſis optimatibus ſuis, fidem ſe cunctis diebus Regi ſeruaturum eſſe iuramento firmauit, licet illud minime ſeruauerit. Hludouuicus & karolus reges & fratres apud Duſicã villã menſe Septẽ. conuenientes fœdus ineunt, & quidquid inter eos leuitate humana vel ſuggeſtione militum perperam geſtum fuerat, ſibi mutuo dimittunt, cuncta retro obliuioni tradenda cenſentes. Huius autẽ fœderis pactum inuiolabiliter omni tempore conſeruãdum, teſtes & admonitores idonei ex vtraque parte ſtatuuntur. Nam Hludouuicus ex parte Karoli Hincmarum Remenſem Epiſcopum & Engilrammum comitem: Karolus vero ex parte Hludouuici Luitbertũ Archiepiſcopum & Altfridum antiſtitem elegit, vt ſi forte ab aliquo eiuſdem pacti iura læderentur, his admonentibus & geſta priora ad memoriam reuocantibus, facilius in priſtinum ſtatum reformari poſſent. Gũtharius Comę ciuita-

tis Epiſcopus pœnitentia ductus quòd miniſterium ſacerdotale ab Apoſtolico ſibi interdictum contingere prȩſumpſerat, Romam profectus eſt; ſed reſtitutionis vel ſatisfactionis locum minimè inuenit.

DCCCLXV. Ruodolfus Fuldenſis cœnobij presbyter & monachus, qui apud totius pene Germaniæ partes doctor egregius & inſignis floruit Hiſtoriographus & poëta, atque omnium artium nobiliſſimus auctor habebatur, VIII. Id. Mar. diem vltimum feliciter clauſit. Deceſſit autē eodem anno Ernuſtus comes. & Arſenius Epiſcopus Nichoali Papæ Romanæ vrbis legatus, ob pacē & concordiam inter Hludouuicū & karolū fratrē eius, nec nō Hluthariū nepotē eorū, renouandā atque cōſtituendā miſſus eſt in Frāciam, qui apud villā regiā Frāconofurt à Hludouuico rege honorificè ſuſceptus, & muneribus magnificis honoratus, condictóque inter eos placito de ſupra dicta conuentione apud Agrippinā Colonam habituro, ad Karolum regem in Galliam pergit. Illic quoq; mirifice à Rege ſuſceptus, regalibuſque donis ſublimatus, propter condictum placitum Agrippinā, vt diximus, Coloniam venit, ibique obuiā ei duo fratres Hludouuicus videlicet atque

Karolus, abſente Hluthario nepote eorum ad condictum placitum conuenerunt, multíſque ibidem cauſis bene diſpoſitis, cum pace reuertitur Romam. Verinharius Comes vnus ex primoribus Francorum apud Hludouuicum Regẽ accuſatus, quaſi Raſtizen ſuis hortationibus aduerſus eum incitaſſet, publicis priuatus eſt honoribus. Arſenius Epiſcopus Nicholai Romani pontificis legatus ob pacem & concordiam inter Hludouicũ regem, & nepotes eius Hludouuicum videlicet Italiæ Imperatorem & Hlutharium fratrem eius, miſſus eſt in Franciam: qui menſe Iunio veniens apud Frãconofurt ab Ludouuico Rege honoricè ſuſceptus eſt, à quo abſolutus in Galliam perrexit, & Theutpergam reginam à Luthario dudum dimiſſam, ſicut ei ab Apoſtolico iniũctum fuerat, eidem reſtituens, VValdradam concubinam eius in Italiam duci præcepit, & vt Hluthatius Teutpergam quemadmodum Rex legitime ſibi coniunctam deinceps tractaret reginam, duodecim ex optimatibus eiuſdem Regis iuramento firmare coëgit. Deinde in regnum Karoli profectus, multíſque ibi, quorum gratia illuc venerat, bene diſpoſitis, Romam reuerſus eſt. Hludouuicus

Hludouuici regis filius grauiter ferẽs quod Rex quędam beneficia illi ſubtrahẽs, Karlmanno fratri ſuo reddidit, patri moleſtus efficitur. Nam nuntiis per vniuerſam Thuringam &Saxoniam miſſis,quos potuit ad ſe traxit, & cõtra Regẽ rebellare diſpoſuit. VVerinharium quoque,Vtonem,& Berẽgarium comites à patre ſuo depoſitos, ſuis adhibens conſiliis, priſtinam eis dignitatẽ ſe reſtituturũ eſſe promiſit. Sed & Heinricum principem ſuæ militiæ ad Raſtizen deſtinauit, obnixè poſtulans vt eiuſdem conſpirationis fautor fieri non recuſaret. Quo comperto Rex Karmannum ad tuitionem Baioariæ derelinquens, concitus venit in Franciam, & à ſuis vndique confluentibus honorificè apud Franconofurt ſuſceptus eſt, & conſpirationem exortam facilè extinxit. Tãta etenim multitudo fidelium ſuorum cum eo tunc aderat,vt pars aduerſa,niſi timor filij eius adfuiſſet, ligari proculdubio potuiſſet. Interea Guntpoldus quidam de ſatellitibus Kalmanni contra Dominum ſuum volẽs dimicare, amiſſo exercitu vix viuus euaſit. Hludouuicus verò mediante Luitberto Archiepiſcopo aliiſque pacis amatoribus, menſe Nouẽb. apud VVormatiam patri ſuo reconciliatur

Ea tempeſtate apud Mogontiacum quidam de hominibus Luitberti Archiepiſcopi, orta ſeditione interfecti ſunt, quorum mors grauiter in auctores ſeditionis vindicata eſt. Quidam enim in ligno ſuſpenſi, alij manuum & pedum ſummitatibus amputatis, etiam lumine oculorum priuantur: nonnulli omnia ſua relinquentes, & mortem euadere cupientes, exules effecti ſunt. Legati Bulgarum Radeſponam ad Regem venerunt, dicentes regem illorum cum populo non modico ad Chriſtum eſſe conuerſum, ſimulque petentes vt Rex idoneos prædicatores Chriſtianæ religionis ad eos mittere non differret.

DCCCLXVII. Rex Hludouuicus Bulgarum petitionibus annuens Ermenricum Epiſcopum cum presbyteris & diaconibus ad propagandam fidem catholicam præfatæ genti deſtinauit. Sed cùm illuc perueniſſent, Epiſcopi à pontifice Romano miſſi totam illam terram prædicando & baptizando iam tunc repleuerant. Quapropter iſti accepta à rege licentia redierunt in ſua. Hlutharius Rex promiſſionē ſuam quam ſuper Theutpergam reginam legato pollicitus eſt Apoſtolico, irritam ducens, atque iuramentum optimatũ ſuorum flocci pen-

dens, iterum VValdradæ ab Italia reuocatæ ſe clanculo ſociauit. Vnde Nicholaus Apoſtolicus diuino zelo cõmotus per diuerſas Chriſtianæ religionis prouincias Italiæ videlicet & Germaniæ ſatisfactionẽ ſequeſtrauit. Miſit præterea epiſtolam filiis Hludouuici Regis, de honore parentum ſeruando. Ruodbertus Karoli Regis Comes apud Ligerim fluuium contra Nordmannos fortiter dimicans occiditur, alter quodãmodo noſtris temporibus Machabæus: cuius prælia quæ cum Brittonibus & Nordmannis geſſit, ſi per omnia ſcripta fuiſſent, Machabæi geſtis æquiperari potuiſſent. Terræmotus per plurima loca factus eſt VII. Id. Octob.

DCCCLXVIII. Nicholaus põtifex Romanus Epiſcopis Germaniæ duas deſtinauit epiſtolas, vnam quidem de factionibus Græcorum, alteram verò de Theugaudi & Gũtharij Epiſcoporũ depoſitione, in qua refert eos ſeptem capitalia crimina commiſiſſe, & ob hoc priſtinæ dignitatis reſtitutionem nequaquam eos in ſempiternũ recipere poſſe cõmemorat. Synodus apud VVormatiam menſe Maio habita eſt præſente Hludouuico Rege, vbi Epiſcopi nõnulla capitula de vtilitate Eccleſiaſtica cõ-

ſcribentes, Græcorum ineptiis congrua ediderunt reſpõſa. Hlutharius Rex Romam profectus, ſummo ſtudio niſus eſt VValdradam cum conſenſu & fauore Nicholai pontificis ſibi matrimonio cõiungere: ſed eum iam defunctum reperiens, in Beneuẽtum ad fratrem ſuum Hludouuicum perrexit, & huius copulæ fautorem illum fore poſtulauit apud Adrianum qui Nicholao in pontificatu ſucceſſit: ſed petitionis effectum minimè conſecutus eſt. Eodem anno ſtella cometes per aliquot noctes apparuit, fontes quoque & flumina propter nimiam imbrium inundationem creſcendo intumuerunt, & per diuerſa loca in frugibus & ædificiis damnum fecere non modicum. Hanc plagam fames etiam magna cum ingenti pernicie humani generis per totam Germaniam & Galliam ſecuta eſt.

DCCCLXVIIII. Sclaui qui vocantur Behemi, terminos Baioariorum crebris incurſionibus infeſtant, & quaſdam villas incendio tradentes, mulieres inde duxere captiuas. Contra quos Hludouuicus Rex tutores partium illarum interim miſit, donec ipſe oportuno tempore ſuorum vindicaturus iniurias, in deſertores arma corriperet. Karlmannus exercitibus Raſtici bis

numero congreſſus victor extitit, prædam inde capiens nõ modicam, ſicut ipſe litteris ad patrem ſuum deſtinatis retulit. Sorabi & Siuſli iunctis ſibi Beheimis & cæteris circum circa vicinis, antiquos terminos Thuringiorum tranſgredientes, plurima loca deuaſtãt, & quoſdam ſibi incautè congredientes interficiunt. Eundachar vaſſallus Karlmanni qui multis periuriis & doloſis machinationibus Hludouuico Regi eiúſque filiis ſæpenumero extitit infidelis, & proprium dominum derelinquens ad Raſticen defecerat, cõtra patriam more Catilino dimicare volens, occiſus eſt. Hic Karlmanni ducibus ad locum certaminis appropinquantibus, dixiſſe fertur ad eos, quibus Arasfizo erat prælatus: Pugnate fortiter veſtram patriam tuentes, ego enim in hoc certamine vobis proficuus non ero, quoniam ſanctus Emmerammus cæteríque ſancti, in quorum reliquiis Hludouuico Regi filiiſque illius fidẽ me ſeruaturum eſſe iuraui, meum clypeum & haſtam tenentes mea brachia iiſdem deprimunt, & me vndique conſtrictum quaſi loris ligatum retinent, ita vt nec manum quidem ad os mittere valeam. Dum hæc infelix loqueretur, noſtris ſuperuenien-

tibus occubuit, Domino illi infidelitatis ſuæ condignam mercedem retribuente. Quod cùm Regi relatum fuiſſet, omnes in commune laudare Dominum, ſignis etiã cunctarum in Reganesburg Eccleſiarum concrepantibus, pro interitu hoſtis extincti pręcepit. Hlutharius Rex infecto negotio propter quod Romam venerat, in regnum ſuum redire volens, apud Placentiam Italiæ vrbem menſe Iulio diem obĩit, plurimíque de optimatibus illius in eodem itinere conſumpti ſunt. Menſe verò Auguſto Rex Hludouuicus collectis copiis in tres partes dimiſit exercitum. Æquiuocum ſuum cum Thuringiis & Saxonibus ad comprimendam Sorabum audaciã deſtinauit: Baioarios verò karlmanno in adiutorium fore præcepit, contra Zuentibaldum nepotem Raſtizi dimicare volentem: Ipſe autem Francos & Alamannos ſecum retinuit aduerſus Raſtĩzen pugnaturus. Cúmque iam proficiſcendum eſſet, ægrotare cœpit. Vnde neceſſitate compulſus, karolum filiorum ſuorum vltimum eidem exercitui pręfecit, Domino exitum rei cõmendãs. Qui dum cum exercitu ſibi commiſſo in illam ineffabilẽ Raſtici munitionem, & omnibus antiquiſſimis diſſimilem

veniſſet, diuino auxilio fretus, omnia mœnia regionis illius cremauit incendio, & abſcondita quæque in ſiluis vel defoſſa in agris reperiens, cum ſuis diripuit, omnéſque ſibi congrediẽtes fugere compulit vel interfecit. Nec minus Carlmannus regnũ Zuentibaldi nepotis Raſtizi, igne & gladio depopulatur, vaſtatáque omni regione Karlus & Karlmannus fratres conuenerũt, de victoria ſibi cælitus data gratulantes. Interea Hludouuicus frater illorum cum Sorabis manum conſerens, primo quidem quibuſdã occiſis, hoſtes terga vertere coëgit: deinde verò non modica ex eis multitudine proſtrata, & Behemis qui à Sorabis mercede conducti fuerant, partim occiſis, partim turpiter ad ſua redeuntibus, cæteros in deditionem accepit. Dum hęc in diuerſis locis gerebantur, Hludouuicus Rex apud Radasbonam Baioariæ ciuitatẽ graui detinebatur infirmitate, ita vt medici illum ſanitatẽ recuperare poſſe deſperarent. Quapropter omne aurum & argentum quod in theſauris illius inueniri potuit, per diuerſa monaſteriorum loca diſtribuit, & pauperibus erogauit: vnde & à cœleſti medico cui ſe ſuáque commendauit, curari promeruit. Karolus verò Rex cõperta Hlu-

douuici fratris ſui infirmitate, regnũ Hlutharij inuaſit, & ſecundũ libitum ſuum diſpoſuit, atque ad ſe de eodem regno venire nolentes publicis priuatíſque rebus priuauit. Qui etiam prauorum vſus conſilio, in vrbe Mettenſi diadema capiti ſuo ab illius ciuitatis Epiſcopo imponi, & ſe Imperatorem & Auguſtũ, quaſi duo regna poſſeſſurus, appellare præcepit. Omnes autẽ Hludouuici Regis filij in diuerſis locis rebus proſperè geſtis, ſine damno militũ ſuorũ, cum triumpho regreſſi ſunt. Behemi dextrã ſibi à Karlmanno dari petũt & accipiũt.

DCCCLXX. Hludouuicus Rex de infirmitate ſua conualeſcens, menſe Februario in purificatione ſanctæ Mariæ ad Franconofurt villam regni ſui peruenit, ibíque plurimos de optimatibus Hlutharij diu illũ opperientes, in ſuum ſuſcepit dominiũ, & beneficium illis à Karolo ſublatum reſtituit. Nõnulli etiam qui prius cũ Karolo fuerãt, eum deſerẽtes, ad Hludouuicum venerũt. Luitbert' Mogũtinę ſedis Archiepiſcopus cum quibuſdã ſuffraganeis ſuis profectus Coloniam, VVillibertum presbyterũ iuſſu Hludouuici Regis & totius cleri & populi electione, etiã Karlo nolẽte, in locũ Gũtharij ordinauit Epiſcopũ. Zuentibald nepos

Raſtizi propriis vtilitatibus conſulens, ſe Karlmanno vna cum regno quod tenebat, tradidit. Vnde Raſtiz vehementer iratus, nepoti occultè ponit inſidias, & eum in conuiuio nihil mali ſuſpicantem iugulare diſponit, ſed gratia Dei à periculo mortis liberatus eſt. Nam antequã illi qui eum necaturi erant domum intrarent, ſurrexit de loco conuiuij annuente ſibi quodam eiuſdem fraudis conſcio, & quaſi cum flaconibus ludum exercens, præparatus deuitauit inſidias. Raſtiz autem videns denudatum conſilium ſuum, nepotem cum militibus quaſi comprehenſurus inſequitur: ſed iuſto iudicio Dei captus eſt laqueo quẽ tẽdit. Nam ab eodem nepote ſuo comprehenditur, ligatur, & Karlmanno præſentatur: à quo ſub militibus illum ne elaberetur obſeruantibus, in Baioariam miſſus, vſque ad præſentiã Regis ſeruandus in ergaſtulum retruditur. Karlmannus verò regnũ illius nullo reſiſtẽte ingreſſus, cunctas ciuitates & caſtella in deditionem accepit, & ordinato regno atque per ſuos diſpoſito, ditatúſque gaza regia reuertitur. Rex autem Hludouuicus dies Letaniarum & Pẽtecoſtes in villa Biſeſtat prope VVormacenſe celebrauit. Inde à Karolo ad collo-

quíum inuitatus, mēſe Iunio ad Occidentem profectus eſt:ſed in itinere in quodam ſolario poſitus, ruente ædificio,& ipſe pariter corruit, grauem patiens membrorum colliſionem: tamen ſimulata ſanitate cum karolo colloquiū habuit, & diuiſo inter ſe Hlutharij regno, Aquiſgranū reuerſus eſt, ibíque per plures dies iacuit ęgrotus. Apud Mogontiacum per aliquot noctes aër totus rubore quaſi ſanguine perfuſus enituit. alia etiam prodigia viſa ſunt in cælo. Nam nubes quædam ab Aquilone quadā nocte aſcēdit, altera ab Oriente & meridie è cōtra venit, ſpicula ignea inuicē ſine intermiſſione mittētes, tandēque in ſummitate cæli coëuntes, & ſe quaſi exercitus in prælio confundētes, non modicum timorē ſimul & admirationem cernentibus ingerebant omnes tamen rogabāt in bonum monſtra cōuerti. Ipſa quoq; ciuitas terræ motu bis concuſſa eſt. Nōnulli etiam in pago VVormacenſi meſſem colligentes, propter Solis calorem ſolito grauiorem extincti referuntur. Plurimi quoque in Reno flumine ſuffocati perierunt. Sed & mulier quædam in feſtiuitate ſancti Laurentij, cæteris ad Eccleſiam properantibus, panes coxit venales, quæ à vicinis ſuis admonita vt tantæ

dici honorem tribueret & Eccleſiam peteret, noluit omittere quin opus quæſtus cauſa expleret: ſed cùm reuerentiæ ſanctorum præpoſuiſſet lucrum terrenum, & ex eadem maſſa farinæ de qua prius fecerat nitidos panes, poſtea formatos miſiſſet in fornacem, ſubito eoſdem atramēto repperit nigriores. Igitur confuſa foras cucurrit, & peccatum quod commiſit in tranſgreſſione tātæ ſollemnitatis, & damnum quod de interitu panum perpeſſa eſt, palam omnibus qui aderant indicauit. Boum quoque peſtilentia in nonnullis Franciæ locis immaniſſime graſsādo, multis inrecuperabile intulit damnū. Habita eſt autē & ſynodus in ciuitate Colonia iuſſu Hludouuici regis VI. die Kalend. Octob. præſidentibus metropolitanis Epiſcopis prouinciarum, Luitberto Mogontiacenſium, Berthulfo Treuerorum, VVilliberto Agrippinēſium, cum cæteris Saxoniæ Epiſcopis. Vbi cùm plurima ad vtilitatem Eccleſiaſticam pertinentia ventilaſſent, etiam domum ſancti Petri eatenus minimè conſecratam dedicauerunt. Feruntur etiam in eadem nocte, quando baſilica mane erat conſecranda, voces malignorum ſpirituum auditæ inter ſe loquentium, & valde dolentium ſe

ab obſeſſis diutiſſime ſedibus expelli debere. Morante autẽ Hludouuico Rege in Aquẽſe palatio, venerũt ad eũ legati Hludouuici Imperatoris de Italia, ſimúlq; Adriani Papę, quos ille ſuſcipiẽs abſoluit. Et poſt paululum inde tranſiens circa Kal. Nouẽb. in Baioariam profectus eſt, ibíque cum ſuis colloquium habens, Raſtizen graui catena ligatum ſibi præſentari iuſſit, eúmque Francorum iudicio & Baioariorum, nec non Sclauorum qui de diuerſis prouinciis regi munera deferentes aderant, morte damnatum, luminibus tantum oculorum priuari præcepit.

DCCCLXXI. Hludouuicus & Karolus Hludouuici regis filij dure accipientes quod quandam partem regni Francorum, quam Rex illis ſub teſtamento poſt obitum ſuum habendam delegauerat, ab eis auferri & Karlmanno fratri illorum tradi fama volitante audierunt, congregata multitudine non modica, Spirenſem pagum occupant, cõtra Regem rebellare diſponentes. Quod cùm Rex comperiſſet, de Baioaria profectus venit ad Franconofurt in Kal. Febru. miſſiſque nuntiis, animos filiorum ſuorum ſibi reconciliare nititur. Sed cùm reciproci nuncij diu laborãtes rem ad effectum per-

ducere

ducere non potuiſſent, tandem condicto placito, atque pace ex vtraque parte iuramento firmata, Rex quidem in Baioariam ſe recepit, filij verò illius in loca ſibi delegata profecti ſunt. Zuentibald nepos Raſtizi apud Karlmannum infidelitatis crimine inſimulatus, in cuſtodiã miſſus eſt. Sclaui autem Marahenſes ducem ſuum periſſe putantes, quendam presbyterum eius ducis propinquum nomine Selagamarũ ſibi in principem conſtituunt, ei minantes interitum, niſi ducatum ſuper eos ſuſciperet. Qui eiſdem neceſſitate coactus aſſenſum præbens, cõtra Engilſcalcum & VVillihelmum duces Karlmanni prælia mouere, & eos ex obſeſſis ciuitatibus expellere nititur. Illi verò aduerſus hoſtem pari intẽtione dimicantes, & nonnullos de exercitu eius proſternẽtes eum fugere cõpulerunt. Rex Hludouuicus menſe Maio, iuxta condictum placitum, venit ad villam Tribuere, ibíque filiorum ſuorum animos propter obcæcationem cuiuſdam Saxonis, ad iracundiam prouocauit, ita vt ad eius colloquium nollent venire. Erat enim is qui excæcatus fuerat, Heimrichi comitis vaſſallus. Rex autẽ filios inde trãſeuntes in villa Gencheshcim proſecutus, vix ad ſuũ inui-

tauit colloquium, & blandis ſermonibus & beneficiorum pollicitationibus aliquo modo mitigauit. Deinde menſe Iunio ad Occidentem profectus, loca ad ſe pertinẽtia peragrauit. Interea Zuẽtibald cum nullus crimina quæ ei obiecta fuerãt, probare potuiſſet, à karlomanno dimiſſus & muneribus regiis honoratus in regnum ſuum rediit, ducens ſecum karlmanni exercitum, quaſi Sclagamarũ expugnaturus. Sic enim per dolum karlomanno promiſerat, ſi ei ad patriã reditus cõcederetur. Sed ſicut ſolet incautos & de ſe præſumentes ſequi ignominia, ſic illi contigit exercitui. Nã Zuentibald cæteris caſtrametãtibus, vrbẽ antiquam Raſtizi ingreſſus eſt, ſtatímque Sclauiſco more fidem mentitus & iuramẽti ſui oblitus, non ad expugnandũ Sclagamarũ, ſed ad vlciſcẽdam contumeliã à karlmanno ſibi illatam vires ſtudiúmque cõuertit. Denique Baioarios nihil mali ſuſpicãtes & minus ſe obſeruantes cũ exercitu in caſtris aggreſſus eſt, & multos ex eis viuos cõprehendit, cæteris pæne omnibus occiſis, exceptis his qui prius ſe prudenter de caſtris ſubtraxerant, omníſque Noricorũ lætitia de multis retro victoriis conuerſa eſt in luctũ & lamẽtationem. Quibus auditis karl-

mannus de exercitus ſui interitu nimium conſternatus eſt, & neceſſitate compulſus omnes obſides, qui in ſuo regno erãt, iuſſit colligi & Zuẽtibaldo reddi, vixque vnum virum nomine Ratbodonem inde ſemine-cem recepit. Mẽſe Auguſto Hludouuicus Rex cũ karolo fratre ſuo colloquiũ habuit prope Maſa fluuium, ſed nec ibi filios ſuos ſecum pacificare potuit. Noluerũt enim ad eius colloquiũ venire, propter dilationem beneficiorũ quæ eis promiſſa fuerãt. Cùm autem falſus rumor exiſſet Hludouuicum Italiæ Imperatorẽ ab Adalgiſo duce Bene-uẽtano inſidioſè peremptum fuiſſe, & Rex triſtis de Aquenſe palatio in Oriẽtales par-tes regni ſui rediret, ilico filij eius obuiã ei venientes, & quibuſdã beneficiis ab eo ac-ceptis, ſine vlla difficultate regni reconci-liantur. Rex autem Menſe Octob. cum ſuis colloquiũ habuit in Franconofurt. Inde in Baioariã profectus, contra Behemos irru-ptionem in regnum ſuũ molientes, tutores partium ſuarũ miſit, Arnum videlicet Epi-ſcopum & Ruodoldum comitem, alióſque cum eis. Aduerſarij autẽ quendam locum vallo firmiſſimum circundederunt, iter an-guſtum in ipſo aditu facientes, ad inſidias ſcilicet illorum qui terminos obſeruabant,

vt ſi forte aliquis ex illis illuc veniret, in ipſo anguſto itinere nuſquā declinare valens occideretur. Interea Sclaui Marahenſes nuptias faciunt, ducentes cuiuſdam ducis filiam de Behemis. Quod cùm ſupra dicti viri, id eſt Arni & alij qui cum eo erāt, comperiſſent, ilico armati aduerſarios ſequebantur. Illi autem fugientes, ad vallum memoratum ignari venerunt, ibíque propter loci anguſtiam, equis & armis derelictis, vix nudi euaſerunt. Noſtrates verò ſuperuenientes DCXLIIII. equos cum fræ-nis & ſellis, atque eiuſdem numeri ſcuta quæ fugientes dimiſerant, inuenerunt, & hæc nullo reſiſtente tollentes ad caſtra læti reuerſi ſunt.

DCCCLXXII. Mēſe Ianuario circa Epiphaniam Baſilij Græcorum Imperatoris legati cum muneribus & epiſtolis ad Ludouicum Regem Radasbonam venerūt, atque ei, inter cætera xenia, cryſtallum miræ magnitudinis, auro gēmíſque pretioſis ornatū cum parte non modica Salutiferæ crucis obtulerunt. Qui honorificè ſuſcepti, & cōgrua reſponſione accepta, redierunt in ſua. Rex verò mediāte quadrageſima apud villam Forahheim generali conuentu habito, filios ſuos de regni partitione inter ſe diſſi-

dentes pacificauit, & quam quiſque partẽ poſt obitum ſuũ tueri deberet, liquido deſignauit. Ibi etiam Hludouuicus & karolus filius eius in conſpectu totius exercitus fidem ſe illi ſeruaturos eſſe omni tempore vitæ illorum, iuramento firmauerunt. Inde Rex in Baioariam reuerſus, Paſcha celebrauit. Menſe autem Maio miſit Thuringos & Saxones contra Sclauos Marahenſes, qui quoniam regem ſecum non habebant, & inter ſe concordes eſſe nolebant, idcirco hoſtibus terga verterunt, & plurimis ſuorum amiſſis turpiter redierunt: ita vt quidam comites in illa expeditione fugientes, à mulierculis illius regionis verberati, & de equis in terrã fuſtibus deiecti referantur. Iterũ quidã de Francia mittuntur Karlmãno in auxiliũ cõtra Sclauos ſupra dictos, alij deſtinãtur cõtra Behemos, qui Dei adiutorio freti duces quinque, quorũ iſta ſunt nomina, Zuuentiſlan, VVitiſlan, Heriman, Spoitimar, Myſlan, cũ maxima multitudine ſibi rebellare nitentes, in fugam verterũt, & alios quidem occiderunt, alios verò in fluuio Fludaha ſubmerſerunt. Qui autem euadere potuerunt, in ciuitate defecerunt. Deinde parte non modica illius prouinciæ depopulata, inco-

lumes reuerſi ſunt. In hac expeditione Luitbertus Archiepiſcopus primatum tenuit. Hi verò qui Karlmanno miſſi ſunt in auxilium, id eſt Aran Epiſcopus & Sigahardus Abbas Fuldenſis monaſterij, quãuis fortiter hoſtes premendo pugnaſſent, plurimis tamẽ ſuorum amiſſis cum magna difficultate regreſſi ſunt. Sed cũ karlmannus cædes & incendia in Marahẽſibus exercuiſſet, Zuentibald miſſo clam exercitu copioſo, Baioarios qui ad tuendas naues in littore Hiſtri fluminis relicti fuerant, occupauit, & alios occidit, alios necauit in flumine, alios verò duxit captiuos, nullúſque inde, niſi Embrico Radasbonæ ciuitatis Epiſcopus, cum paucis euaſit. Omne tempus æſtiuum grandinibus variiſque tempeſtatibus peruarium extitit. Nam grando plurimis locis fruges deuaſtauit, horrenda etiam tonitrua & fulmina penè quotidie mortalibus interitum minabantur, quorum ictibus perualidis homines & iumenta in diuerſis locis exanimata, & in cinerem redacta narrantur. Domus quoque ſancti Petri apud VVormatiam igne cœleſti conſumpta eſt, & muri penitus euerſi. Sed & terræ motus III. Non. Decemb. hora prima Magontiam con-

ſumpſit ciuitatem. Rex autem diſpoſita Baioariorum regione, ad Franconofurt menſe Decembr. venit, ibíque natale Domini celebrauit.

DCCCLXXIII. Menſe verò Ianuario cum ſuis vndique venientibus de ſtatu regni ſui & vtilitate in loco ſupradicto placitum habere diſpoſuit, ibíque, Domino fauente, eius bonitas magnificè demonſtrata eſt, & quorundam malitia illi inſidiantium denudata. Nam cùm VII. Kal. Feb. curiam introiſſet, in præſentia illius & optimatum ſuorum Epiſcoporum, videlicet atque comitum, malignus ſpiritus Karolum filium eius minimum, inuaſit & grauiter vexauit, ita vt à ſex viris fortiſſimis vix teneri potuiſſet. Et ſatis iuſtè: qui enim Regem à Deo electum & ordinatum decipere voluit, ipſe deceptus eſt: & qui patri ſuo inſidioſè laqueos tendere conſiliatus eſt, ipſe in laqueos diaboli incidit, quatenus ex ipſa vexatione diabolicá diſceret, non eſſe conſilium contra Deum. Rex autem, & omnes qui cum illo erant, vehementer cõtriſtati lachrymas fuderunt. Cúmque duceretur ad Eccleſiam, vt Epiſcopi pro eius ſanitate Domino ſupplicarent, nunc exili, nunc grandi voce clamitãs, morſum ſe te-

nentibus aperto ore minabatur. Conuerſus igitur Rex ad ęquiuocum ſuum, ait: Vidéſne, ô fili, cuius dominio vos mancipatis túque fratérque tuus, quando aduerſum me aliquid ſiniſtri machinari cogitatis? Modo intelligere poteris, ſi antea noluiſti, quod, iuxta veritatis ſententiam, nihil opertum eſt quod non reueletur. Confitere ergo peccata tua, & age pœnitẽtiam, & Deum humiliter poſtula vt te relaxet. Ego etiam, quantum in me eſt, indulgentiam tibi tribuo. Idem verò karolus poſt ſedatam infeſtationem diaboli, viua voce, multis audientibus, retulit ſe toties aduerſæ poteſtati traditũ, quoties contra regem conſpirationem iniiſſet. karolus Galliæ tyrannus, paterna miſeratione depoſita, karlmannum filium ſuum in diaconatus officio poſitum excæcari præcepit. Exactis autem diebus quadrageſimæ, & hebdomada Paſchali finita, Rex de Franconofurt tranſiens in villa Biſeſtat prope VVormatiam placitum habuit, filióſque ſuos Hludouuicum videlicet & karolum, ad audiendũ ſingulorũ cauſas conſtituit, vt quicquid illi per ſe terminare non poſsent, patris iudicio reſeruarent. Vnde accidit vt

vndique conuenientium querimoniis legitimè terminatis, vnuſquiſque cum gaudio rediret in ſua. Venerunt quoque illuc Sigifridi Danorum Regis legati pacis faciendæ gratia inter illos & Saxones * poſitis, & vt negotiatores vtriuſque regni inuicem tranſeuntes & mercimonia deferẽtes emerent & venderent pacificè. Quæ omnia Rex ex ſua parte rata fore permiſit. Quidã etiã de Alamannia nomine Berthrammus, qui ſuperiori anno in Marahenſibus Sclauis fuerat comprehenſus, à Zuentibaldo dimiſſus, venit ad Regem, & legationem ſibi ab eodem duce iniunctam retulit, ſicut prius iuramento conſtrictus ſe facturum eſſe pollicitus eſt. Inde Rex circa Kalend. Maij Mogontiacum veniens, per alueum Reni fluminis nauigio vectus Aquẽſe palatium petiit, ibíque cum ſuis ſecretũ habuit colloquium, & Rorichum per obſides ad ſe venientem in ſuum ſuſcepit dominium. Deinde menſe Auguſto cùm apud vrbem Mediomatricorum generalem conuentum habuiſſet, Halbdeni frater Sigifridi Regis etiam ſuos ad eum nuntios miſit, eadem poſtulans quæ frater ſuus poſtulauerat, videlicet vt Rex legatos ſuos ad fluuium nomine Egidoram, qui illos & Sa-

xones dirimit, mitteret, & illi eiſdem occurrentes pacem ex vtraque parte omni tempore ſtabilem confirmarent. Obtulerunt quoque iidem nuntij gladium Regi pro munere, aureum habentem capulum, obnixè flagitantes, vt Rex dominos ſuos, ſupradictos ſcilicet Reges, in loco filiorum habere dignaretur, & illi eum quaſi patrem venerari vellent cunctis diebus vitæ ſuæ. Iurabant etiam iuxta ritum gentis ſuæ per arma ſua, quod nullus deinceps de regno dominorum ſuorum, regnum Regis inquietare, aut alicui in illo læſionem inferre deberet. Quæ omnia Rex gratanter accepit, & poſtulata ſe facturum ſpopondit. Quibus in patriam reuerſis, Rex per Alſatiam tranſiens, Argentoratum venit, ibíque Reno flumine tranſito, in Baioariam profectus eſt. Eodem anno facta eſt fames valida per vniuerſam Italiam atque Germaniam, & multi inedia conſumpti ſunt. Tempore verò nouarum frugum, noui generis plaga & prima in gente Francorum viſa, Germanicum populum, peccatis exigentibus, non modiocriter afflixit. Nã vermes quaſi locuſtæ, quatuor pennis volantes, & ſex pedes habentes, ab Oriente venerunt, & vniuerſam ſuperficiem terræ

inſtar niuis operuerunt, cunctáque in agris & in pratis viridia deuaſtabant. Erāt autem ore lato & extenſo inteſtino, duóſque habebant dentes lapide duriores, quibus tenaciſſimas arborum cortices corrodere valebant. Longitudo & groſſitudo illarum quaſi pollex viri: tantæque erant multitudinis, vt vna hora diei cētum iugera frugum propè vrbem Mogontiam conſumerent. Quando autem volabant, ita totum aërem per vnius miliarij ſpatium velabant, vt ſplendor ſolis infra poſitis vix appareret. Quarum nōnullæ in diuerſis locis occiſæ, ſpicas integras cum granis & ariſtis in ſe habuiſſe repertæ ſunt. Quibuſdam verò ad Occidentem profectis, ſuperuenerunt aliæ, & per duorum menſium curricula penè quotidie ſuo volatu horribile cernētibus præbuere ſpectaculum. In Italia in pago Brixienſi tribus diebus & tribus noctibus ſanguis de cęlo pluiſſe narratur. Mēſe Iunio Hruodulfus quidam Normannus de regio genere, qui regnum Karoli prædis & incendiis ſæpenumero vaſtauerat, claſſem duxit in regnū Hludouuici Regis, in comitatū videlicet Abdagi Regis, miſſiſque nunciis præcepit habitatoribus loci illius tributa ſibi ſoluere. Qui cùm reſpon-

diſſent ſe non debere tributa pendere niſi Hludouuico Regi eiuſque filiis, & ſe nequaquam in hoc negotio ei aſſenſum eſſe præbituros, ille vehementer iratus, iurauit præ ſuperbia, ſe, cunctis maribus occiſis, mulieres & paruulos cum omni ſubſtantia illorum, in captiuitatem eſſe ducturum, ignarus vindictæ quæ eum de cælo erat ſecutura: Statímque terram illorum ingreſſus, bellum aduerſus eos inſtaurauit. Illi autem Dominum inuocantes qui eos ſæpius ab hoſtibus liberauit, hoſti infeſtiſſimo armati occurrerunt, conſertóque prælio ipſe Hruodulphus cecidit primus, & cum eo octingenti viri. Cæteri verò cùm ad naues effugere non potuiſſent, in quodam ædificio ſe tutati ſunt, quod Friſiones obſidentes conferebant inter ſe quid de eis facere debuiſſent. Cúmque diuerſi diuerſa dixiſſent, vnus Normannus qui Chriſtianus effectus longo tempore cum eiſdem Friſionibus cõuerſatus eſt, & eiuſdẽ certaminis dux erat, cæteros hoc modo affatus eſt: O boni commilitones, ſufficit vobis huc vſque pugnaſſe, quia quod modo nos pauci contra plurimos præualuimus hoſtes, non noſtris deputandum eſt viribus, ſed Dei gratiæ. Scitis etiam quod oppido

laſſi ſumus, & plurimi noſtrũ grauiter vulnerati, iſti autem qui hic intus latitant, in deſperatione poſiti ſunt. ſi contra eos pugnare cœperimus, nõ eos ſine cruenta obtinebimus victoria. ſi autem illi fortiores extiterint, varius enim euentus eſt prælij, forſitan nobis expugnatis ſecuri diſcedent iterum nocituri. Conſultius ergo mihi videtur vt obſides ab eis accipiamus, & quoſdam ex illis inlæſos abire patiamur ad naues, & obſides interim retineamus, donec mittant vniuerſam pecuniam quam in nauibus retinent, prius tamen præſtito ſacramento, ne vltra in regnũ Hludouuici regis redeãt. Huius itaque cõſilio cæteri aſſenſerunt, & obſidibus acceptis quoſdam ad naues ire permiſerũt. Illi autẽ miſerunt pecuniã valde multam, & obſides quos dederãt receperũt: prius autem, vt dixi, præſtito ſacramento ne vltra in regnum Hludouuici Regis redirent, ac deinde cum magna confuſione ac ſuo detrimẽto etiam ſine duce, à finibus illis diſceſſerunt. Menſe Nouemb. Agathõ Archiepiſcopus Baſilij Græcorum Imperatoris legatus, ad renouandam priſtinã amicitiam cum epiſtolis & muneribus ad Hludouuicum regem Radasbonam venit. Quem rex honorificè ſuſcepit & ab-

ſoluit. Trachulfus comes & dux Sorabici limitis menſe Auguſto defunctus eſt.

DCCCLXXIIII. Hiems aſpera nimis & ſolito prolixior, nix quoque immenſa à Kal. Nouemb. vſque in æquinoctium vernale ſine intermiſſione cadens, magnum hominibus fecit impedimentum ſiluas petere lignaque colligere. Vnde accidit vt non ſolum animalia, verumetiam homines plurimi frigore perirent. Sed & Rhenus & Moenus glaciali frigore conſtricti, longo tempore ſe ſub veſtigiis incedentium calcabiles præbuerunt. Sorabi & Siuſli, eorúmque vicini, Thaculfo defuncto defecerunt. Quorum audaciam Luitbertus Archiepiſcopus & Ratolfus Thaculfi ſucceſſor vltra Salam fluuium menſe Ianuario profecti, prædis & incendiis ſine bello compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſeruitium redegerunt. Eodem menſe Hludouuicus iunior apud ſanctos Marcellinũ & Petrum cum quibuſdam patris ſui conſiliariis ſecretum habuit colloquium, quod Regem de Baioaria traxit in Frãciam. Venit enim circa Kal. Februar. ad Francono-furt, ibíque de concordia & ſtatu regni cũ fidelibus ſuis conſiliatus eſt. Diebus autem Quadrageſimæ cùm negotiis ſæcularium

rerũ diſpoſitis, orationi vacaret, vidit quadam nocte in ſomnis genitorem ſuũ Hludouuicum Imperatorem in anguſtiis conſtitutum, qui eum hoc modo Latino affatus eſt ſermone: Adiuro te per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, vt me eripias ab his tormentis in quibus detineor, vt tandẽ aliquãdo vitã poſſim habere æternã. Hac ergo viſione perterrit⁹ epiſtolas per cũcta regni ſui monaſteria deſtinauit, obnixè poſtulans vt animæ in tormẽtis poſitæ ſuis apud Dominum precibus interuenirent. Vnde datur intelligi, quod quamuis memoratus Imperator multa laudabilia & Deo placita feciſſet, plurima tamen legi Dei contraria in regno ſuo fieri permiſit. Si enim, vt cætera omittam, hæreſi Nicolaitarum firmiter & viriliter reſtitiſſet, & monita Gabrielis Archangeli quæ Einhardus Abbas duodecim capitulis comprehenſa ei obtulit legenda & facienda, obſeruare curaſſet, forſitan talia nõ pateretur. Sed quia, vt ſcriptum eſt, Deus nullum peccatum relinquit impunitum, & iuxta Apoſtolum, Non ſolum qui id faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte, meritó pœnas luere viſus eſt, qui dum potuit, ſibi commiſſorum errata vel admonitus corri-

gere noluit. Rex autem Hludouuicus in hebdomada Paſchali Fuldenſe monaſterium petiit cauſa orationis,& inde reuerſus generalem habuit conuentum in villa Tribuere. Inde in Italiam per Alpes Noricas tranſiens, cum Hludouuico nepote ſuo & Iohanne Romano pontifice, haud procul ab vrbe Verona,colloquium habuit.Indéque rediens cum Karlmanno & Hludouuico filiis ſuis in villa Foraheim locutus eſt: Ibique legatos Zuentibaldi pacem petentes & fidelitatem promittentes ſuſcepit. Cuius legationis princeps erat Ioannes presbyter de Venetiis, qui etiam vt ei Rex omni ambiguitate remota crederet, quicquid verbis dicebat, ſacramento firmabat,videlicet vt Zuentibald Regis fidelis permaneret, cunctis diebus vitæ ſuæ, & cenſum à Rege conſtitutum per annos ſingulos ſolueret,ſi ei tantummodo quietè & pacificè à Rege viuere concederetur. Behemorum quoque nuntia Rex audiuit & abſoluit,& poſt hæc in Baioariam venit ad Franconofurt:& inde poſt paululum tranſiens, apud villam Biburg conſcenſis nauibus ad Aquaſgrani palatium perrexit, exactóque ibi tempore non modico, tandem menſe Decembri cum fratre ſuo Karolo habita

habita collocutione apud ſanctum Lantbertum, rediit in Franciam, venítque Mogontiacum XIII. kal. Ianuar. & inde ad Frãconofurt, ibíque natalẽ Domini celebrauit. Hoc anno fame & peſtilentia per vniuerſam Galliam & Germaniam graſſantibus, penè tertia pars humani generis conſumpta eſt. Hemma quoque Regina morbo paralyſi correpta vſum loquendi amiſit.

DCCCLXXV. Rex Hludouuicus hiemauit in Franconofurt, & poſt Paſcha perrexit in Baioariam inuiſere Reginam. Inde rediens circa kal. Iunij venit ad Tribuere, ibíque generale placitum habuit. Tunc inter Frãcos & Saxones ſeditio non modica exorta eſt, & niſi Hludouuicus iunior citius cum ſuis interueniſſet, iam diſtrictis gladiis mutua ſe cæde truncaſſent. Stella cometes VIII. Id. Iunij, in Aquilonali parte, prima hora noctis apparuit, plus ſolito ſcintillans comáſque ſpargens, rem ſtupendã, immo lugendam, quæ citò ſecuta eſt, ſua apparitione præmonſtrans, quamuis adhuc peccatis noſtris exigentibus, grauiora ſignificare timeatur. Nam villa quædam in pago Nitenſe N. Aſgabrunno à fluminibus & torrentibus longè remota, ſubitanea

imbrium inundatione penè deleta eſt, & octuaginta octo homines vtriuſque ſexus in ea deleti. Dum enim homines eiuſdem loci v. Non. Iul. dormitum iſſent, nihil mali ſuſpicantes, tanta pluuia vno momēto cœlitùs lapſa eſt, vt omnes vineas & arbores quas tangebat in eadem villa radicitus extirparet, ædificia funditus euerteret, iumēta & animalia cum omnibus quæ in domibus erant perditioni traderet. Eccleſia quoque eiuſdem villæ cum ſuo altari ita deleta eſt, vt modo cernentibus nullum ſuæ conſtructionis præbeat indicium. Erat autem ibi videre miſera. Nam cùm fœminæ liberis, & viri cōiugibus manum porrigentes ſubuenire niterentur, impetu aquarum rapti, vna cum eis quibus auxilio eſſe volebant, extincti ſunt. Sed & cadauera longo tempore tumulata, vi aquarum de ſepulchris ſoluta, cum vaſculis quibus inerant, in terminis alterius villæ reperta ſunt. Menſe Auguſto Rex Hludouuicus, cum filiis & fidelibus ſuis colloquium habuit in villa Tribuere. Interea Hludouicus Italiæ Imperator * *locus & dies quærendi*, * cuius corpus tranſlatum Mediolani, in baſilica ſancti Ambroſij ſepultum eſt. Quod cùm Ka-

rolus Galliæ tyrannus comperiſſet, ilico regnum Italiæ inuaſit, & omnes theſauros quos inuenire potuit, vnca manu collegit. Vnde Hludouuicus Rex iratus, Karlmannum cum exercitu per Baioariam deſtinauit in Italiam: Ipſe verò, iuncto ſibi æquiuoco ſuo, cum manu valida regnum Karoli ingreſſus eſt, vt eum de Italia exire cõpelleret. Exercitus autem qui Regem ſequebatur verſus ad prædam, cuncta quæ inuenit, diripuit atque vaſtauit. Karolus verò audito Karlmanni aduentu in Italiam, primò clauſis Alpium ſe defendere nititur, ſed nihil proficit. Carlmannus enim loca acceſſu difficilia cum ſuis præoccupauit. Ille autem dũ negotium ferro decernendum timuiſſet, eſt enim lepore timidior, ad calliditatem ſolitam cõuertitur. Nam aurum & argentum gemmáſque pretioſas infinitæ multitudinis Carlmanno obtulit, vt eum ſibi placare, & à paterna fidelitate ſegregare potuiſſet: iurauítque ſe de Italia citò exiturum, & Hludouuici fratris ſui iudicio illud regnum diſponendum ſeruaturum, ſi Karlmannus inde diſcederet. Quo inde diſcedente & promiſſionibus illius credente, ille, quæcunque pollicitus eſt, mentitur, & quanta potuit ve-

locitate Romam profectus eſt, omnémque ſenatum populi Romani more Iugurthino corrupit, ſibíque ſociauit, ita vt etiã Iohannes Papa votis eius annuens, corona capiti eius impoſita, eum Imperatorem & Auguſtum appellare præcepiſſet. Qualiter autem regnum illud poſtea cum ſuis diſpoſuerit, qualitérue cum theſauris quos tulerat, in regnum ſuum redierit, quantáſque cædes & incendia in itinere exercuerit, quia certum non habui latorem, ſcribere nolui. Melius eſt enim tacere quàm falſa loqui.

DCCCLXXVI. Hludouuicus Rex miſericordia motus, multorúmque precibus exoratus ne Galliæ regionem propter Karoli ſtultitiam perderet, in regnum ſuum menſe Ianuario rediit, venítque Magontiacum poſt Epiphaniam, & inde ad Franconofuit, ibíque cum ſuis ſequenti menſe colloquium habuit. Similiter mediante quadrageſima fecit. Hemma Regina apud Radasbonam Baioariæ ciuitatem obiit, ſepultáque eſt in Eccleſia ſancti Emmerammi martyris. Friſiones qui vocantur Occidentales cum Normannis dimicantes victores extiterunt, omnéſque theſauros quos Normanni plurima loca ſpo-

liando congregauerant, abſtulerunt atque inter ſe diuiſerunt. Karolus Rex de Italia in Galliam rediens, nouos & inſolitos habitus aſſumpſiſſe perhibetur. Nam talari Dalmatica indutus & baltheo deſuper accinctus pendente vſque ad pedes, nec non capite inuoluto ſerico velamine, ac diademate deſuper impoſito, dominicis & feſtis diebus ad Eccleſiam procedere ſolebat. Omnem enim cõſuetudinem regum Frãcorum contemnens, Græcas glorias optimas arbitrabatur. Et vt maiorem ſuæ mentis elationem oſtenderet, ablato regis nomine, ſe Imperatorem & Auguſtum omnium regum cis mare conſiſtentium appellari præcepit. Plurima etiam incredibilia ſe contra Hludouuicum regem & regnum illius facturum eſſe minatus eſt. Denique inter cætera iactantiæ ſuæ verba, dixiſſe fertur, tantam multitudinem de diuerſis locis cõgregaturum, vt Rheno flumine ab equis illorum exhauſto, ipſe per aridum alueum eiuſdem fluminis eſſet tranſiturus, totúmque Hludouuici regnum vaſtaturus. Cuius minæ facillime ſedatæ ſunt. Nam Hludouuico ſuum exercitum congregante, ille timore perterritus legatos miſit, pacémque petiit. Cúmque nuntij ex

vtraque parte ſæpius directi eos pacificare ſtuduiſſent, Hludouuicus ægrotare cœpit, & creſcente quotidie infirmitate, v. kal. in Septemb. in palatio Franconofurt diem vltimum clauſit. Karolus verò Hludouuici morte comperta, regnum illius cupiditate ductus inuaſit, & ſuæ ditioni ſubiugare ſtuduit, exiſtimans ſe, vt fama vulgabat, non ſolum partem regni Hlutarij, quam Hludouuicus tenuit & filiis ſuis vtendam dereliquit, per tyrannidem poſſe obtinere, verumetiam cunctas ciuitates regni Hludouuici in Occidentali littore Reni fluminis poſitas ſuo regno addere, id eſt Magontiam, VVormatiam & Nemetum, filióſque fratris per potentiam opprimere, ita vt nullus ei reſiſtere vel contradicere auderet. Primùm igitur Aquenſe palatium petiit, & inde cum omni exercitu ſuo profectus in Colonia Agripinenſi concedit. Miſſis etiam prius legatis ad optimates Hludouuici, vt proprium dominum deſererent, & ad ſe venirent, venientibus quidem plurima beneficia ac dona promittens, aliter verò facientibus, rerum ſæcularium priuationem, vel exterminium minitans. Cui Hludouuicus qui patri in illis locis heres ſucceſſerat,

cum paucis occurrit, & in Aquilonali ripa Reni fluminis caſtra ſua poſuit, ſuorum operiens aduentum. Miſit interea nuncios ad Karolum dicens, Cur aſcendiſti ad bellandum contra me? quandoquidem nec exteris gentibus bellum eſt antiquo populo penitus inferre præceptum, niſi pacem oblatam reſpuerint. Reuertere quæſo pacificè in regnum tuum, & eſto contentus gloria tua, & noli regnum nobis à genitore noſtro iure hereditario derelictum, more tyrannico inuadere, & iura propinquitatis, quæ inter nos naturaliter exiſtunt, huiuſmodi factionibus violare. Memento etiam ſacramentorum tuorum, quæ patri meo non ſemel neque bis præſtitiſti, ſimúlque conſidera periculum Chriſtianæ plebis, ſi in hac pertinacia irreuocabiliter perſiſtere volueris. Eſto, forſitam confidis in multitudine exercitus tui, quem de diuerſis locis conduxiſti & ideo bella mouere te delectat. Quare ergo non cogitas quia apud Deum impoſſibile non eſt liberari in multis & in paucis? Refrena igitur animum tuum ab huiuſmodi appetitu, quoniam ea quæ peragere arbitraris, qualem exitum habeant, penitus ignoras. Sed cùm

ille his & aliis ſimilibus rationabiliter conuentus, nullo modo aſſenſum præbere voluiſſet, ſtimulante auaritia, Hludouuicus quadam nocte ſe ſubtraxit de caſtris, & Reno flumine tranſito, in caſtello Anternaco cum ſuis conſedit, diſperſúſque eſt per diuerſa loca omnis pene exercitus illius ad colligenda equorum pabula. Ille verò iterum nuncios ad Karolum deſtinauit, pro pace inter eos componenda. At karolus pacem ſimulans, & fraudem in corde meditans, ſe paci conſenſurum & legatos ad Hludouuicum miſſurum pro communi vtilitate, ſubdola falſitate promiſit. In eadem enim nocte cum omni exercitu ſuo properauit, vt Hludouuicum cæteris extinctis comprehenderet, ac ſedes luminum illius euacuaret, poſtea regnum illius, quaſi nullo reſiſtente, poſſeſſurus. VVillibertus autem Coloniæ Agrippinæ ciuitatis Epiſcopus, karoli fraudulenta conſilia intelligens, cæteris trepidantibus eum conſtanter adiit, obnixè poſtulans ne ita ferociter ac barbarè faceret erga nepotem ea quæ pacis ſunt ſectantem. Sed cùm eum à praua voluntate reuocare non potuiſſet, quendam presbyterum ſuum nomine Hartuuigum

per compendiorem viam deſtinauit, & Hludouuico præparatas inſidias, & ipſius Karoli inſinuauit aduentum. Qui ſtatim lorica indutus, & totam fiduciam ſuam in Domino ponens, cum paucis qui ſecum erant (diſperſos enim congregare non poterat) Karolo viriliter occurrit, iuſſitque omnes ex ſua parte candidis vti veſtibus, pro ſigno cognoſcendæ ſocietatis. Saxones autem quoniam prima fronte cõtra hoſtes poſiti erant, primum iniere certamẽ, ſed multitudine aduerſariorum territi, parumper terga verterunt. Franci autem Orientales ex vtraque parte fortiter repugnantes, ac ſigniferis Caroli occiſis, cæteros fugere compulerunt. Quos Hludouuicus perſecutus strages non paucas dabat. Plurimos etiam ex optimatibus Karoli viuos comprehẽdit, quos propter ſuã humanitatem ſeruari iuſſit incolumes. Karolus verò turpiter fugiens, relictis theſauris quos ſecum habebat, cum paucis pene nudus euaſit. Hi autẽ qui cum Hludouuico erant, reuerſi ad cæſorum ſpolia detrahenda, quantas ibidem prædas in auro & argento, & veſtibus, & armis, & loricis, & equis variáque ſupellectile tuliſſent, nullus valet edicere. In hoc certamine cõtra Ka-

rolũ proculdubio cælitus dimicatum eſt. Nam,ſicut captiui inde adducti narrare ſolebant, apparente Hludouuico & his qui cum eo erant, tantus timor omnem Karoli exercitum inuaſit, vt prius ſe victos putarent, quam ad pugnam venirent; Et, quod maioris eſt admirationis, equorum latera quibus inſidebant calcaribus tundebãt, & cruentabant, ſed illi, quaſi ad ſtipitem ligati immobiles permanebant. Armis quoque ſuis pugnabant, ſed paucos vulnerabant. Acies enim armorum, quaſi retuſæ eſſent, neminem penitus lædebant. Hæc in VIII. Id. Octob. contra nouellum Sennacherib geſta ſunt, vt qui prius propter mentis elationem Deum cognoſcere noluit, modo victus & confuſus intelligat, quod non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt, & aliquando auariciæ & ſuperbiæ ſuæ modum imponat. Hludouuicus poſt fugam karoli ad palatiũ Aquiſgrani perrexit, & diſpoſitis, prout voluit, his quæ ad ſe pertinere videbantur, cum triumpho ad Franconofurt rediit. Sequẽti autem menſe Karlmannus & Hludouuicus atque karolus Ludouuici Regis filij in pago Recienſi conuenientes, paternum inter ſe regnum diuiſerunt, & ſibi inuicem

fidelitatem ſeruaturos eſſe ſacramento firmauerunt. Cuius ſacramenti textus Theutonica lingua conſcriptus, in nonnullis locis habetur.

DCCCLXXVII. Hludouuicus Rex menſe Ianuario generali conuentu habito apud Frãconofurt, quos de regno Karoli tenuit captiuos remiſit in Galliã, Sclaui qui vocãtur Linones & Siuſli eorúmque vicini defectionem molientes, ſolitum dare cenſum renuunt. Quos Hludouuicus Rex miſſis quibuſdam fidelibus ſuis circa mediam quadrageſimam ſine bello compreſſit, acceptíſque obſidibus nonnullis & muneribus non paucis, eos ſub priſtinum redegit ſeruitium. Karolus Galliæ tyrannus, æſtiuo tempore cum exercitu Italiam petiit, & Ticini reſidens magnopere niſus eſt, qualiter Karlmanno illuc aduentanti aditum denegaret in illam prouinciam. Carlmannus verò cùm manu valida Noricorũ diuerſorũque Sclauorum Italiam ingreditur, contra Carolum dimicare volens. Quod cùm Carolus comperiſſet, ilico, iuxta conſuetudinem ſuam, fugam iniit. Omnibus enim diebus vitę ſuæ vbicunque neceſſe erat aduerſariis reſiſtere, aut palam terga vertere, aut clã militibus ſuis effugere ſolebat & in

eodẽ itinere dyſenteriæ morbo correptus, cum magna periit triſticia. Cuius corpus cũ ſui ſatellites ad ſepulturã, quam ipſe ſibi apud ſanctum Dionyſium parauerat, tranſferre voluiſſent, propter nimium fœtorem putidi cadaueris quo grauabatur, exercitus, in Burgundia in quodam monaſterio ſepelierunt. Karlmannus optimates Italiæ ad ſe venientes ſuſcepit, & diſpoſita, prout voluit, regione, reuerſus eſt in Baioariam. Hludouuicus Rex partem regni Hlutharij cum fratribus Karlmanno & Karlo æqua lance diuidit. Hludouuicus Karoli regis filius timore perterritus propter iniurias à patre ſuo regi illatas, legatos ad eum dirigit, pacem poſtulat, & ſe de omnibus quæ contra eum genitor ſuus geſſerat, excuſare nititur. Cuius legatos Rex audiuit & abſoluit. Poſt hæc Aquenſe palatium petiit, ibíque natalem Domini celebrauit. In hoc anno febris Italica, dolórque oculorũ Germanicum populum grauiter vexauit, maximè circa Rhenum habitãtes. Peſtilentia quoque ingens ſecuta eſt exercitum Carlmanni de Italia redeuntem, ita vt plurimi tuſſiendo ſpiritum exhalarent.

DCCCLXXVIII. Menſe Ianuario Rex de Aquis tranſiens venit ad Franconofurt, &

ibi ſequenti menſe cum ſuis colloquium habuit. Karlmãnus partem regni Hlutharij quam priori anno à fratribus ſibi retinendam acceperat, Hludouuico tradidit. Hludouuicus Rex diebus quadrageſimæ vſque ad menſem Maium moratus eſt in villa regia quæ vocatur Salz, & inde tranſiens apud Franconofurt generalem habuit conuentum, miſſiſque nunciis ad fratrem ſuum Carolum, partẽ regni Hlutharij quã à Karlmanno acceperat, cum eo diuidit. Lantbertus VVitonis filius & Albertus Bonifacij filius Romam cum manu valida ingreſſi ſunt, & Iohãne Romano pontifice ſub cuſtodia retento, optimates Romanorum fidelitatem Karlmanno ſacramento firmare coëgerunt. Quibus inde diſcedentibus idem pontifex domum ſancti Petri ingreſſus omnes theſauros quos ibi repperit, ad Lateranis tranſtulit, & altare ſancti Petri cilicio cooperuit, & cuncta oſtia eiuſdem Eccleſiæ clauſit, nullúmque ibi officiũ ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratum eſt, & quod dictu nefas eſt, omnibus vndique illuc cauſa orationis venientibus negabatur introitus, eràntque ibi omnia confuſa. Memoratus autem põtifex conſcenſis nauibus per mare Tyrre-

num regnum Caroli intrauit, ibíque per totum pene moratus eſt annum. Tandem aſſumpto Boſone Comite, qui propria vxore veneno extincta filiam Hludouuici Imperatoris de Italia per vim rapuerat, cum magna ambitione in Italiam rediit, & cum eo machinari ſtuduit, quo modo regnum Italicum de poteſtate Carlmanni auferre, & ei tuendum committere potuiſſet. Rex Hludouuicus ad Aquas in menſe Octob. perrexit, & cum æquiuoco ſuo Caroli Regis filio haud procul inde colloquium habuit. Eclipſis Lunæ facta eſt III. Id. eiuſdem menſis vltima hora noctis. Sol, quoque in IIII. kal. Nouemb. poſt horam nonam ita obſcuratus eſt per dimidi horam, vt ſtellæ in cœlo apparerent, & omnes ſibi noctem imminere putarēt. Boum peſtilentia in Germania immaniſſimè graſſata eſt, maximè circa Rhenum. Quam cladem non mediocris hominum mortalitas ſecuta eſt. Villa quædam in VVormacenſe haud procul à palatio Ingilcheim ſita eſt, nomine VValahesheim, vbi res mirandæ contigit. Nam dum animalia mortua quotidie de domibus traherentur in agros, canes, qui in eadem villa erant, iuxta morem ſuum eadem cadauera laniando comede-

bant. Quadam vero die pene vniuerſi, in vnum locum congregati inde diſceſſerunt, ita vt nullus eorum poſtea neque viuens neque mortuus inueniri potuiſſet.

DCCCLXXIX. Hludouuicus Rex natale Domini celebrauit in Forrahheim, inde in Baioariã profectus eſt inuiſere Karlmannum qui graui detinebatur infirmitate. Nam paralyſis morbo correptus, vſum loquendi amiſit. Ibíque optimates eiuſdem regionis ad ſe venientes ſuſcepit, ea videlicet ratione, vt poſt obitum Karlmanni, nullum alium ſuper ſe regem ſuſciperent, vel regnare conſentirent. Inde trãſiens Paſcha celebrauit in Frãconofurt. Ludouuicus Caroli regis filius III. Idus April. apud Compendium obiit, ibíque ſepultus eſt. Quod cùm Rex comperiſſet, cum magno exercitu in Galliam perrexit, venítque vſque Viridunum. Exercitus autem qui eum ſequebatur, quoniam à ciuibus illis ſibi victus neceſſaria iuſto pretio emere nõ potuiſſet, verſus eſt ad prędam, & pene vniuerſã depopulatus eſt ciuitatem. Rex verò miſſis quibuſdã fidelibus ſuis vltra Moſam fluuiũ ad optimates regionis illius, reuerſus eſt in Franciã, venítque Mogontiacũ, & inde ad Frãconofurt, ibique E[illegible]ambertũ co-

mitem de Baioaria alióſque nonnullos ad ſe venientes ſuſcepit. Quos Arnolt propter quandam diſſenſionem inter Karlmannum patrem ſuum & eos factam, publicis priuauit honoribus, & de regno expulit. Horum cauſa Rex in Baioariam profectus, diſſidentes aliquo modo ad concordiam reuocauit, & eis priſtinam reſtituit dignitatem. Quod quorundam offendit animos, quaſi Rex iuramenti ſui præuaricator exiſteret. Quod aliter intelligunt qui eiuſdem iuramenti ſunt conſcij. Nam Karlmannus qui prior natu erat, primus inter fratres ſe iuramento conſtrinxit, & omnia quæ in illo continentur ſacramento ſe ſeruaturum eſſe promiſit. Deinde Hludouuicus eodem tempore iurauit, ea tamẽ ratione vt ſi karlmãnus ea quæ promiſit inuiolata ſeruaret, ipſe eadem ex ſua parte rata cuſtodiret. Sed quoniam karlmannus in diuiſione regni Longobardorum, iuramentum ſuum irritum duxit, Hludouuicum proculdubio à ſuo iuramento reddidit immunem: & idcirco crimine periurij non tenectur obnoxius. karlmannus autem tandem Hludouuicum ad ſe accerſiuit, & quoniam loqui non poterat, ei ſeipſum & vxorem & filiũ vniuerſúmque regnum ſcripto commendauit.

dauit. Cui Rex Epiſcopatus & Abbatias & Comitatus ad ſeruitium delegauit, & diſpoſita, prout voluit, regione, rediit in Franciam. Interea Hugo Hlutarij ex VValdrata filius tyrannidem in Gallia exercebat. Contra quem Rex quoſdam fideles ſuos deſtinauit, vt eum inde expellerent. Qui veniẽtes nonnullos ex hominibus illius in quodam caſtello iuxta Viridunum obſederunt, & caſtello potiti alios quidem occiderunt, alios verò in exilium miſerunt, alióſque etiam capillis & cute detracta, cũ magna confuſione inde expulerunt, & caſtellum deſtruxerunt.

DCCCLXXX. Hiems aſpera & ſolito prolixior. Nã Rhenus & Mœnus fluuij glaciali rigore cõſtricti lõgo tempore ſe calcabiles præbuerunt. Rex Hludouuicus natale Domini celebrauit in Franconofurt, poſtea in Galliã profect⁹, filios Hludouuici ad ſe venientes ſuſcepit, totúmq; regnũ Hlutharij ſuæ ditioni ſubiugauit. Inde ad expugnandos Normannos qui in Scalta fluuio longo tempore reſederunt, conuertit exercitum, initóque certamine, pluſquã v. milia ex eis proſtrauit. In quo prælio Hugo filius regis occubuit. In Saxonia cum Nordmannis infeliciter dimicatum eſt. Nam

Nordmanni ſuperiores exiſtentes duos Epiſcopos, quorum iſta ſunt nomina, Thiotrih & Marcuuart, & duodecim Comites his nominibus appellatos, Brun Ducem & fratrem Reginæ, VVigmannum, Bardonem, alterum Bardonem, & iterum Bardonem, Thiotherium, Gerricũ, Luuttolfum, Folcuuartum, Auan, Thiotricum, Lutthariun, cum omnibus qui eos ſequebantur, occiderunt. Præterea XVIII. ſatellites regios cum ſuis hominibus proſtrauerunt, exceptis innumerabilibus, quos in captiuitatem duxerunt. Sclaui qui vocantur Dalmatij, & Behemi, atque Sorabi, cęteríque circum circa vicini audientes ſtragem Saxonum à Nordmannis factam, pariter conglobati, Thuringos inuadere nituntur, & in Sclauis circa Salam fluuium Thuringis fidelibus prædas & incendia exercent. Quibus Poppo comes occurrit, & diuino auxilio fretus eos proſtrauit. Karlmannus frater Hludouuici & Karoli XI. Kal. April. obiit. Hludouuicus mediante menſe Auguſto apud VVormatiam cum ſuis colloquium habuit, & quoſdam ex fidelibus ſuis obuiam legatis nepotum ſuorum ad villam Gundolfi tranſmiſit, quoſdam etiam contra Hugonem tyrannidem exercẽtem

in Gallia deſtinauit. Heimricus verò & Adalhartus & cæteri qui cum eis erãt, cum Thiothbaldo principe militię Hugonis qui robur exercitus ſecum habebat, iniere certamen, & ceciderunt multi ex vtraque parte vulnerati: in quo conflictu Heimricus cruentam obtinuit victoriam. Cúmque illi qui de villa Gundolfi, & illi qui de prælio reuerſi fuerant, in vnum conueniſſent, pari intentione cum filiis Hludouuici contra Boſonem in Galliam pugnaturi perrexerunt, & Madaſconam vrbem expugnantes, Bernardum, qui in ea principatum tenebat, in deditionem accipiunt. Buoſo verò fugiens vltra Rodanum fluuium in vrbe Vienna ſe tutatus eſt. Nordmanni in Gallia prædas & incendia exercent, inter plurima loca & monaſteria quæ depopulati ſunt, etiam Baiorzuna, vbi pars maxima Friſionum habitabat, incendio concremarunt, & inde reuertentes Nouiomagum vallo firmiſſimo & muris circundãtes, hiemandi ſibi locum in palatio regis parauerunt. Quibus Rex Hludouuicus cum manu valida occurrit, & propter hiemis aſperitatem, & loci firmitatem, rebus parum proſperè geſtis, reuerſus eſt. Hoc anno in VVormacenſe, & in Nitenſe, & in plurimis

locis regni Hludouuici ſterilitas frugum & omnium rerum penuria Germanicum populum non mediocriter afflixit.

DCCCLXXXI. Hibernum tempus valde prolixum fuit, & animalibus diuerſi generis pernoxium. Nam tellus verno tempore glaciali rigore conſtricta, animalibus ſólita negauit paſcua, & illa fame & frigore maxima ex parte perierunt, etiam propter ſterilitatem anni prioris. Rex poſt Paſcha in Galliam profectus, Hugonem Hlutharij ex VValdrata filium ad ſe veniẽtem in ſuum ſuſcepit dominium, & ei Abbatias & Comitatus in beneficium dedit, vt ei fidem ſeruaret. Sed ille prauorum vſus conſilio, fidem mentitus Regi moleſtus efficitur. Quapropter regis exercitus illum perſecutus in Burgundiam fugere compulit. Rex cum ſuo nepote Hludouuico apud villam Gundolfi congruum habuit colloquium. Inde tranſiens omne tempus æſtiuum in Baioaria moratus eſt. Nepos verò illius cum Nordmannis dimicans, nobiliter triumphauit. Nam nouem millia equitum ex eis occidiſſe prohibetur. At illi inſtaurato exercitu & amplificato numero equitum, plurima loca in regione regis noſtri vaſtauerunt, hoc eſt Camerácum, Tra-

iectum, & pagum Hasbanicum, totámque Ripuariã, præcipua etiã in eis monaſteria, id eſt Prumiam, Indam, Stabulaus, Malmundarium & Aquenſe palatium, vbi in capella Regis equis ſuis ſtabulum fecerunt. Præterea Agrippinam Coloniam & Bunnam ciuitates cum Eccleſiis & ædificiis incenderunt. Qui autem inde euadere potuerunt, ſiue canonici ſiue ſanctimoniales, Magonciacum fugerunt, theſauros Eccleſiarum & ſanctorum corpora ſecum portantes. Rex apud Franconofurt graui infirmitate laborabat, & quia ipſe non potuit, exercitum ſuum contra Nordmannos deſtinauit. III. Kal. Ianuarij ante galli cantum Magonciæ terræ motus factus eſt magnus, ita vt ædificiis conquaſſatis, vaſa fictilia, ſicut compoſitores luti fatebãtur, inuicem ſe conlidentes frangerentur.

DCCCLXXXII. Stella cometes XV. Kal. Febru. prima hora noctis apparuit, comas ſuas ſupra modum ſpargens, & rem infauſtam, quæ citò ſecuta eſt, ſua apparitione præmonſtrans. Nam Hludouuicus inualeſcente morbo XIII. Kal. Decembr. diem vltimum clauſit, cuius corpus tranſlatũ, & in monaſterio ſancti Nazarij quod dicitur Laureshcim, iuxta patris ſui tumu-

lum ſepultus eſt. Quod audiens exercitus qui contra Nordmannos fuerat miſſus, ab expugnatione hoſtium deſiſtens, infecto negotio rediit. Quorum Nordmanni inde tranſeuntium veſtigia ſecuti, cætera quæ prius dimiſerant, incendio cremauerunt vſque ad Confluentem caſtellum vbi Moſella Renum ingreditur. Murus Magonciæ vrbis reſtaurari cœptus, & foſſa murum ambiens extra vrbem facta. Nordmanni de ſua munitione egreſſi, Treuerenſem vrbem inuaſerunt, & habitatoribus vrbis partim expulſis, partim occiſis, totam in Non. April. incenderunt. Quibus VValah Mettenſis Epiſcopus incautè cum paucis occurrẽs occiſus eſt. Nordmanni ereptis quas poterant rebus omnibus, ac, * quam peſſime & viſui horribilior erat, quibuſdam locis & Eccleſiis dimiſſis, quibuſdam concrematis, reuerſi ſunt in ſuam munitionem, quæ circumſepta cõſtabat ſecus littus Moſæ fluminis loco qui dicitur Aſcloha, de Reno miliar. XIIII. Karolus quippe cùm audiſſet obitum fratris ſui maioris, de Italia per Baioariam iter ſuum in Franciam direxit, placitum generale ad VVormatiam tenuit, receptis primoribus & regno fratris ſui

menſe Maio. Poſt hæc præparatis copiis ex omni regno ſuo, Longobardis, Alamannis Franciſque ſecum aſſumptis, ille ex occidentali parte contra Nordmannos, Baioarij ex orientali Reni fluminis vſque ad Antrinacha, tandem ſe tranſmiſerunt: ibi diuiſo exercitu, Baioarij cum principe eorum Arnulfo, Franci cum Heimrico miſſi manu cum valida ante Regem & exercitum, vt quaſi incautos & inæſtimantes quandam partem inimicorum extra munitionem inuenirent & inſidiis caperent, ſecundum illum nobiliſſimi poëtæ verſum:

*Nil refert armis contingat palma, doliſue.*

Et ita factum foret, ni noſtri muneribus corrupti, vt fama refert, de parte Francorum proditores eſſent, & impedirent. Sed tamen paucis occiſis, reuerſi ſunt ad Regem. Redeuntibus illis, alio Rex arrepto itinere cum omni exercitu fines & munitionem Nordmannorum ipſis cum eorum regibus, id eſt Sigifrido & Godefrido, principibus VVrm, Halſ, intus incluſis occupauit: caſtra exercitus in circuitu prope ciuitatem fieri præcepit, ſicque per dies XII. obſeſſam cõſtrinxit. Mira itaque res & ſtupenda obſidentibus & obſeſſis quadam

die occurrit. Nam XII. kal. Auguſti poſt medium diem tenebroſa ſubitò caligo tota caſtra operuit, fulgure & tonitru concrepante, & talis grando, vt nullus antea mortalium ſe tale quid vidiſſe profiteretur: non vt ſolitum eſt, lapides deſcendere plana & æquali ſuperficie, ſed cornuta & inæquali & aſpera facie, omnibus cernentibus inſolitum & magnum præbuit ſpectaculum. Mirabile & incredibile dictu, vt vix groſſitudo eorum potuerit pollice & medio circumdari. Nam & ita equi ſtupefacti fuerunt, vt effractis ſudibus & habenis, partim extra caſtra, partim in caſtris errore & ſtupore verſarentur. Ciuitatis quoque quam obſederant, propter impetum aëris, magna pars corruit, ita vt vna cohors coaceruatim poſſet equitando ingredi, niſi vallo quod circumierat, ſuſpenſa conſtaret. Igitur per tot dies obſidens tam magnus exercitus æſtiuo in tempore propter putredinem cadentium hominum ægritudine correptus ac pertæſus eſt. Nec minus incluſi ſimili moleſtia premebantur. Conſultum eſt ex vtraque parte, vt datis ex noſtra parte obſidibus, Sigifridus Rex qui manu validior erat, ve-

niret extra munitionem ſupra VI. miliaria ad regem. Primum iuramento conteſtatus eſt, quod ex illa hora, & vltra vſque dum Karolus Imperator viueret, numquam in ſuum regnum hoſtili prædatione eſſet iturus: dehinc Chriſtianitatem profeſſus, ipſum Imperatorem patrem in baptiſmate acquiſiuit. Duos ibi dies læti verſabantur, cum remiſſis noſtris obſidibus de munitione, ipſe econtrario cum maximis muneribus remiſſus eſt ad ſua. Munera autem talia erant. In auro & argento bis mille libræ & LXXX. vel paulo plus, libra per XX. ſolidos computata. Ita compoſitis rebus regrediens, etiam Rex in Confluente caſtello cuncto exercitui amabilem licentiam redeundi conceſſit. Ciuile bellum inter Saxones & Thuringos exoritur, machinantibus Poppone fratre Heimrichi & Egينone Comitibus. Magna poſt clade Poppo cum Thuringis inferior extitit. In illis diebus redeuntibus Baioariis domum, magna & immanis peſtilentia in tota Norica excreuit, vt ſæpe duo cadauera in vnum tumulum ſepelirentur. Rex autem morabatur in Germania, & ante natalem Domini placitum habuit ad VVormatiam, vbi mul-

tiformis nuntiis Marauorum aliarúmque gentium receptis, & auditis compoſitíſque rebus, remeauit in Alemanniam. Heinricus quoque miſſus eſt contra Normannos, ibi, prout potuit, diſpoſitis rebus reuerſus eſt.

DCCCLXXXIII. Cæſar in Alemannia Domini natalẽ celebrauit, inde iter ad Baioariam dirigens paſcha Radesbonæ manſit.

*Hactenus vetus exemplar M. S. M.*

# FRODOARDI PRESBYTERI ECCLESIÆ REMENSIS CHRONICON AB ANNO DCCCCXIX. AD ANNVM DCCCCLXVI.

## Cum Appendice aliquot annorum.

*

ANNO DCCCLXXVII. & indictione XII. Nonas Octobris, præcellentiſſimus Imperator Karolus ſanctæ recordationis inſigniſq; memoriæ temporalem finiens curſum, feliciter, vt credimus, ad gaudia migrauit æterna. Hic ſiquidē fuit ſereniſſimi Auguſti Hludouici filius ac nepos glorioſiſſimi Cęſaris eiuſdem nominis Karoli, cuius celſitudinis atque dulcedinis nobiliſſima propinqua eius Bertrada Abbatiſſa cum omni congregatione ſibi commiſſa

ſupplicationibus deuotiſſimis aſſiduè memor, hanc memoriam litteris compendio comprehenſam fecit deſcribi, quæ in eius anniuerſario annuatim recitaretur, eiúſque memoria ſemper haberetur.

* *

ANNO incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCCXIX. cecidit Remis grando mirabilis ouum gallinæ ſuperans magnitudine: quæ verò diſtendebatur in latitudine occupabat medium palmæ. Sed & grãdior per alia quædam loca viſa eſt cecidiſſe. Hoc anno nihil vini in pago Remenſi niſi parum admodum fuit. Nordmanni omnem Brittãniam in cornu Galliæ in ora ſcilicet maritima ſitam depopulantur, proterunt atque delent, abductis, venditis, cæteríſque cunctis eiectis Brittonibus. Hungarij Italiam partem Franciæ, regnum ſcilicet Lodharij, depredantur.

ANNO DCCCCXX. pene omnes Franciæ Comites regem ſuum KAROLUM apud vrbẽ Sueſſionem, quia Haganonem conſiliarium ſuum, quem de mediocribus potentẽ fecerat, dimittere nolebat, reliquerũt. Heriueus autem Remorum Archiepiſcopus accipiẽs regem cum omnes eum deſeruiſſent, duxit eum ad hoſpicia ſua in villa quę

dicitur Carcaſiria. In craſtinum verò venerunt in Cruſinacum Remenſis Epiſcopij villam, ibíque manſerunt donec Remis venirent. Sicque deduxit eum per ſeptem ferè menſes, vſquequo illi ſuos principes eúmque ſuo reſtitueret regno. Poſtea profectus eſt Archiepiſcopus Heriueus ſuper Moſam propter quoddã caſtellum in terra ſui Epiſcopij ſitum quod nominant * *Macerias* recipiẽdum, quod tenebat Erlebaldus Comes pagi Caſtricenſis cõtra illum, quem tunc etiam habebat excommunicatum, propter illa quę ipſius Epiſcopatus familiæ frequentia ingerebat mala, proptérque Altmontem Eccleſiæ Remẽſis, quod furtim irruperat caſtrum. Archiepiſcopus autem poſtquam præfatum caſtellum, id eſt Macerias, cum ſuis fidelibus per quatuor fere hebdomadas obſediſſet, deſerẽte tandem illud Erlebaldo recepit, & diſpoſitis inibi cuſtodiis, reuerſus eſt Remis. Qui Erlebaldus profectus ad regem qui tunc morabatur in pago VVarmacenſi ſedens contra Henricum principem tranſrenenſem, ibi ab hoſtibus ſibi regis ſuperuenientibus interfectus eſt. Hoc anno, ſequenti quoque, agitatur inter Hilduinum Epiſcopum & Richarium Abbatem de Epiſco-

* *M. Macherias.*

patu Tungrenſi contentio. Siquidem Rex illud Epiſcopium Richario, quia Hilduinus à ſe deſciuit cui prius ipſum conceſſerat, dedit. Hermannus verò Archiepiſcopus Hilduinum ibi Epiſcopum, eligente clero ac populo, fauente necnon Giſleberto quem plurimi Lotharienſes principem relicto Karolo Rege delegerant, ordinauit. Karolus verò reuerſis ad ſe Lotharienſibus & ipſo Giſleberto, Richario Abbati non Hilduino Epiſcopo ipſum Epiſcopatum conſentiebat. Remis in monaſterio Sancti Petri ad portam Baſilicarem, cereus quem ibi poſuerant hi ciues qui Romam ad viſitanda Apoſtolorum limina profecti fuerant, accenſus eſt etiam ter igni cœleſti. Ad idem quoque monaſterium quædam puella aduenerat nomine Oſanna de pago Vonzinſe, carnem non comedens, neque panem ab annis iam duobus edere valens, cui multæ viſiones oſtendebantur. Hæc in ipſis diebus, hebdomada plena, iacuit immota & ſanguinem cum omni admiratione ſudauit ita, vt frons eius tota & facies vſque ad collum operiretur ſanguine: in qua vita, vel tantum calor remanſerat, halitu etiam tenuiſſimè ſpirante. Tunc quoque multa ſe vidiſſe perhibuit, ex quibus

aliqua dixit, plurima quæ viderat, ſe dicere non audere profeſſa eſt. Tunc etiam circa Remenſem vrbem mel in ſpicis inuentũ eſt, & flores quibuſdam in arboribus maturis vel collectis iam fructibus.

ANNO DCCCCXXI. incarnati Verbi, Rodulfus Epiſcopus montis Lauduni moritur. Cui ſuccedit Adelelmus eiuſdem loci theſaurarius Remis à domno Heriueo Epiſcopus ordinatus. Anglorum Romã proficiſcẽtium plurimi inter anguſtias Alpium lapidibus à Sarracenis obruti ſunt. Sinodus apud Troſleium habita, cui præſedit Heriueus Archiepiſcopus, præſente quoque Karolo Rege, cuius obtentu Herlebaldus ibi Caſtricenſis abſoluitur. Ricardus Marchio de Burgundia obiit. Karolus Rex in regnum Lodharij abiit, receptíſque per vim quibuſdam Ricuini infidelis ſui præſidiis, & facta pactione vſque ad miſſam ſancti Martini cum Heinrico principe tranſrenenſi, reuerſus eſt in montem Lauduni. Tempeſtates hoc anno diuerſis in locis plurimæ, homines quoque fulmine exanimati & domus incenſæ. Æſtus in æſtate magnus & fœni plurimum. Siccitas ingens tribus ferè continua menſibus Iulio, Auguſto atque Septembri. Rotbertus comes

Nortmannos qui Ligerim fluuium occupauerant, per quinque menſes obſedit, acceptíſque ab eis obſidibus, Brittanniam ipſis quam vaſtauerant cum Nannetico pago conceſſit, quíque fidem Chriſti ceperunt ſuſcipere. Erluinus Beluacenſis Epiſcopus obiit. Karolus iterum pacem cum Heinrico firmat.

ANNO DCCCCXXII. Karolus regnũ Lodharienſe ob perſecutionem Giſleberti & Ottonis, rapinis, ſacrilegiis atque incendiis, etiam in tempore Quadrageſimæ, ſicut & tota hieme vaſtat. Richarius qui Romã profectus fuerat propter Epiſcopium Tungrenſe reuerſus eſt, ordinatus à Iohãne Papa Epiſcopus, Hilduino ab ipſo Papa excommunicato, qui etiam illo abierat Epiſcopus * *Drogo* Epiſcopus de Tullo moritur, cui ſucceſſit Goſlinus. Berengario Lãgobardorum Imperatore, regno ab optimatibus ſuis deturbato, Rodulfus Ciſalpinæ Galliæ Rex ab ipſis in regnum admittitur: & Hungari, actione prædicti Berengarij, multis captis oppidis, Italiam depopulantur. Karolo denique Laudunum regreſſo, Hugo filius Rotberti poſt Paſcha ſuper Vidulam venit, vbi apud villam Fimmas, Heriuei Archiepiſcopi fideles cum quibuſ-

*M. Rogo.

quibuſdam Frāciæ Comitibus obuios habuit. quo cū eiſdem ſuper Axonam in pagū Laudunenſem profecto, propter prędictum Haganonem cui Rex abbatiam Rothildis * amitæ ſuæ, ſocrus autem Hugonis dederat nomine * Calam, Karolus cum Heriberto & Haganone clam Laudunum egreſſus, ob Haganonis amorem, huius cauſa timoris trans Moſam profectus eſt. Quem inſecutus Hugo cum ceteris pugnatorum duobus milibus vſque Moſam, Giſlebertum Lotharienſem obuium habuit, cum quo à patre, qui eum proſequutus fuerat, & ſuper Axonem in pago Laudunenſi ſedebat, ad colloquium reuocatus reuertitur. Quo comperto, Karolus, Moſa retranſmiſſa, cum nonnullis qui ad ſe venerant Lodharienſibus, villas Remenſis Eccleſiæ deprædari necnon incendere cæpit. Altmontem quoque caſtrum bellando, non ſine clade ſuorum, cepit aque diripuit. Robertus igitur ſuper Maternam fluuium Rodulfo filio Richardi, genero ſuo procedit obuiam. quem ſubſequens Karolus cum Lotharienſibus Maternam tranſiit, & caſtrum * Sparnaci direptum eſt ab Haganonis complicibus. Robertus etiam, præfato Rodulfo cum Burgundionibus ve-

*M. amicæ.*

*D. Gaiam*

*D. Sparnan*

niente, fluuium tranſiens ſubter Sparnacum non longius tribus leugis ab exercitu Karoli caſtra metatus eſt. Vbi vna magis ebdomada conſederunt, vtrimque ad colloquium cæteri præter Haganonem & karolum venientes. Hugo interea filius Richardi ad Rotbertum veniens, ducentos circiter ex his qui cum Haganone erant, obuios habuit in villas Epiſcopij Remenſis abeuntes prædari. Quibus captis, tribus tantum occiſis, equos cum armis abſtulit, & ad ſuos ignominia oneratos remiſit cæteros. Hinc Robertus apud Calmiciacum, & karolus circa Remis caſtra metati ſunt. vbi cum tribus continuis conſediſſet diebus, vna ſcilicet à ciuitate leuga, & nonnulli ex equis illorum caperentur à ciuibus Remorum, vna tantum die, Dominica videlicet Pentecoſtes, contra vrbem pugnauerunt: vbi nonnullis occiſis ex Lodharienſibus, vulneratíſque plurimis, nox prælium diremit. Audito denique, quod hi qui cum Rotberto erãt Laudunum captum haberent, & theſauros Haganonis qui inibi erant diſpertiti eſſent, & vnum de fratribus eius ibi comprehendiſſent, karolus cum Haganone Laudunum contendit: Lodharienſes quidam

regrediuntur ad ſua, quidam cum Karolo pergunt. Robertus ſuper Axonam tentoria fixit. Karolus, abnegato ſibi introitu Lauduni, reſedit ſuper fluuium Saram, & Rotbertus caſtra metatus eſt ſuper Alcam. Et cum cotidie copiis Roberti creſcentibus, decreſcerent karoli, clam tandem ſecedens cum Haganone trans Moſam proficiſcitur. Franci Rotbertum ſeniorem eligunt ipſiq; ſeſe committunt. Rotbertus itaque Rex Remis apud ſanctũ Remigium ab Epiſcopis & primatibus regni conſtituitur. Heriueus Remorum Archiepiſcopus obiit tertia die poſt cõſecrationem Rotberti regis, ſcilicet ſexto Nonas Iulij, quarto die antequam viceſimum ſecundum ſui Epiſcopatus expleret annum: cui ſucceſſit in Epiſcopatum Seulſus, qui tunc eiuſdẽ vrbis miniſterio fungebatur Archidiaconatus. Apud Camaracum quaſi tres ſoles apparere, vel Sol tres orbes à ſe inuicem diſtantes habere: Item duo in cœlo ſpicula contra ſe vtrinque propinquantia, donec nube ſunt cooperta: Item duo ſtipites ſibimet in cœlo propinquantes, quouſque ſimiliter operti ſunt nube. Robertus filium ſuum Hugonem in regnum Lotharij mittit cum ali-

D. Capræmortẽ

quo Francorum agmine propter * Capræmontem Giſleberti caſtrũ obſidione liberãdum, quod Karolus premebat obſeſſum. Quo comperto, Karolus obſidionem relinquit, & Hugo, acceptis obſidibus à quibuſdam Lotharienſibus, ad patrem remeauit. Terræmotus in pago Camaracenſi factus, ex quo domus inibi nonnullæ ſubuerſæ ſunt. In pago quoque Pariſiaco, in villa quæ dicitur * Geſedis, multa miracula in Eccleſia ſancti Petri à quarto ſuperiore anno, ex quo ſcilicet reliquiæ de barba ipſius Apoſtoli illuc ſunt relatæ, facta memorantur: ita vt inter cæcos & claudos vel cõtractos, amplius quam centum ſeptuaginta ſanitate donati referantur. Dæmoniaci verò, quotquot illo abierunt, ſano ſenſu, pulſis dæmonibus, redierunt: præter alia innumerabilia quæ ibidem ſunt acta.

D. Ieſelus

Anno DCCCCXXIII. Rotbertus in regnum Lotharienſe proficiſcitur locuturus cum Heinrico, qui ei obuiam venit in pagum Ribuariarium ſuper fluuium Ruram, vbi ſe inuicem pauerunt, &, pacta amicitia datiſque ab alterutro muneribus, diſceſſerunt: vbi etiam quidam Lotharienſes dederunt obſides, & inducias à Rotberto acceperũt vſque in Kal. Octobris. Nord-

manni Aquitaniam Aruerniámque deprędabantur, contra quos VVillelmus Dux Aquitaniorum & Ragemundus pugnauerunt: & cæſa ſunt ibi ex Nordmannis duodecim milia. Boſo filius Richardi Ricuïnum in lecto languentem occidit. karolus cum ſuis Lotharienſibus inducias quas nuper à Rotberto acceperant, infringẽtibus, Moſam tranſiens ad Atiniacum venit, & antequam Rotbertus ſuos fideles adunare potuiſſet, ſuper Axonam inſperate, vbi Rotbertum ſub vrbe Sueſſionica ſedere compererat, adiit, & in craſtinum die Dominica hora iam ſexta præterita, Francis dehinc illa die prælium non ſperantibus, plurimis quoque prandentibus, karolus Axonem tranſiit, & ſuper Rotbertum cum armatis Lodharienſibus venit, commiſſóque prælio, multis ex vtraque parte cadentibus, Rotbertus quoque Rex lanceis perfoſſus cecidit. Hi tamen qui erant ex parte Rotberti, Hugo ſcilicet filius ipſius & Heribertus cum cæteris victoria potiti, karolum cum ſuis Lodharienſibus in fugam verterunt: ſed, ob mortem regis ſui Rotberti, eos perſequi deſtiterunt: Campum verò obtinuerunt, ſpoliáque ab eis, maximè autẽ ruſticanis & ex Sueſſionicæ vrbis

ſuburbio cõfluentibus direpta ſunt. Lodharienſes denique, perditis multis angariis quas Rotgarius comes accipiẽs in Laudunum caſtrum abduxit, relictóque infra regnum Franciæ Karolo, reuertuntur ad ſua. Karolus dehinc Heribertum comitem, Seulfum Archiepiſcopum, cæteróſque regni primates multis legationibus vt ad ſe reuertantur, exorat. Quod illi renuentes, pro Rodulfo in Burgundiã tranſmiſerunt, qui ocius, cum multa ſuorum manu, illis occurrit: Auditóque Franci quod karolus ad ſe venire Nortmannos mandaſſet, ne illi coniungerentur, inter Karolum atque Notdmãnos ſuper Iſaram fluuiũ cum Rodulfo medij reſederunt. Tuncque, karolo trans Moſam refugiente, Rodulfum cũcti eligunt. Rodulfus filius Richardi Rex apud vrbem Sueſſionicam, * in Monaſterio ſancti Medardi, * conſtituitur, & Heribertus Comes Bernardum cõſobrinum ſuum cum aliis legatis conſilium quod per illos agebatur, vt fertur, ignorantibus, ad karolum dirigit, qui ab eiſdem ſacramentis perſuaſus, ad Heribertum cum paucis proficiſcitur: quique cũ in caſtello ſuo ſuper Somnam apud ſanctum Quintinũ ſuſcepit, indéque his qui cum eo venerant, remiſſis,

karolum in quandam munitionem ſuam quæ vocatur Caſtellum Theoderici ſuper Maternam fluuium deduci fecit, ibíque illum, ſubminiſtratis victui neceſſariis, ſub cuſtodia detinuit: & ſic ipſe Rodulfum regem in Burgũdiam proſecutus eſt. Interea Ragenoldus princeps Nortmãnorum qui in fluuio Ligeri verſabantur, karoli frequẽtibus miſſis iampridem excitus, Franciam trans Iſarã coniunctis ſibi plurimis ex Rodomo prædatur: cuius caſtris ſuperuenientes fideles Heriberti qui per caſtella remãſerant, adiũctis ſibi Rodulfo priuigno Rotgeri & Ingobranno comitibus, prędam ingentem eripuerunt & captiui mille ibidem liberati ſũt. Quo cognito, Ragenoldus exagitatus furore, in pagum Atrabatenſem prædatum progreditur: cui obuius factus comes Adelelmus ſexcentos ex eis ſtrauit, cæteris fuga prolapſis, cum quibus Ragenoldus ad munitionum ſuarum properat refugia: indéque quantas poteſt exercere non deſinit prædas & latrocinia. Quibus vrgentibus cauſis Rodulfus Rex ab Hugone filio Rotberti accitus de Burgundia venit ad Compẽdium ſuper Iſaram, & audito quod Nordmanni pagum Beluacenſem deprædabantur, illò tranſiit cũ Sculfo

Archiepiſcopo & Heriberto comite aliiſ-
que quibuſdam & electis viris fortibus.
M. Ita * Itta fluuio trãſito ingreſſus eſt terrã, quæ
dudum Nortmannis ad fidem Chriſti ve-
nientibus, vt hanc fidem colerẽt, & pacem
haberent, fuerat data. Partẽ quoque ipſius
D. Ipſum terræ Rex cum Francis, quia * ipſi Nord-
manni pacem quã pepigerant propter pro-
miſſiones karoli qui eis latitudinem terræ
pollicitus fuerat, infregere, cædibus & igne
deuaſtat. His verò rebus eum intentum le-
gati adeunt Lotharienſium, ſe ſuáque ipſi
ſubdere ſpondentium: Quorum legatione
reuocatus ab hac deuaſtatione, cũ prima-
tum, qui ſecum aderant, conſilio, Lotha-
rienſibus obuiam pergit, Hugone & Heri-
berto Comitibus ad præſidium patriæ trãs
Iſaram relictis. Lotharienſes illi obuiam
iuxta Moſomum veniũt, & vxor ipſius no-
mine Emma Regis Roberti filia Remis in-
terim ab Seulfo Archipræſule conſecra-
tur regina. Rodulfus à plurimis Lotharië-
ſium ſuſceptus in regno, petitur à VVigeri-
co Metenſium Epiſcopo receptũ ire quod-
dam caſtrum in pagum Eliſatium, nomine
Zabern non Sauerne · Ro. Taberna Zabrenam: vbi toto pæne demoratus au-
351. M. Caſtellanis qui tũno * Caſtellanis quia tranſrenẽſes erãt,
auxiliũ ab Heinrico fruſtra expectantibus,
tandẽ obſidibus ab eis acceptis, Laudunũ

ad vxorem ſuam reuertitur. Interea Nordmannis quoſdã pagos noſtros trans Iſarã, & noſtratibus eorum terram deprædantibus, crebris alternatim directis legationibus, pacem Heriberto comiti & Seulfo Archiepiſcopo pollicentur, cæteríſque Frãcis qui cũ ipſis contra Nordmannos ſedebãt, ſi tamen eis terra daretur quam ſpacioſam petebãt vltra Sequanam. Rodulfo interea rege, vt dictũ eſt, Laudunũ reuerſo obſides illi mittunt, & inducias ab eo vſque ad mediũ Maium accipiunt. Dum hæc geruntur, Heinricus, inuitantibus ſe Giſleberto Comite & Rotgario Treuirorũ p̃ſule, qui necdũ ſe Rodulfo ſubdiderant, Renũ tranſmiſiſſe regnúmque Lotharij deprædari nunciãtur. Depopulatus eſt autem quod inter Renum & Moſellam interiacet, gregũ armentorúmque abductione, ac cæterarũ opũ exhauſtu, cũ plurimorũ quoque iuuẽtutis captiuitate. quique audito quod Rodulfus exercitus non modo è Frãcia, quin ex omni cogeret Burgũdia, in ſuo ſe regno recepit, datis induciis Lodharienſibus vſque Kal. Octobris ſequentis anni. Otto tantum, ex his qui ſe Rodulfo commiſerãt, ad Heinricũ defecit. * VVilgericus Epiſcopus Zabrenam vt recepit, euertit. Camaracus male prouiſo cõflagrauit incẽdio. *D. VVigerius*

Alter Rodulfus Ciſalpinæ Galliæ Rex, quē Italici * abiecto Rege ſuo Berengario in regnum receperant, cum ipſo Berengario conflixit, eúmque deuicit, vbi mille quingenti viri cecidiſſe dicuntur. Seulfo Archiepiſcopo Archiepiſcòpalis infula, quæ pallium nominatur, ab Iohāne Papa tranſmittitur. Multitudo Anglorū limina ſancti Petri orationis gratia petentium inter Alpes à Saracenis trucidatur. Dado Virdunenſium Epiſcopus obiit, & Epiſcopatus eius Hugoni, ab Rodulfo rege conceditur, quique presbyter Remis ab Seulfo Archiepiſcopo conſecratur.

M. *accepto*

Anno DCCCCXXIIII. incipiente, fit exactio per Franciam pecuniæ collaticiæ quæ Nortmannis pacto pacis daretur: & Rodulfus Rex profectionem parabat in Aquitaniam, quia VVillelmus eiuſdem regionis princeps ſubdi ſibi differebat. Qui, comperto quod Rodulfus in Aquitaniam cum hoſtili manu properaret, ei obuiam ſuper Ligerim venit, & intercurrentibus alternatim legatis, tandem ad colloquium ſuper ipſum flumen Ligerim infra pagum Auguſtidunenſem conuenere: vbi tota die immorati Rodulfus ex hac, VVillelmus ex illa fluminis ora, nuntiis vtrimque progre-

dientibus; ſicque die conſumpta, flumen tandem VVillelmus tranſiens ad Rodulſum iam noctu peruenit: & equo deſiliens, ad regem equo inſidentem pedibus acceſſit. Quem poſtquam Rex oſculatus eſt, vtrimque diſceſsũ. In craſtino ad regẽ regreditur VVillelmus, & octo dierum acceptis induciis, poſt finitam ebdomadam ſeſe regi committit: Et Rex illi Biturigenſem pagum reſtituit, quem illi nuper auxilio fretus Rotberti necdum tamen regis vi dempſerat cum ciuitate Biturigis. Heriberto deniq; * Parronam, & Hugoni filio Rotberti Cinomannis dedit. Seulfus quoque Epiſcopus terram ſancti Remigij coniacentem in Lugdunenſi prouincia, de qua Heriueus Epiſcopus nihil habuerat, ab Hugone de Vienna qui eidem colloquio intererat, reimpetrauit. Inde reuerſi circa quoddam caſtellum venimus, quod dicitur, mons ſancti Ioannis. Hoc Ragenardus inuaſerat ac retinebat. Hortatu tamen nepotum ſuorum VValonis & Giſleberti ceterorúmque quos Rex ad id expugnãdum miſerat, obſidem regi filium ſuum tranſmiſit: quẽ Rex exoratus à propinquis Raginardi & Hugone fratre ſuo, recipi iuſſit, & Ragenardo inducias dedit, ceteróſque om

D. Peronam

nes qui cum Ragenardo erant obſtrictos ſacramenro reliquit. Interea Giſlebertum Berengarius qui ſororem ipſius habebat, comprehendit, quemque oblatis obſidibus ſibi pro eo filiis Ragenarij fratris ipſius Giſleberti dimiſit. Idem verò Giſlebertus dimiſſus terrã Berengarij Ragenariíque fratris ſui & Iſaac Comitis deprędationibus plurimis vaſtat. Poſt hęc Regi Radulfo legatos vt ab eo reciperetur, dirigit. Quod Rex fideliũ ſuorũ cõſilio ipſius abominatus periuria & inſtabilitatem, facere contempſit. Hungari ductu regis Berengarij, quem Langobardi pepulerant, Italiam depopulãtur. Papiam quoque vrbem populoſiſſimã atque opulentiſſimam igne ſuccendunt: vbi opes periere innumerabiles, Eccleſię XLIII. ſuccenſæ, vrbis ipſius Epiſcopus cum Epiſcopo Vercellenſi qui ſecum erat, igne fumóque necatur: atque ex illa pœne innumerabili multitudine, ducenti tantum ſuperfuiſſe memorantur, qui ex reliquiis vrbis incenſæ quas inter cineres legerant, argenti modios octo dederũt Hungaris, vitam muróſque ciuitatis vacuæ redimentes. His expletis Hungari per abruta trãſeuntes Alpium iuga, veniunt in Galliam. Quos Rodulfus Ciſalpinæ Rex Gal-

liæ & Hugo Viennenſis inter anguſtias collium Alpinarum claudunt. vnde inopinato loco per deuia mõtis euadentes, Gothiam impetunt. quos inſequentes prædicti Duces ſternunt ex eis quos reperire poterant. Interea Berengarius Italiæ Rex à ſuis interimitur.[Nordmanni cum Francis pacem ineunt ſacramentis per Hugonem & Heribertum Comites, Seulfum quoque Archiepiſcopum, abſente Rege Rodulfo, eius tamen conſenſu, terra illis aucta: Cinomannis & Baiocæ pacto pacis eis conceſſæ] [Hungari qui Gothiam vaſtabant, peſtem quandam perpeſſi, capitum inflatione ac diſſinteria pæne cũcti paucis euadentibus nunciantur eſſe conſumpti.] Rodulfus Rex Franciæ placitum * habuit apud Atiniacum. Tunc inde profectionem parans in regnum Lotharij, grauiſſimo languore corripitur, cuius vi recidiua, dum iam conualeſcere putabatur, opprimitur: & pene deſperatus à pluribus, Remis ad ſanctum Remigium ſe deferri * fecit. vbi * nonnulla dona largitus, ceterum, præter vxoris partem, quicquid ſibi theſaurorum ſupererat, per monaſteria Franciæ Burgundiæque direxit, & quatuor ebdomadibus apud ſanctum Remigium demoratus, tan-

*D. tenuit*

*D. petiit*

*M. non multa*

dem redintegrata ſanitate, Sueſſionicam petiit vrbẽ, indéque regreditur in Burgũdiam. Heinricus æque in ipſis Sarmatarum finibus, valitudine corporis, tota detinetur æſtate. Interim contentio inter Giſlebertum & * Ragenarium fratrẽ eius, nec minor inter Boſonem & Ottonem cædibus, incẽdiis ac deprædationibus vtrobiq; patratur. Iſaac quoque Comes quoddam caſtellum Stephani Camaracenſis Epiſcopi doloſa infeſtatione comprehendens incendit. Præſidij etiam Heriberti turris ſuper Maternam fluuium, vbi Karolus cuſtodiebatur, ſubitaneo conflagrauit incendio. * Ragenoldus cum ſuis Nordmannis, quia nondum poſſeſſionem intra Gallias acceperat, terram Hugonis inter Ligerim & Sequanam depopulatur. Synodus Epiſcoporum Remenſis diœceſeos apud Troſleium Octobri menſe habita, Seulfo Archiepiſcopo prȩſidẽte, in qua Iſaac Comes ad emendationem & ſatisfactionem venit pro his quæ praue aduerſus Eccleſiam Camaracenſem perpetrauerat, & vadatus argenti * libris centum, pacatur cũ Stephano præfatæ vrbis Epiſcopo, prȩſente Heriberto & pluribus Franciæ Comitibus. Rodulfus Rex caſtellum montis ſancti

D. Ragenerum

Rainoldus

M. Libras

Iohannis,id Ragenardo, inuito licet,deſerente, recepit, ſicque Franciam repetiit. VVillelmus & Hugo filius Roberti cum Ragenoldo de ſua terra paciſcuntur,& Ragenoldus cum ſuis Nordmannis in Burgundiã proficiſcitur. Inluminationes candelarum hoc anno multæ per diuerſa Franciæ loca, orto repente lumine, factæ,& viſiones ſanctorum cuidam presbytero nomine Ebrulfo in villari Moſomo proximo commanenti oſtenſæ. Remis in Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſolemnitate omnium ſanctorum quidam diu cõtractus, cuius coxæ cruribus inhæſerant iunctæ poplitum neruis ita retractis, virtute diuina ſolutus & ereptus eſt. *

ANNO DCCCCXXV. redintegrante, Ragenoldus cum ſuis Nordmannis Burgũdiam depopulabatur. cum quo VVarnerius & Manaſſes Comites, Anſegiſus & * Gozcelinus præſules congreſſi apud montem Calaun Nordmãnorum pluſquam DCCC. ſternunt. VVarnerius comes ibi equo cui ſedebat occiſo, captus & interẽptus eſt, & Anſegiſus Trecaſſinæ vrbis Epiſcopus vulneratus. Quo Rodulfus Rex comperto, in Burgundiam cum quibuſdam ex Francia militibus ſcilicet Remenſis Eccleſiæ &

*D. Geſſelinus*

Abbone Sueſſionẽſi Epiſcopo, paucis etiã aliis ſecum comitantibus, proficiſcitur, Heriberto quoque Comite ſe proſequente; collectáque ex Burgundia militum manu non pauca, venit vſque ad caſtra Nordmannorum ſuper Sequanam. Ibíque ab
M. aliis * iis qui ex Francia perrexerant, pedeſtri pugna certatum ad caſtra. Videntes verò quod illi qui erant cum rege, pars ſcilicet exercitus maxima, neque caſtra inuadere, neque equis deſilire temptarent, compulſis in caſtra Nordmannis qui fugerant, ad pugnandum egreſſi, quibuſdam quoque proſtratis, à caſtrorum peruaſione diſcedunt, caſtráque duobus vel tribus milibus à Nordmannorum caſtris metantur in girum, Hugone Rotberti filio è contra ſuper Sequanam hac ex parte caſtra metato: vbi, propinquiorem caſtrorũ obſidionem procraſtinantibus Francis, & de die in diem differentibus, naues à Pariſio venturas expectando, eruptione clam facta quorundam noſtrorum, veluti fertur, aſſẽſu, Nordmanni ſua caſtra linquentes & ſaltum quendam, iter ſuum tutandi gratia, petentes, euadunt. noſtrorum verò quique regrediuntur ad ſua. Ieiuniis itaque ceptis quadrageſimalibus, Heribertus cum Giſleberto

berto, indéque cum Hugone locutus, regem accerſiuit ex Burgundia, qui feſtinanter adueniens, Camaracum Lotharienſibus atque Giſleberto proficiſcitur obuiam: Quique hoc placitum omittentes, ſuper Moſam ad eum veniunt, ſuíque Giſlebertus & Otto efficiuntur. Nordmanni de Rodomo fœdus quod olim pepigerant irrumpentes, pagum Beluacenſem atque Ambianenſem depopulantur. Ambianis ciuitas malè prouiſo confugientium igne ſuccenſa eſt. Sic & Atrabatis ſubito exorto conflagrauit incendio. Nordmanni vſque ad Nouiomagum prædatum veniunt, & ſuburbana ſuccendunt. Caſtelliani cum ſuburbanis egredientes, Nordmannos repellunt, ſternunt quos poterāt, partem ſuburbij liberant. Baiocenſes interim terram Nordmannorum vltra Sequanam, deprædantur. Quo comperto, Pariſiaci & ipſi quoque cum quibuſdam fidelibus Hugonis filij Rotberti, & quorundam caſtellorum oppidanis, partem quandam pagi Rothomagenſis, qui poſſidebatur à Nordmannis, cis Sequanam, depopulati ſunt, villis ſuccenſis, pecoribus abductis, nonnullis etiam Nordmannorum interfectis. Heribertus comes interea cum pau-

cis Francorum, quia parum adhuc herbæ inueniebatur equis, tranſitum Nordmannis prohibendi gratia, ſuper Iſaram reſidebat. Nordmanni terræ ſuæ cognita vaſtatione in ſua feſtinanter rediere. Heinricus denique Renum trãſiens oppidum quoddam nomine Tulpiacum quod Giſleberti fideles tutabantur, vi cepit: nec diu demoratus infra regnum Lotharij ad ſua trans Renum regreditur obſidibus à Giſleberto acceptis. Hilgaudus Comes & cæteri maritimi Franci loca ſibi vicina nuper à Nordmannis poſſeſſa peruadentes deuaſtant. Rodulfus interea de Burgũdia reuertitur in Franciam, &, vt ſe ad bellum contra Nordmannos præpararent, Francis bãno denunciat. Heribertus igitur expeditione cœpta cõtra Nordmannos cum militibus Remenſis Eccleſiæ, Arnulfus quoque comes & cæteri maritimi Franci præſidium quoddam Nordmannorum adgrediuntur, quo etiam Rollo princeps eorum mille Nordmannos præter ipſius inhabitatores oppidi ex Rodomo tranſmiſerat. Idem verò caſtrum ſecus mare ſitum vocabatur Auga. Quod circumdantes Franci, vallum quo pro antemurali cingebatur, irrũpunt, murúmque infringentes conſcen-

dunt, & oppido pugnando potiti, mares cunctos interimunt, munitionem ſuccendunt. Nonnulli tamen euadētes finitimam quandam occupant inſulam: quam adgredientes Franci, maiore licet mora quam oppidum ceperant, capiunt. Quod videntes Nordmanni qui armis vitam pro poſſe tutabantur, poſtquam ſpem vitæ amiſiſſent, quidam ſe fluctibus immergunt, quidam, vt enatarunt, iugulati ſunt. Et alij quidem, Francorum necabantur gladiis, alij propriis ſe oppetebant telis. Sícque omnibus proſtratis, & præda non modica direpta, Franci reuertuntur ad ſua. Rodulfus autem Rex cum Hugone & Burgūdionibus in pago Beluacenſi ſedebat. Per idem tempus Seulfus Remorum Archiepiſcopus obiit, expletis in Epiſcopatu annis tribus & diebus quinque. Heribertus Comes Remis venit, & vaſſallos ipſius Eccleſiæ, ſed & clericos de electione rectoris ad ſuum conſilium intendere fecit. Hugo filius Rotberti pactum ſecuritatis accipit à Nordmannis, terra filiorum Balduini, Rodulfi quoque de Gaugeio atque * Hilgaldi extra ſecuritatē relicta. Epiſcopatus Remenſis Heriberto comiti cōmiſſus eſt ſub obtentu filij ſui Hugonis admodū paruuli,

*D. Hilgaudi*

necdum, ceu ferebatur, quinquennis. Abbo Epiſcopus Romam petit cum legatis Heriberti Comitis. Heinrico cuncti ſe Lotharienſes committunt, & ipſe Bernuino Dadonis Epiſcopi nepoti, Epiſcopiũ Virdunenſe concedit. Qui & expulſo Hugone presbytero cui Rodulfus illud dederat, ibidem ordinatur Epiſcopus.

ANNVS DCCCCXXVI. incipiebat, & Rodulfus Rex cum Heriberto Comite & quibuſdam maritimis Francis Nordmannos in pago Atrabatenſi quodam ſaltu coarctatos obſidebat, cum repentè poſt aliquot dies noctu eruptione cœpta, Nordmanni caſtra Regis aggrediuntur: ibíque Regi, ne à Nordmannis comprehẽderetur, ſuccurſum ab Heriberto, ſuccenſiſque caſis quibuſdam, pugnatum ad caſtra. Nordmanni tandem à caſtrorum peruaſione repulſi recedunt. Rex ibi vulneratus & Hilgaudus comes interemptus eſt. Nordmanni mille & centum dicuntur ibidem occiſi. Sícque Rodulfus Laudunum reuertitur, & Nordmanni, vſque in pagum Porcenſem, ſilueſtria loca deprædantur. Hungari quoque Rheno tranſmeato vſque in pagum * Vozinſem prædis incẽdiiſque deſæuiũt. Luna quartadecima Sabbato ſancto die Kalẽda-

D. Vonzinſem

rum Apriliũ, paſſa defectũ & in pallorẽ cõuerſa eſt quadam luminis relicta particula, veluti eſſet ſecunda. Sícque aurora iam incipiẽte in ſanguineum tota mutata eſt colorem. Corpus ſancti Remigij, & aliorum quorundam ſanctorum pignora, Hungarorum metu Remis à ſuis monaſteriis ſunt delata. inter quæ ſanctæ quoque VValleburgis reliquiæ, ad quas nonnulla exerecebantur miracula. Exactio pecuniæ collaticiæ Nordmannis pacto pacis dandæ, publicè fit per Franciam atque Burgundiam. Data igitur pecunia pax vtrimque eſt cum iuramento firmata. Hinc exercitus ex Frãcia Burgundiáque cum Rodulfo Rege & Heriberto Comite proficiſcitur ſuper Ligerim, & acceptis obſidibus ab vrbe Niuernenſi, quam frater VVillelmi cõtra regem tutabatur, in Aquitaniã ad perſequendum VVillelmũ qui à rege forte deſciuerat, trãſeunt: inſequunturque fugientem, donec rumor infeſtationis Hungarorũ, quod iterum iam Renum tranſiſſent, exercitum in Frãciam repedare coëgit. Hugo filius Bertæ rex Romæ ſuper Italiam conſtituitur, expulſo Rodulfo Ciſalpinæ Galliæ rege, qui regnum illud peruaſerat, & alteri fœminæ viuente vxore ſua ſe copulauerat,

Occiſo quoque à filiis Bertæ Burchardo Alamannorum principe, ipſius Rodulfi ſocero, qui Alpes cum ipſo tranſmearat, Italiam regni gratia recuperandi genero. Hugo presbyter expulſus Virduno defungitur. Ebrardus * quoque tranſrhenenſis in regnum Lotharij mittitur ab Heinrico, iuſtitiam faciendi cauſa, & Lotharienſes inter ſe pace conſociat. Rodulfus Comes filius * Heloidis obiit. Non multo poſt etiã * Rotgarius vitricus eius Comes Laudunẽſis pagi deceſſit. Hugo filius Rotberti filiam Eaduuardi regis Anglorum, ſororem coniugis Karoli duxit vxorem.

*D. quidã*

*D. Heiluidis*

*D. Rotgardus*

Anno DCCCCXXVII. inter Rodulfum regem & Heribertum comitem pro Laudunenſi comitatu quem Heribertus Odoni filio ſuo dari petebat, concedente illum rege cuidã filiorum Rotgarij nomine * Rotgario, ſimultas exoritur. Acies igneæ Remis in cœlo menſe Martio mane quadam die Dominica viſę. Cui ſigno peſtis eueſtigio ſucceſſit, quaſi febris & tuſſis, quæ mixta quoque mortalitate in cunctas Germaniæ Galliæque gentes irrepſit. VVidricus Metenſis Antiſtes defungitur. Heribertus Comes legatos ſuos trans Renum dirigit ad Heinricum: quibus reuerſis euocatur ad

*D. Rotgerio*

colloquiũ Heinrici * pro eodem. ad quod properans cum Hugone Rotberti filio pace firmata, muneribus Heinricum honorat & honoratur ab illo. Ibi etiam Heinricus Epiſcopium Metẽſium, contemta electione ipſorum, cuidã, vt ferebatur, Dei ſeruo dedit, cognomento Bennoni. Hugo filius Rotberti & Heribertus Comes contra Nordmannos pergunt, qui ſuper fluuium Ligerim morabãtur. Tẽpeſtas maxima pagum Laudunẽſem concuſſit, & Sueſſionicum, qua domus euerſæ, arboréſque multę fuerũt euulſæ, homines exanimati per loca diuerſa quamplures. VVillelmus Aquitanorum princeps obiit. Nordmanni de Ligeri poſtquã obſeſſi ſunt, ebdomadibus quinque ab Heriberto & Hugone, datis acceptíſque obſidibus: & conceſſo ſibi pago Namnetico, pacẽ pepigere Francis. Sinodus ſex Epiſcoporũ apud Troſleiũ habita cõtradicente Rege Rodulfo per miſſos Heriberti Comitis; & mandante illi vt Sinodum differret ſibíque obuiam ad Compendiũ veniret. quod ille agere renuit, Sinodo verò interfuit: vbi Herluinus Comes ad pœnitentiam venit pro vxore quã duxerat alia viuente. Poſt abſolutionem ſinodi, Heribertus Comes Laudunum ingredi vo-

D. per eoſdem: ad quos

luit. Præuenit autẽ eũ Rodulfus rex miſſis
D. denuo illò militibus ad cuſtodiã loci: ipſe * deni-
que ſubſecutus, idem caſtellũ ingreſſus eſt.
At Heribertus Karolum de cuſtodia eiecit,
ſecúmque in pagum Veromandinſem ſci-
licet ad ſanctum Quintinum deducit. Ro-
D. Rotgerij dulfus verò in Burgundiã reuertitur * Rot-
garij filiis cum vxore ſua ad cuſtodiã Lau-
duni relictis. Qui egredientes loca quæque
deuaſtãt circa Codiciacum Epiſcopij Re-
menſis caſtrũ. Karolus igitur cũ Heriberto
colloquium petit Nordmannorum ad ca-
ſtellũ quod Auga vocatur, ibique ſe filius
Rollonis Karolo committit, & amicitiam
firmat cum Heriberto. Metus interea falſi
rumoris Hungarorum, & fugæ per regnum
Lotharienſe agitantur & Franciam.

ANNO DCCCCXXVIII. inchoante in ipſis
ſolemniis ortus Chriſti Rodulfus de Bur-
gũdia cũ hoſtili Burgundionũ manu venit
in Franciam prædando & etiã loca quædã
incendendo. Cui Hugo filius Roberti ob-
uiã properat: venientéſque ſuper Iſarã, in-
ter Rodulfum & Heribertũ comitẽ ſeque-
ſter & medius fuit, & ab Heriberto obſides
accepit, donec iterũ ad denominatũ placi-
tum conuenirent. Quo facto Rodulfus in
Burgundiam reuertitur, non valẽs ſuadere

coniugi ſuæ, Lauduno diſcedere. At Heribertus Comes Remis cũ Karolo venit, indéque litteras mittit Romã Iohanni Papę, ſignificans ei de reſtitutione & honore Karoli, vt ille ſibi etiã ſub excõmunicationis interminatione mãdauerat, ſe pro viribus decertare. Rodulfus rex & Heribertus Comes iterum ad placitum iam infra quadrageſimã veniunt. Regina vxor Rodulfi Laudunum reliquit, & in Burgundiã redit. Heribert⁹ Comes Lauduno potitur, & exinde placitum cum Nordmãnis habuit, ipſéque & Hugo filius Rotberti amicitiam cum eis pepigerunt. Filius tamen Heriberti Odo, quem Rollo habebat obſidẽ, non redditur illi, donec ſe committit Karolo pater, cum aliis quibuſdã Frãcię comitibus & Epiſcopis. Tẽpeſtates variæ diuerſis locis effuſæ. Otgarius Ambianẽſium præſul, vir ſanctus & plenus dierum obiit, cuius vita vſque ad annos centum & amplius prolata refertur. Heribertus Comes quãdam munitionem filiorum Lotharij quã dicũt Moritaniam ſuper Scaldum fluuiũ vi cepit & diruit. Rotgarij Interea miſſus Heriberti comitis Roma reuertitur, nũcians Iohannẽ Papam à VVidone fratre Hugonis regis propter ſimultatem quandã inter illos exortã, recluſũ in carcerẽ. Odalricus Aquẽſis quidã Epiſcopus in

+ In ms. Rotgarij

Eccleſia Remenſi recipitur ab Heriberto Comite ad celebrandum Epiſcopale duntaxat miniſteriũ vice Hugonis ipſius Comitis filij adhuc paruuli, conceditúrque ipſi Odalrico abbatia tantum ſancti Timothei cum præbenda canonica. Heinricus * Germanicus princeps cum multitudine Germanorum Renum trãſiit, & ſupra Moſam veniens, obſidet quoddam caſtrum Boſonis comitis nomine Duroſoſtum, pro eo quod Boſo ad legem venire nolebat de quibuſdam abbatiis & terra Epiſcopij quã poteſtatis auctoritate ceperat, & pertinaciter Heinrici præcepta ſpernens, detinebat: mittenſque ad Boſonem, pacem ſpondet ſi ad ſe veniat. Qui acceptis obſidibus pacto ſecuritatis ab Heinrico, venit ad eũ, eíque fidelitatem & pacem regno, iuramento promittit, terram quam vt ceperat reddit, data ſibi alia, recompenſationis gratia: pacatúrque tam ipſe quam Ragenarius cum Giſleberto & cæteris Lotharięſibus. Hugo & Heribertus ad Heinricum colloquij cauſa proficiſcũtur: indeque reuertẽtes obuiam pergunt regi Rodulfo, rurſúſque Heribertus ſe illi committit, iterum redacto ſub cuſtodia Karolo. Deinde cum Rodulfo proficiſcitur in Burgundiam ob-

* D. Germaniæ

uiam Hugoni Italiæ regi. Vindemiæ pene peraguntur infra menſem Auguſtum. Hugo Rex habens colloquium cum Rodulfo, dedit Heriberto comiti Prouinciam * Viēnenſem vice filij ſui Odonis. Benno Metenſis Epiſcopus inſidiis appetitus, euiratus luminibuſq; priuatus eſt. Rodulfus Rex Remis veniens pacem facit cum Karolo, reddens ei Atiniacum, muneribúſque honorans illum. M. Vienſem

ANNO DCCCCXXVIIII. Heribertus & Hugo comites contra Boſonem Rodulfi Regis fratrem proficiſcuntur propter quoſdam Rothildis alodes nuper defūctæ, quos à Boſone peruaſos repetebat Hugo gener ipſius Rothildis. At Heribertus Comes Victoriacum Boſonis caſtellum cœpit, & poſt hæc inducias dant Boſoni vſque ad finem Maij mēſis. Boſo ad Heinricum profectus, pacem publicè iurare compellitur. Deroldus medicus Epiſcopatum Ambianenſem adipiſcitur, Albero Metenſem, Bennoni quadam Abbatia ſuſtentationis tenore conceſſa. Heribertus & Hugo Monaſteriolum caſtellum Herluini filij Hilgaudi comitis obſident, tandémque acceptis obſidibus reuertuntur. Iohānes Papa dum à quadam potenti femina cognomine Ma-

rocia, principatu priuatus ſub cuſtodia detineretur, vt quidam, vi, vt plures aſtruunt, actus angore defungitur. Karolus quoque apud * Peronā obiit. Simultas inter Hugonem & Heribertum comites exoritur recepto Herluino ab Hugone cum terra ſua, & Hilduino qui erat Hugonis, ab Heriberto. Viȩ Alpium à Sarracenis obſeſſæ, à quibus multi Romam proficiſci volentes, impediti reuertuntur.

* D. Parrochiam

ANNO DCCCCXXX. Rodulfus Rex Nordmannos de Ligeri qui Aquitaniam deprædationib. infeſtabant, in pago Lemouicino vno prælio penè deleuit, & Aquitanos ſibi ſubditos fecit. Heribertus Arnoldum qui erat Hugonis, recepit. Diuerſi motus agitantur bellorum per Franciam inter Hugonem & Heribertum. Rodulfus Rex in Franciam veniens, pacem inter eos atque Boſonem multo labore per diuerſa placita componit, & Heribertus Victoriacum Boſoni reddit. Adelelmo Laudunenſium prȩſule defuncto Gozbertus nepos eius Epiſcopium adipiſcitur. Heribertus Anſellum Boſonis Vaſſallum qui Victoriacum tenebat, cum ipſo caſtello recipit, & Codiciacum illi cum alia terra concedit. Rodulfo rege in Burgundiam regreſſo, Lo-

thariēſes in Franciam cum Giſleberto obuiam veniunt Hugoni, & oppidum quoddam nomine Duagium quod Arnoldus tenebat, adactum obſidione capiunt. Doua

Interea homines Boſonis Victoriacum proditione recipiunt, & Moſomum fraude peruadunt. Boſo relictis quibuſdam fidelibus ſuis ad cuſtodiam Moſomi, proficiſcitur ad obſidionem caſtri præmemorati. At Heribertus à quibuſdam Moſomenſibus euocatus ſuperuenit inſperatus, tranſmiſſâque Moſa vadis inopinatis, & intrans oppidum, porta latenter à caſtellanis aperta, vaſallos Boſonis qui ibi relicti ad munimen loci fuerant, omnes capit. Remis infra & circa Eccleſiam ſanctæ Mariæ lumen magnum ab Aquilonari & Orientali parte, paulo ante initium diei apparuit.

ANNO DCCCCXXXI. Rodulfus Viennẽm profectus * Karolo Conſtantino Lugdouici Orbis filio, qui eã tenebat, ſubiectionẽ pollicitãte, reuertitur & Turonũ ad ſanctũ Martinũ orationis gratia proficiſcitur. Lotharienſes interea Duagium capiũt, & Hugo illud Rotgario filio Rotgarij concedit. Heribertus vero caſtrum ſancti Quintini, Arnoldo pro eo reddidit. Græci Saracenos per mare inſequentes in Fraxinidum

*D. Karlo Cõſt. Lucdouuici orbi*

ſaltum, vbi erat refugium ipſorum, & vnde egredientes Italiam ſedulis prædabantur incurſibus, Alpibus etiam occupatis celeri Deo propitio internicione proterunt quidam cum Alpibus reddentes Italiam. Die purificationis beatæ Dei genitricis Mariæ Remis in Eccleſia ipſius quidam canonicorum famulus cuſtos Eccleſiæ ſancti Dionyſij & ſancti Tedulfi ſubito perculſus, contractus obriguit, neruis tam manuum quam baſium, ruentique ſibi pauimenti os viſum eſt adhæſiſſe lapidi. Quo paulo poſt reſoluto tam manibus quã cruribus rigore conſtrictis, defertur immobilis, atque poſt quinta die Dominica manus ei reſoluuntur ad miſſam, & crura ſimiliter ad miſſam quintadecima. Cui res ſimilis die circumſionis Domini ante quinque annos in eadem acciderat Eccleſia, & reſolutus ibidem poſt triginta dies in ipſa purificationis fuerat ſolemnitate. Robertus * Epiſcopus Turonẽſis Eccleſiæ Roma remeans ſub Alpibus noctu infra tentoria cum comitantibus ſecum interimitur à latronibus. Giſlebertus filius Manaſſe à rege Rodulfo deſciuit propter Aualonem caſtrum, quod ab eo Emma regina abſtulerat, ſimúlque recedit Richar-

*D. Archiepiſcopus*

dus filius VVarnerij ob eandem rationem. Item inter Giſlebertum Lotharienſem & Boſonem ſimultas exoritur, pacato Boſone cum Heriberto, caſtrúmque Boſonis Durofoſtum à Giſleberto capitur: Itemque ſub ipſis diebus Moritania municio filiorum Rotgarij ab Arnulfo filio Balduini. & Heribertus amicitiam Giſleberti Lodharienſis accipit. Boſo relicto Heinrico ad Rodulfum regem vadit, indéque rediẽs * Catalaunicum caſtrum vi cæpit, exuſſit atque ſubuertit ob inimicitias Bouonis Epiſcopi, cuius homines quoſdam Boſonis membris truncauerant. Rodulfus Rex in Franciam reuertitur, & Heriberto comite ab illo deficiente Rex iuncto ſibi Hugone * caſtellum Heriberti Donineum nomine capit ac diruit, deinde Atrabatem obſidet. Heribertus comes adiunctis ſibi per Giſlebertum ducem Lotharienſibus, contra regem vadit, pactíſque induciis vſque Kal. Octobris vtrinque diſceditur. Interim quidam fidelium Heriberti Remenſi ex vrbe profecti quoddam Hugonis caſtrum ſuper Vidulam nomine Brainã, quod ipſe Hugo ab Epiſcopo Rotomagenſi tulerat, capiunt atque ſubuertũt. Rodulfus Rex litteras Remis mittit ad clerum & populum

D. Catalaucum

D. caſtrũ Doinincũ

pro agenda electione præſulis: ad quæ illi reſpondent ſe id agere non poſſe ſaluo ſuo electo, & electione manente quam fecerant. Heribertus Comes ad Heinricum proficiſcitur eique ſeſe committit, & exercitus regis atque Hugonis Laudunenſem & Remenſem pagum deprædantur. Rodulfus Rex pergens ad Atiniacum, Hugonem ad Heinricum mittit, à quo Heinricus acceptis obſidibus, & pacta ſecuritate trans Renum recedit. Interea Brittones qui remanſerant Nordmannis in Cornu Galliæ ſubditi, conſurgentes aduerſus eos qui ſe obtinuerant, in ipſis ſolemniis ſancti Michaelis omnes interemiſſe dicuntur qui inter eos morabantur Nordmannos, cæſo primum duce illorum nomine Felecan. Rodulfus Rex cum Hugone & Boſone, cæteriſque ſuis, Remorum obſident vrbem, quam tertia tandem ebdomada poſt obſidionem, aperientibus ſibi eis qui erant in ciuitate, ingreſſus, ordinari facit ibi præſulem * Artaldum monachum ex cœnobio ſancti Remigij, qui iampridem, ipſo tamen anno, reliquerat Heribertum & tranſierat ad Hugonem. Bouonem quoq; Catalaunenſem Epiſcopum

*D. Artoldum*

pum qui a ſe deſciuerat cum Heriberto, Rex capiens tradit cuſtodiendum Hugoni, & ipſius Epiſcopatum Miloni clerico * tradidit. Sicque pergẽs Laudunum, obſidet inibi Heribertum qui ibidem ſeſe concluſerat cum ſuis: Nec diu perſiſtẽs locum petit egrediendi, datóque ſibi ſpacio, recedit dimiſſa vxore ſua in arce quam infra Laudunum ipſe conſtruxerat. Ad quam poſtea capiendam maioris laboris & moræ opus regi fuit: qua vix tandem potitus in Burgundiam reuertitur, Aquitanis diſcordantibus obuiam proficiſcens. Incon Nordmannus qui morabatur in Ligeri, cum ſuis Brittanniam peruadit, victíſque & cæſis vel eiectis Brittonibus regione potitur. D. tribuit.

Anno DCCCCXXXII. Rex Rodulfus in Burgundiam reuerſus quædam caſtella Giſleberti & Richardi qui a ſe deſciuerat, receptat. Airardus Nouiomenſis Epiſcopus defungitur, & quidam clericus eius vrbis, qui fieri cupiebat Epiſcopus, Adelelmum comitem noctu in ciuitatem latenter muro conſcenſo recipit, à quo mane loci milites vrbe propulſi, collecta ſecum nõnulla ſuburbanorum manu, ciuitatem ag-

grediuntur, annitētibúſque qui infra muros remanſerant, ciuibus, quidam exuſta porta, quidam per Eccleſiæ feneſtram ingrediuntur. Adelelmus in Eccleſiam confugiēs ſecus altare cum quibuſdam qui ſecum introierant, interemptus eſt, & ciues vrbē recipiunt. Heribertus Comes † Hamme caſtro recepto Hebrardum fratrē Herlúini qui illud tenebat, capit. Rodulfus Rex cum Hugone locutus Bouonem Epiſcopum in gratiam recipit, eique ſuum, Catalaunenſe ſcilicet Epiſcopum reddit. VValbertus Corbeienſis Abbas Nouiomenſibus ordinatur Epiſcopus. Rodulfus Rex Giſleberto recepto, à Burgundia reuertitur in Frāciam, ibíque Abbatia ſancti Medardi, quam Heribertus tenebat, potitus, regreditur in Burgundiam. Hugo Ambianenſem cum quibuſdam Epiſcopis Franciæ obſidens ciuitatem quam tenebant fideles Heriberti, crebróque quatiens bello, ſumptis tandem relinquit obſidibus, & obſidione caſtrum circūdat ſancti Quintini. Milo qui Catalaunenſe deprædabatur Epiſcopium, excommunicatur ab Artaldo Archiepiſcopo, cæteríſque Remenſis dioceſeos Epiſcopis. Hugo caſtellum ſancti Quintini poſtquam duobus

† D. Hammo

menſibus obſederat, oppidanorum tandem deditione capit. In craſtinum poſtquam illud ingreſſus eſt, vnus contractus in Eccleſia ipſa erigitur. Ragemundus & Ermingaudus † principes Gothiæ regi ſe Rodulfo committunt. Lupus quoque † Acinarius Vaſco qui equum ferebatur habere annorum pluſquam centum, adhuc tamen validiſſimum. Giſlebertus cum Lotharienſibus inuitante ſe Hugone Peronam obſidet, vbi congreſſione frequenti plures occiduntur Lotharienſes, reliqui munitionem capere non valentes recedunt, locuto prius Giſleberto duce cum rege Rodulfo, mediante Hugone. Rodulfus Rex cum Hugone Hamum caſtellum Heriberti obſidet, acceptíſque obſidibus ita relinquit. Gozberto Laudunenſium præſule defuncto, Ingrannus decanus monaſterij ſancti Medardi Epiſcopus Lauduni ordinatur. Boſo frater regis & Bernuinus Epiſcopus Virdunenſis incendiis inter ſe deprædationibúſque bacchantur. Heribertus trans Renum ad Heinricum proficiſcitur.

*M. princeps*

*D. Lacinarius*

ANNO DCCCCXXXIII. miſſi Remenſis Eccleſiæ Giſo & Almalricus Roma redeuntes pallium Artaldo præſuli deferunt,

nunciántque Iohãnem Papam filium Mariæ, quæ & Marocia dicitur, ſub cuſtodia detineri à fratre ſuo nomine Albrico, qui matrem quoque ſuam Marociam clauſam ſeruabat, & Romam contra Hugonem regem tenebat. Hungari ſe in tres partes diuidunt, quorum pars vna Italiam petit, alia terram Heinrici trans Renum inuadit: contra quos profectus Heinricus cum Baioariis & Saxonibus cæteríſque quibuſdam ſibi ſubiectis omnibus omnes vſque ad internicionem ſternit, quorum triginta ſex milia cæſa referuntur, præter eos quos abſorbuit fluuius & qui viui capti ſunt. * Ricarius Epiſcopus Tungrenſis quoddam caſtellum Bernardi Comitis quod ipſe Bernardus apud * Archeias in pago Porcinſe conſtruxerat, euertit, eo quod ſuæ in Eccleſiæ terra ſitum eſſet. Vienna Rodulfo Regi, tradentibus eam his qui eam tenebant, deditur. VVillelmus princeps Nordmannorum eidem regi ſe committit: Cui etiam Rex dat terram Brittonum in ora maritima ſitam. Rodulfus Rex munitionem Heriberti quæ dicitur caſtellum Teoderici, obſidet ebdomadas ſex. Poſtea VVallo qui cuſtodiebat illud, reginę Emmæ ſe committit: eiuſ-

*D. Richirius*

*D. Harceias*

démque fidei vel prouiſioni caſtrum dimittitur. VValdricus Epiſcopus Autiſiodorẽſis obiit, & VVidolus Archidiaconus Epiſcopiũ adipiſcitur. Synodus inter obſidendum prædictum præſidium celebratur, congregatis nonnullis Franciæ vel Burgundiæ præſulibus: Cui præſederunt Donnus Artaldus antiſtes Remorum, & domnus Teudolus Turonenſis Epiſcopus. Tunc quoque domnus Artaldus Hildegarium ordinauit Epiſcopum vrbis Beluacenſis. Odo filius Heriberti Hammum præſidium tenens, pagum Sueſſionicum atque Nouiomenſem prædis incendiiſque proterit. Heribertus pater eius ad ſanctum Quintinum clam veniens, tertia die poſtquam venit, caſtrum pugnando cepit, oppidanis non repugnantibus, ſolis tantum cuſtodibus Hugonis obnitentibus; Quos capiens Heribertus, accepto ab eis ſacramẽto, dimiſit ibi relictis etiã ex ſuis ad oppidi tutelã complicibus. Quod audiẽs Hugo, mox adueniens caſtrũ recepit, & quendã nobilem clericũ nomine Treduinũ ab Heriberto ibi dimiſſũ apprehẽdens ſuſpẽdio necat cum quibuſdam aliis: nonnullis verò aliis membra diuerſa decidit, indéq; proficiſcens cũ domno Artaldo Epiſcopo,

D. VVido euſdẽ loco

munitionem nomine Raugam, tradentibus eam Heriberti cuſtodibus, ſine difficultate capit. Hugo rex Italiæ Romam obſidet, & Sarraceni meatus Alpium occupant atque vicina quæque loca deprædantur. Artaldus Archiepiſcopus Fulbertum vrbi Camaracenſi præſulem ordinat. Heribertus caſtrum Theoderici ſuper Maternam fluuium poſitum, tradentibus illud ſibi quibuſdam quos ibi ad cuſtodiam VValo reliquerat, recipit, diſpoſitiſq; recedit cuſtodibus. Quod audiẽs Hugo idem caſtrum quantocyus obſidere procurat.

Anno DCCCCXXXIIII. obſidentibus prænotatam munitionem rege Rodulfo, & Hugone comite, quarto tandem menſe, aſcendente noctu muros cuſtodibus dormientibus VValone cum ſuis, pars oppidi capitur: arx tamen tutior ab Heriberti fidelibus retinetur. At regis militibus inſiſtentibus non multo poſt obſides dedunt, & ab obſidione diſceditur. Remis in Eccleſia beatæ genitricis Mariæ ſollemnitate Adnunciationis Domini, dũ ſacrarum miſſarum ab Artaldo præſule inibi celebrarentur, quidam iuuenis contractis poplitum neruis repere ſolitus, re-

pente reſolutis extendentibuſque genuum crurúmque compagibus, aſſurgit, retemptatóque greſſu iam diu oblita recepit veſtigia. Item in Eccleſia ſancti Hylarij ante portam Martis cæcus quidam nomine Paulus illuminatur, admonitus prius in ſomnis vt ad ipſum locum veniret, ibíque lumen recipere deberet. Rex iterum cum Hugone neglectis ab Heriberto quos ſui dederant, obſidibus omiſſam repetit † obſidionem. Heinricus Giſlebertum & Eubrardum cum Epiſcopis regni Lotharienſis ad Rodulfum regem pro Heriberto dirigit, redditóque regi caſtello Theoderici, Hammus atque Perrona Heriberto conceduntur vſque Kal. Octobris. Arnulfus de Flandris filiam Heriberti olim ſibi iuramentis alterutro datis depactam ſumit vxorem. Heribertus per Veromandenſem pagum meſſes eorum qui ſe reliquerãt, vel quibus Hugo ipſam terram dederat, colligens Barronam deduci facit. Igneæ Remis in cęlo acies viſę ſunt diſcurrere, & quaſi ſerpens igneus, & quędam iacula ferri pridie Idus Octobris mane ante lucis exortũ. Mox ſubſecuta eſt peſtis diuerſis afficiens humana corpora morbis. Diaconus quidam Viridunenſis nomine

† M. munitionem

Adelmarus languore depreſſus, ſpiritum viſus eſt amiſiſſe: ſed antequam feretro imponeretur reuerſus, ita ſurrexit validus vt ſibi nihil videretur ægritudinis fuiſſe perpeſſus. qui ſe diuerſa ſuppliciorũ vel refrigerij loca vidiſſe teſtatur, ſéque ipſũ loco pœnali deputatum, Dei verò genitricis precibus, beato quoque Martino intercedente, ad agendam pœnitentiam præſenti vitæ redditum. Giſlebertus cum Lotharienſibus in Franciam, Heriberto venit auxilio velut oppidum ſancti Quintini obſeſſurus. Sed antequam ad illud perueniret, miſſi Hugonis ei veniẽtes obuiam pacem inter Hugonem & Heribertum, dato vtrimque iureiurãdo, vſque ad Maium menſem pepigerunt, & Lotharienſes regrediuntur ad ſua. Religio regulæ monachorum in quibuſdam monaſteriis per regnum Lotharienſe reparatur. & Emma regina defungitur.

ANNO DCCCCXXXV. Rodulfus Rex quoddam caſtrum Gosfridi vocabulo Viriliacum, quod contra eum quidam Aquitanorum tenebant, obſidens cæpit & Goſfrido reddidit, indéque in Franciam remeauit & Gosfridum trans Renũ ad Heinricum direxit. Hoc rege Lauduni degente

tumultus ipſo die ſancto Paſchæ inter regios & Epiſcopi milites exoritur, vbi nonnulli non modo laici, ſed etiam clerici quidam vulnerati vel interempti ſunt. Vnde Rex Sueſſionis placitum cum regni primatibus habuit. Deinde locutus cum miſſis H.inrici, ad eius properat colloquium: vbi etiam Rodulfus rex Iurenſis interfuit, pactáque inter ipſos amicitia etiã Heribertũ cum Hugone pacarunt, redditis quibuſdã ſuis eidẽ Heriberto poſſeſſionibus. Sed & Heinricus Boſone recepto, terram quam prius habuerat ei ex magna parte reſtituit. Hungari per Burgundiam diffunduntur, prædiſque, incendiis ac cędibus, non tamẽ diu, debacchati, cõperto Rodulfi regis aduẽtu, in Italiam tranſmeant. Artaldus Archiepiſcopus VVifredum quendam monachum Taruuanenſi ordinat Eccleſiæ Præſulem. Rodulfus rex Diuionum caſtrũ quem Boſo Comes ceperat eiuſque complices retinebant, obſidet. Lodhariẽſes cũ quibuſdã Comitibus è Saxonia, Heriberti ſcilicet amicis, quaſi ad colloquiũ Hugonis cum multo exercitu veniunt. Sed quia Hugo caſtellum ſancti Quintini Heriberto renuit reddere, ipſam munitionem obſident, bellóque preſſam tutãtium tandem reddi-

tione recipiunt atque ſubuertunt, parantéſque Laudunum obſidere, mandatu Rodulfi regis in propria reuertuntur. Interea Boſo frater Rodulfi regis in expeditione obſidionis caſtri ſancti Quintini moritur, & delatus ad ſanctum Remigium ſepelitur. Rodulfus Rex graui per totum autumnum decubat ęgritudine. Nordmanni qui pagum Bituricenſem deprædabantur, à Biturigenſibus & Turonenſibus bello aggreſſi perimuntur. Synodus ſeptem Epiſcoporum apud ſáctam Macram domno Artaldo Archiepiſcopo pręſidēte celebratur, in qua prædones & Eccleſiaſticarum rerum peruaſores ad correptionē venire vocantur.

Anno dccccxxxvi. Ingrannus Laudunenſis Eccleſiæ Epiſcopus obiit. Sub iiſdem fere diebus rex rodulfus defungitur, ſepelitúrque Senonis ad ſanctam Columbam, cuius Eccleſia, factione quorundam, paulo ante fuerat incenſa. Brittones à tráſmarinis regionibus Alſtani regis præſidio reuertentes terram ſuam repetunt. Hugo comes trans mare mittit pro accerſiendo ad apicem regni ſuſcipiendum Luduuico Karoli filio, quem rex Alſtanus auunculus ipſius, accepto prius iureiurando à Franco-

rum legatis, in Franciam cum quibuſdam Epiſcopis & aliis fidelibus ſuis dirigit:.cui Hugo & ceteri Francorum proceres obuiam profecti, mox nauim ingreſſo in ipſis littoreis harenis apud Bononiam ſeſecommittunt, vt erat vtrimque depactum, indeque ab ipſis Laudunum deductus, ac regali benedictione ditatus vngitur atque coronatur à domno Artaldo Archiepiſcopo præſentibus regni principibus cum Epiſcopis xx. & amplius. Epiſcopatus Laudunenſis datur Rodulfo eiuſdem loci presbytero à ciuibus concorditer electo, quique à domno Artaldo Epiſcopus cõſecratur. Rex & Hugo in Burgundiam pergunt & vrbem Lingonum quam Hugo frater regis Rodulfi ceperat, obſident, fugientibúſque his qui eam cuſtodire videbantur, ſine bello recipiunt, acceptíſque obſidibus ab Epiſcopis Burgundię vel primatibus Pariſius veniunt. Heinrico rege ſub iiſdem diebus obeunte, contentio de regno inter filios ipſius agitatur. Rerum tandem ſumma natu maiori nomine Ottóni obuenit. Luna quarta decima ſanguineo colore obducta pridie nonas Septembris noctem minime videbatur illuſtrare. Iohanne Papa fratre Albrici defuncto, Leo

quidam Dei ſeruus Romæ Papa conſtituitur. Hugo Italiæ Rex Romam niſus capere, afflicto ſuo exercitu fame & equorũ interitu, pacta tandem pace cum Albrico dans ei filiam ſuam coniugem, ab obſidione deſiſtit; repertiſque quibuſdam fratris ſui Boſonis contra ſe vt fertur inſidiis, eundem fratrem ſuum dolo capit atque in cuſtodia mittit. Sarraceni in Alamanniam prędatũ pergunt, & reuertẽtes multos Romam petentes interimunt. Hugo filius Roberti cum Hugone filio Richardi, diſpertita inter ſe Burgũdia, pacem facit. Adelelmus Siluanectenſium præſul obiit.

Anno dccccxxxvii. Siluanectenſium præſul ordinatur Bernuinus ex cœnobio ſancti Criſpini. VValiberto quoque Nouiomagenſium præſule defuncto ſuccedit Franſmarus monaſterij ſancti Vedaſti præpoſitus. Ludouuicus Rex ab Hugonis principis ſe procuratione ſeparãs, matrem ſuam Lauduni recipit. Hugo cum Heriberto pacatur. Heribertus caſtellum quod dicitur Theodorici, VValone ſibi aperiente, recipiens, ipſum VValonem, cũ iam ſuus eſſet effectus, in vincula coniicit. Cæli pars ardere viſa, & Hungarorum perſequutio ab eadem parte per Franciam inſecuta eſt, qua villæ & agri depopulati, domus baſilicæque

conflagratæ, captiuorum abducta multitudo. nonnullas tamen Eccleſias ignibus applicitis non valuere ſuccendere. Eccleſiam ſanctæ Macræ duabus etiam ſegetum metis quæ parietibus pene ipſius adhærebant, exuſtis, accendere nequiuerunt. In Eccleſiam beati Baſoli cum quidam Hungarorum aſcendere ſuper altare nitens aræ manum applicuiſſet, ipſa manus eius altaris adhęſit lapidibus, nec omnino quiuit auelli donec cæteris Hungaris aræ ſaxum circa ipſam manum incidentibus partem lapidis qu[illegible] manui eius inhęſerat, in admirationem omnium perferre coactus eſt ethnicus. Quidam presbyter de Bouonis curte (ſic enim villa vocatur eius Eccleſiæ) nomine † Adalgarius captus eſt ab eis, & abductus vſque in pagum Biturigenſem: qui cũ eſſet in vinculis & compedibus ferreis, noctu viſio cuidam concaptiuo apparuit, iuſſumque eſt vt diceret eidem presbytero, quatinus fugam caperet, vt ſe reſolutum videret, pariterque cum viſione catena ipſius reſerata eſt. At ille mortem metuens quam barbarus ipſi ſæpe minabatur ſi eum de fuga forte reprehendiſſet, catena ſibi pedes reuinciens, & ſeram quæ exilierat à compede requirens, iterum munire ſibi ſera ſtuduit vincula, non auſus euadere fuga.

D. Adalgaylu

Nocte altera iterum viſio præmemoratæ facta eſt captiuæ, quæ presbyterum ad ineundam fugam roboraret, iterúmque vincula ipſius reſoluta ſunt. Animatus ad id tunc tandem presbyter fugam petiit, & in palude quadam diebus aliquibus latens, vbi præteriſſe barbaros comperit, patriam tum demum repetiit. is nobis retulit quod viderit in hac captiuitate quendam Orbacenſis cœnobij monachum nomine Hucbaldum, quem frequẽter Ethnici trucidare voluerunt, nec carnem eius incidere potuerunt. Deum ergo eum eſſe dicebant. * Quidã, vt hic presbyter refert, nudum cũ vidit in medio poſitum & ſagittis vndique appetitum, nec ſummotenus ſaltem cute præciſa vulneratum. Reſiliebant enim ab eius corpore vt ab adamante, reliſæ ſagittæ, nec ſignum ictus vllum eius apparebat in cute. Sed & gladio cum omni conatu eum nudum ſe vidiſſe percuti dicit, ac nihilominus caro ipſius intemerata permanſit. Brittones ad ſua loca poſt diutinam regreſſi peregrinationem cum Nordmannis qui terram ipſorum contiguam ſibi peruaſerant, frequentibus dimicãt præliis, ſuperiores pluribus exiſtentes & loca peruaſa recipientes. Rodulfus Iurenſis ac

Ciſalpinæ Galliæ Rex obiit: cui filius paruus Conradus in regno ſuccedit. Abbo Sueſſorum præſul defungitur, & VVido filius Fulconis Andegauenſis ſancti Martini Turonenſis canonicus eius Epiſcopatu potitur.

ANNO DCCCCXXXVIII. Rex Ludouuicus quoddam caſtrum nomine Montiniacum quod quidam Serlus latrocinia exercens tenebat, vi cepit. Ipſum vero Serlum per deprecationem domni Artaldi Archiepiſcopi vita donauit & oppidum euertit. Heribertum per deprecationem Hugonis ad pacem recepit. Tuſciacum ſuper Moſam cum villis aliis ad ipſam pertinentibus, quas pater ipſius matri eius dotis iure dederat, quaſque † Rotgarius comes tenebat, ipſo reddente recepit, dum eas hoſtili manu repetiit. Inde reuertẽs Corbenacum caſtellũ quod pater eius ſancto Remigio tradiderat, quodque peruaſerat Heribertus, Rex ſibi à monachis commiſſum per vim recepit, & homines Heriberti qui erant in eo comprehenſos rogante domno Artaldo Archiepiſcopo, abire permiſit. D. Rotgerius

Hugo princeps filius Rotberti ſororem Ottonis regis tranſrenenſis filiam Henrici ducit vxorem. Ludouuicus Rex maritima

D. portũque loca petens, caſtrum quoddam * caſtrumque ſupra mare * quod dicunt Guiſum, reſtaurare niſus eſt: dumque cum Arnulfo moratur, homines Heriberti quoddam caſtrũ Remenſis Eccleſiæ quod vocant Cauſoſtem ſuper Maternam fluuium ab Artaldo præſule conſtructum, prodente VVitberto quodam capiunt, & * Ragebertum qui eidem caſtro prçerat ſecum abducunt, villaſque circumpoſitas crebris deprædantur infeſtationibus. Interea Ludouuicus Rex euocatus ab Artaldo Archiepiſcopo regreditur, ingreſſúſque Laudunum arcem nouam nuper ab Heriberto inibi ædificatam obſidet, multíſque machinis ſuffoſſo euerſoque muro, cum magno tandem capit labore. Inde ad colloquiũ proficiſcitur Hugonis fratris quondam Rodulfi regis, Odone filio Heriberti qui ſe illi nuper cõmiſerat, ad Lauduni tutelam relicto. Præmiſſus vero Hugo ad regem venit, & amicitiam ei ſacramento promittit. Giſlebertus cum Lotharienſibus Hugoni & Heriberto venit in adiutorium contra regem Ludouuicum, caſtrumque Petræpontem vi capiunt. Arnulfus comes & Heribertus inter regem Ludouuicum & Hugonem dilationem accipiunt, pacem ſacramento

quem

D. Regibertum

paciſcentes

paciſcentes vſque ad finem Ianuarij menſis. Nec mora, Loduuicus Rex conſilio * Hodouuini & Gerardi qùi dimiſerant Rodulfum Epiſcopum Laudunenſem & tranſierant ad Hugonem, res vel theſauros Lauduni repertos diripit atque diſperit. *D. Odoini*

ANNO DCCCCXXXVIIII. Ludouicus Rex Hugoni filio Richardi proficiſcitur obuiã. Cum quo de Burgundia reuertens, pergit contra Hugonem filium Roberti & VVillelmum Nordmannorum principem: qui quoniam villas nuper Arnulfi Comitis quaſdam prædis incendiiſque vaſtauerat, excommunicatur ab Epiſcopis qui erant cum rege ſimul cum * Heriberto, qui oppida quædam villaſque ſancti Remigij peruaſas pertinaciter detinebat. Hugo datis obſidibus pacẽ paciſcitur vſque Kal. Iun. Bernuinus Virduneñ Epiſcopus obiit. Lotharienſes Ottonem ſuum regem deſerunt & ad Ludouuicum regem veniunt, qui eos recipere diſtulit ob amicitiam quæ inter eos, legatis ipſius Ottonis & Arnulfo comite mediante, depacta erat. Caſtellum Herluini maritimũ quod vocatur Monaſteriolum, Comes Arnulfus tradente quodam proditore, cepit & vxorem ipſius Herluini trans mare cum filiis ad * Alſtannum *M. Heriũ* *D. Alſtanum*

regem mittit. Nec longum, collecta Nordmannorum non modica manu, Herluinus caſtrum pugnando recepit, & ex militibus Arnulfi quos intus inuenit, nonnullos interemit, quoſdam vero propter vxoré recipiendam reſeruauit. Lotharienſes iterum veniũt ad regem Ludouicum, & proceres ipſius regni, Giſlebertus ſcilicet dux & Otto, Iſaac atque Theodericus comites eidem ſe regi committunt. Epiſcopi vero quoniã rex Otho eorum ſecum detinebat obſidatum, Ludouico regi ſe committere differunt. Otto rex Reno tranſmiſſo, regnum Lotharienſe perluſtrat, & incendiis prædiſque plura loca deuaſtat. Anglorum claſſis ab Alſtano rege ſuo in auxilium Ludouici regis tranſmiſſa mari tranſito loca quæque Morinorum mari deprædatur cõtigua, nulloque negotio propter quod venerant, peracto, remenſo mari, propria repetunt loca. Otto rex colloquium habuit cum Hugone, & Heriberto, Arnulfo, & VVillelmo Nordmannorũ principe, & acceptis ab eis pacti ſacramentis trans Renũ regreditur. Rex interea Ludouicus Viridunenſem pagũ petit, vbi quidam regni Lotharienſis Epiſcopi ſui efficiuntur: Indeque in pagum proficiſcitur Eliſatiũ, locutuſque

cum Hugone Ciſalpino & quibuſdã ad ſe venientibus receptis Lotharienſibus, nonnullis quoque Ottonis regis fidelibus trãs Renum fugatis, Laudunum reuertitur, & Rodulfum Laudunẽſem Epiſcopũ proditione inſimulatum caſtro eiicit, ſed & homines ipſius rebus Epiſcopij priuat, & eaſdem res ſuis hominibus confert. Giſlebertus Dux Lothariẽſium trans Renum profectus prędatum, Saxonibus ſe dum reuertitur inſequentibus, in Renum fertur deſiluiſſe cũ equo; ibique vi enecatus vndarum poſtea reperiri non potuit, vt fertur. Quidã tamen ferũt quod à piſcatoribus ſit repertus & humatus, atque propter ſpoliorũ ipſius ornamenta celatus. Ludouicus rex in regnũ Lotharienſe regreſſus relictã Giſleberti Gerbergam ducit vxorem, Ottonis ſcilicet regis ſororem. Collecta diuerſorũ hominum quæ Romã petebat, à Saracenis peruaſa & interempta eſt. Brittones cum Nordmãnis confligẽtes victoria potiũtur, & quoddã Nordmannorũ caſtellũ cepiſſe feruntur. Quidam homines Arnulfi terram Herluini deprędãtes, ab eodem Herluino perempti ſunt. Otto rex in regnum Lotharienſe regrediẽs, pene cunctos ad ſe redire coëgit Lotharienſes. Hugo albus ad eius

proficiſcitur cum Heriberto colloquium, & reuertentes loca quædam fidelium Remenſis Eccleſiæ deprædantur incenduntque nonnulla. * autaria MZ. mat.

ANNO DCCCCXL. Berengarius Virduneñ. Epiſcopus cōſecratur ab Artaldo Remeñ Archiepiſcopo. REX Loduuicus abiit obuiā VVillelmo principi Nordmannorum, qui venit ad eum in pago Ambianenſi & ſe illi commiſit. At ille dedit ei terram quam pater eius Karolus Nordmannis conceſſerat, indeque contra Hugonē perrexit. quo ad ſe venire detrectante, reuertitur Laudunū. Dedit autem rex Artaldo * Epiſcopo ac per eum Eccleſiæ Remenſi per præceptionis regiæ paginam Remenſis vrbis monetam iure perpetuo poſſidendam. Sed & omnem comitatum Remenſem eidē contulit Eccleſiæ. Artaldus Epiſcopus Cauſoſtem munitionem obſidet, quam quinto tandem die Ludouico rege illuc veniente, hi qui erant intus reddentes deſerunt, nec longum, ſubuerſa funditus ab his qui recepere, diſſipatur. Miſſi Hugonis ad regem veniunt, & de pace cum eis REX inter Artaldum præſulem & Heribertum laborare ſtudet. Deinde ad caſtrum quoddā quod Heriueus nepos Heriuei quondam Ar-

*D. Archiepiſcopo*

chiepiſcopi ſuper fluuium Maternam tenebat, vnde & villas Epiſcopij Remenſis circunquaque poſitas deprædabatur, proficiſcitur cum Artaldo Epiſcopo. Nec mora, acceptis obſidibus, ab ipſo Heriueo, reuertitur Remis, pergẽſque in craſtinum ad ſanctum Remigium, ſeſe ipſius ſancti committit interceſſionibus, promittens vadibus libram argenti ſe daturum annis ſingulis. Monachis quoque eiuſdem loci pręceptum de eodẽ caſtello dedit immunitatis. Hugo princeps filius Rotberti iunctis ſibi quibuſdam Epiſcopis tã Frãciæ quam Burgundiæ, cum Heriberto Comite & VVillelmo Nordmannorum principe, Remenſem obſidet vrbem. Sexta obſidionis die deſerẽte omni pene militari manu Artaldum * Epiſcopum & ad Heribertũ trãſeunte, idem comes Heribertus ingreditur. Artaldus præſul ad ſanctum Remigium euocatione procerum & Epiſcoporum profectus, perſuaſus eſt vel conterritus à principibus, Epiſcopij ſe procuratione vel poteſtate abdicare: conceſſaque ſibi abbatia ſancti Baſoli & Aluennaco monaſterio ad ſanctum Baſolum * commoratus abſceſſit. Hugo & Heribertus locuti cum quibuſdam Lotharięſibus ad obſidionẽ Lauduni

*D. Archiepiſcopum*

*D. cõmoraturus*

proficiſcuntur cum VVillelmo, relicto Remis Hugone diacono Heriberti filio iampridem ad Epiſcopatum ipſius vrbis * euocato. Ludouicus rex poſt ſex vel ſeptem ebdomadas à Burgundia rediens, aſſumpto ſecum Artaldo Archiepiſcopo cum propinquis ipſius pariter cum eo comitantibus. quorum beneficia Heribertus comes abſtulerat, in Remenſem venit Cãpaniam, tranſitoque fluuio Axona, Laudunum contendit. Quo comperto, Hugo & Heribertus relicta obſidione Lauduni, noctu ad munitionem Petræpontem deproperant, indeque Ottoni regi obuiam proficiſcuntur: cui coniuncti, ad Atiniacum eum perducunt, ibique cum Rotgario comite ipſi * Odoni ſeſe committunt. Ludouicus rex ingreſſus Laudunũ, victus ſuis prouidet neceſſariis, ſique cum Hugone nigro & VVillelmo Pictauenſi Burgundiam repetit. Otto rex Heinrico fratri ſuo regnum Lotharienſe committit, tumque cum diuerſarum gentium quas ſecum abduxerat, multitudine, poſt Ludouicum in Burgundiam proficiſcitur, habens ſecum Conradum filium Rodulfi regis Iurenſis, quẽ iamdudũ dolo captum ſibique adductum retinebat: caſtraque metatus ſuper

D. electo

D. Othoni

Sequanā, obſides ab Hugone nigro accepit, cū iuramento ne eſſet nocumento Hugoni vel Heriberto, qui ſe ſubdiderant eidē * Oddoni. Quo facto reuertitur ad ſua. D. Otho n
Hugo filius Heriberti Remis à VVidone Sueſſionico præſide presbyter ordinatur. Ludouicus rex Laudunum redit. Ego denique diſponēs orationis gratia ſepulchrū ſancti Martini viſere, retentus ſum ab Heriberto comite, clam me quibuſdam accuſantibus apud eum, quod ſui cauſa nocumēti vel filij ſui vellem proficiſci, fecitque me ſub cuſtodia detineri, ablatis à me rebus quas de Epiſcopatu tenebam cum Eccleſia quam regebam in Culmiſciaco: ſicque plenis quinque menſibus ſū detentus. Rex Ludouicus Petræ pontem munitionē bello aggreſſus eſt, & obſides accipiens receſſit ab ea. Deinde in regnum Lotharienſe cum Artaldo * Epiſcopo & aliis fidelibus ſuis profectus eſt. Otto quoque rex Reno tranſito aduerſus eum venit, ſed ab eorū fidelibus inter eos induciæ determinatæ ſunt. Puella quædam virgo paupercula de villa quæ dicitur Lauenna nomine Flothildis, viſiones ſanctorū manifeſte vigilanſque & in ſpiritu videre aſſeuerat, ac quædam futura prædicebat. Quæ poſt ſe-

D. Archiepiſcopo

quẽtem annum in ipſa natalis domini nocte deceſſit. Hoc anno acies diuerſorũ colorum in cælo viſæ ſunt menſe Decembri nocte Dominica. Collecta tranſmarinorum ſed & Gallorum quæ Romã petẽbat, reuertitur, occciſis eorum nonnullis à Saracenis, nec potuit Alpes tranſire propter Saracenos, qui vicum monaſterij ſancti Mauricij occupauerant.

ANNO nongẽteſimo quadrageſimo primo Gerlandus Senonẽſis Archiepiſcopus vrbe ſua depellitur à Frotmũdo, quẽ Hugo * abbas eidem ciuitati præfecerat, culpato Gerlando quod VValoni fauerit homini Heriberti comitis, qui Frotmundum vel ſuos à præfata expulerat vrbe. Heribertus comes Synodum conuocauit ad determinandam controuerſiam inter filium ipſius & Hugonem & Artaldum Archiepiſcopum: Sed impediente Hugone atque ſatagente ne forte ad fidelitatem & auxilium Ludouici regis congregarentur, omiſere conuentum. Rex Ludouicus Burgundiam petens, comperit Rotgarium comitem prope ſe forte metatũ, quem aggreſſus comprehendit cum his qui cum eo erant ſuper fluuium Maternam, ſecumque in Burgũdiam duxit. Hugo & Heribertus

D. albus

comites, Epiſcopos conuocant Remenſis dioceſeos: Qui cõuenientes apud Sueſſionem in Eccleſia ſanctorũ Criſpini & Criſpiniani, tractant de ſtatu Remenſis Epiſcopij, definiuntque conquerentibus clericis atque nobilibus laicis diu paſtore ſedẽ ipſam vacare, vt quoniã Artaldus Epiſcopus iurauerat quod nunquam ſe de ipſo Epiſcopatu intromitteret, ad ipſius gubernationem reuerti non deberet. Hugo vero filius Heriberti comitis, qui prius ad ipſum Epiſcopatũ fuerat euocatus clero populoque petẽte, ordinaretur Epiſcopus. ibique me Hugo primũ de exilio iuſſu ſuo euocat. Indeque Remos adeuntes Epiſcopi eundem præſulem electum conſecrant apud ſanctum Remigium. Rotgarius Comes datis obſidibus dimittitur à rege Ludouico, Duagium caſtellum reddens Arnoldo. Monaſterium ſancti Theoderici diuinis illuſtratur miraculis. Crux maior Eccleſiæ Remenſis auro cooperta gemmiſque precioſis ornata ab eadem furtim aufertur Eccleſia. Canonici montis Falconis oppreſſione Virdunenſis Epiſcopi prægrauati, deſerentes cœnobium ſuum corpus ſancti Balderici patroni ſui deferunt Remis. Ludouicus rex Burgundiam petens,

Rotgarium comitem cum Hugone nigro ac Giſleberto pacificauit: indeque Laudunum remeans Arnoldum cum Landrico fratre ipſius eodem caſtro, proditionis inſimulatos expulit, & * Rotgario Laudunenſem Comitatum dedit. compertoque quod Hugo albus ab obſidēdum Laudunum properaret, Burgūdiæ partes cum Artaldo Epiſcopo & Rotgario comite repetit. Quo circa * Victuriacū caſtrum deuerſante, Hugo & Heribertus Laudunum obſident. Sumptis autem ſecum Rex quos vndecumque colligere potuit, in pagum Porcenſem venit. Quo audito Hugo & Heribertus, ſcilicet quod Rex eis appropinquaret, obſidione relicta properant cōtra, & inſperatum regis inuadentes exercitum nonnullos ſternunt, reliquos in fugam vertunt. Rex ipſe cum paucis eductus à ſuis, & eximere ſe bello coactus, vix euaſit, Artaldo Epiſcopo & comite Rotgario comitantibus ſecum. Artaldus Epiſcopus perditis rebus quas ibi habuerat, ad Hugonem & Heribertum acceſſit, & datis ſacramentis prout ab eo quæſierunt, redditiſque ſibi abbatiis Sancti Baſoli & Auennaco, cum villa Vindeniſſa, & pacta pace cum Hugone præſule, ad ſanctum Baſolum illic

D. Rotgero

D. Vitriacum

habiturus deuenit. Hugo & Heribert⁹ obſidionē Lauduni relinquunt. Ludouico regi filius naſcitur, & præmiſſi comites cū VVillelmo locuti, mox Lauduni repetūt obſidionē, proditionē caſtri ſibi fieri rati, nulloque quod arbitrati fuerant, patrato negotio reuertuntur in ſua. Ludouicus Rex à Karlo Conſtantino in Vienna recipitur, & Aquitani ad eū veniunt, illumq; ſuſcipiūt. Hugo & Heribertus, VVillelmus & Arnulfus ſimul loquuntur, & Heribertus inde ad Ottonē ad regem trās Renū proficiſcitur.

ANNO nongenteſimo quadrageſimo ſecūdo Ludouicus Rex firmatis ſibi Aquitanis Laudunum reuertitur, nec diu moratus, non obtenta pace in Burgundiam reuertitur. Legatus Stephani Papæ nomine Damaſus, Epiſcopus Romæ ob hanc legationem peragendam ordinatus, in Franciā venit, afferens litteras Apoſtolicæ ſedis ad principes regni cūctoſque Francię vel Burgūdiæ habitatores, vt recipiant regē ſuum Ludouicū. Quod ſi neglexerint, & eū amplius hoſtili gladio perſecuti fuerint, excōmunicationis depromēs interminationē. Pro qua re colloquētes Epiſcopi Remēſis dioceſeos cum Heriberto Comite, deprecati ſunt eum vt intercederet apud Hugo-

nē principem pro receptione regis. Proditores quidā Remis reperti & interfecti ſūt: quidā rebus Eccleſiæ priuati, ab vrbe depellūtur. Legati Remenſis Eccleſiæ Roma regreſſi palliū deferunt Hugoni Epiſcopo ab Stephano Papa tranſmiſſum: cū quibus pariter & legatio venit principibus regni vt Loduuicū regē recipiant, & ſic legatos ſuos Romam dirigant: Quod ſi vſque ad natiuitatē domini facere non procurauerint, excommunicandos tunc fore ſe nouerint. Domnus Odo Abbas pro pace agenda inter Hugonem regem Italiæ & Albricū Romanum patricium apud eundem regem laborabat. Idem vero rex Hugo Saracenos de Fraxinido eorum munitione diſperdere conabatur. Rotgarius comes apud VVillelmum Nordmannorum principem functus legatione pro Ludouico rege, ibidem defunctus eſt. VVillelmus regem Ludouicum regaliter in Rodomo ſuſcepit. Item VVillelmus Pictauēſis & Brittones cū ſuis principibus ad regē venerunt. Cū his ergo Rex ſuper Iſarā venit. Hugo verò & Heribertus cū Ottone duce Lotharienſium deſtructis pontibus & ablatis nauibus, cū his quoque quos habere poterāt, ex altera parte fluminis cōſederūt, & agitata inter eos per inter-

nuncios controuerſia, tandem dantur induciæ à medio Septembri vſque ad mediũ Nouẽbris, & obſides accipiũtur vtrimque: à rege quidem, filius Heriberti minor, qui etiam Rex tam ipſe quam VVillelmus, ſed & Hugo mittunt obſides Ottoni regi per Ottonẽ ducẽ. Fames magna per totam Franciam & Burgundiam, mortalitas quoque maxima boum graſſata eſt in tantũ, vt valde pauca huiuſmodi animalia in his remanſerint terris. Lodhuuicus Rex Ottoni regi obuiam proficiſcitur, & amicabiliter ſe mutuo ſuſcipientes amicitiam ſuã mutuo firmant cõditionibus: multumque de pace inter regẽ Ludouicum & Hugonem laborans Otto, Hugonem tandem ad eundem regẽ conuertit. Heribertus etiã pariter cum æquiuoco filio ſuo ipſius regis Ludouici efficitur. Reuertente rege Remẽſis dioceſeos Epiſcopi ad eum veniunt, & ipſe quoque Rodulfum Laudunenſem recepit, ac ſuum eidem reſtituit Epiſcopium. Domnus Odo venerabilis abbas, multorũ reſtaurator monaſteriorum, ſanctæque regulæ reparator, Turonis obiit, & ſepultus eſt apud ſanctum * Iulianum. *D. Martinum*

ANNO nongẽteſimo quadrageſimo tertio Arnulfus Comes VVillelmuſ Nordmã *m*

norum principē ad colloquium euocatum dolo perimi fecit. Rex Ludouicus filio ipſius VVillelmi natū de cōcubina * Brittanna terram Nordmannorum dedit, & quidam principes ipſius, ſe regi committunt: quidam verò Hugoni duci. Heribertus Comes obiit, quem ſepelierunt apud ſanctum Quintinum filij ſui. Et audientes Rodulfum filiū Rodulfi de * Gaugiaco quaſi ad inuadendam terram patris eorum aduenisse, aggreſſi eundem interemerūt. Quo audito Rex Ludouicus valde triſtis efficitur. Artaldus Epiſcopus relicto cœnobio ſancti Baſoli ad regem profectus eſt. At ille promittit ei ſe redditurum Remenſem Epiſcopatum. quique aſſumptis ſecum fratribus ſuis, & aliis qui abiecti fuerant ab Epiſcopatu Remenſi, Altmontem caſtrum occupat, cum quibus Rex Lodhuuicus etiam Moſomum agreſſus repellitur à fidelibus Hugonis Epiſcopi, quibuſdam ſuorum interemptis. Suburbanas tamen domos quaſdā ipſius caſtri ſuccendit, in quibus multum congeſtarum periit frugum. Hugo Dux Francorum crebras agit cum Nordmannis qui pagani aduenerant, vel ad paganiſmum reuertebantur, congreſſiones: à quibus peditū ipſius Chriſtiano-

D. Britannam

D. Gaugliaco

Vignierri. de gangiaco rine

rum multitudo interimitur. at ipſe nonnullis quoque Nordmannorum interfectis cæteriſque actis in fugã, * vrbem Ebroicas fauentibus ſibi qui tenebant illud Nordmannorum Chriſtianis, obtinet. Ludouicus Rodomum repetens, Turmodum Nordmannum qui ad Idolatriam gentilẽque ritum reuerſus, adhuc etiam filium VVillelmi alioſque cogebat, regique inſidiabatur ſimulque cum Setrico rege pagano, congreſſus cum eis interimit. Et Herluino Rodomum committens, reuertitur ad Compẽdiũ, vbi eum expectabat Hugo dux cum nepotibus ſuis Heriberti filiis, de quibus recipiendis frequens agitabatur intentio. Quorum Rex primum tunc Hugonem Epiſcopum mediatoribus Ottone duce Lotharienſiũ, & Adelberone præſule, Hugone quoque duce præcipue inſiſtẽte recepit, eo tenore vt abbatiæ quas * reliquerat ad regem profectus, Artaldo Epiſcopo reſtituerentur: aliud etiam Epiſcopium ipſi prouideretur: Fratribus quoque & propinquis eius honores quos ex Epiſcopatu Remenſi habuerant, redderentur. Poſtea cæteri quoque filij Heriberti Comitis recipiuntur à Rege. Item Ludouicus Rex Rodomo profectus

*D. caſtrũ Ebroas*

*D. dimiſerat*

D. Ebroas * Ebroicas ab Hugone duce recepit, & apud Pariſium depreſſus infirmitate pene tota decubuit ægrotus æſtate. Hugo præſul Amblidum cœpit caſtrum atque combuſſit, quod Rotbertus & Rodulfus fratres Remis expulſi detinebant. Vnde & deprędationes per Epiſcopium Remenſe faciebant. Herluinus cum Arnulfo congreſſus victoriaque potitus, eũ quoque qui VVillelmum Nordmãnorum principẽ interemerat, occidit, & *amputatas manus ipſius Rodomum tranſmiſit. Item præfatus Hugo Epiſcopus Almõtem munitionem obſidet, quam tenebat Dodo frater Artaldi Epiſcopi, tandemq́ue accepto paruulo ipſius filio obſide diſcedit, rege quoque mãdante. Hugo Dux filiam regis ex lauacro ſancto ſuſcepit, & rex ei ducatum Frãciæ delegauit, omnemque Burgundiam ipſius ditioni ſubiecit. Idem vero Hugo Arnulfum cum rege pacificauit, cui rex infenſus erat ob necem VVillelmi. Odo Rex quoſdam fideles Ludouici qui ſibi inſidiabantur comprehendit, & in cuſtodia miſit. Vnde inter ipſos reges exoritur ſcandalum.

D. amputatis manibus

ANNO nongenteſimo quadrageſimo quarto Ludouicus rex in Aquitaniã proficiſcitur

ciſcitur cum regina Gerberga, & locutus cum Ragimundo Gothorum principe ceteriſque proceribus Aquitanorum reuertitur in Franciam. Caſtrum quoddam vocabulo Montiniacum in pago Sueſſionico ſitum, quod erat ex Abbatia ſanctiCriſpini quam dudum * præceperat, reddentibus eam ſibi filiis Heriberti, & Ragenoldo dederat, proditione quorumdam oppidanorum fideles regis ceperunt, occiſo Andrea quodam qui illud tenebat ad fidelitatem filiorum Heriberti: Sed & proditore ab Andrea perempto. Ambianenſem quoque vrbem quam tenebat Odo filius Heriberti, fauente Deroldo Epiſcopo, & tradentibus ipſius Epiſcopi fidelibus, domeſtici regis recipiunt. Ex quibus rebus ita geſtis exoritur iterum diſcordia inter regem & filios Heriberti. Otto Dux Lotharienſium vita deceſſit. Hugo Dux Francorum pactum firmat cum Nordmannis, datis vtrimque & acceptis obſidibus, indeque profectionem parat cum filiis Heriberti obuiam profecturus Odoni regi in regnum Lotharij. Sed idem rex aduentum ſuum differens, Herimannum quendam Ducem cum ingenti dirigit exercitu. Ludouicus rex pace facta

* D. receperat

inter Herluinum & Arnulſum, caſtrũ Ambianenſium eidem Herluino dedit. Filij Heriberti quandam munitionem Radulfi cuiuſdam fidelis Ludouici regis nomine Claſtris ſitam in pago Veromandinſe proditione capiunt, & eodem Rodulfo clam euadente, theſauros ipſius inuadunt atque diripiunt, municipiúmque vacuum derelinquunt. Hugo dux colloquium Herimanni petit, qui miſſus erat obſidere caſtella Ragenarij ac Rodulfi fratrum, Ludouici regis fidelium: qui reſiſtendi Herimanno præſidium non habentes, veniam, datis muneribus multis ad Odonem regem, depoſcunt. Is equidem palatium Aquis deueniens cum Lothariẽſibus colloquium habuit: vbi miſſi regis Ludouici, ſed & Hugonis ducis legati ad eum venerunt. Qui legatos regis honorifice ſuſcipiens, legatis aduerſabatur ducis, donec Manaſſes quidam miſſus Hugonis videns legatos Ludouici valde legationi ſuæ aduerſos exiſtere, mandata ſibi ab hoc rege data nuper ad ipſum Odonem perferenda quæ prius aperire noluerat, in medium protulit, pandẽs exprobrationes non modicas quæ ſibi rex Ludouicus Odoni regi perferre præceperat, quod ſcilicet per-

iurus eſſet Odo de iuramentis quæ Ludouico iurauerat, adiiciens & alia indecora nõnulla: Quibus admodum permotus Odo, miſſos Ludouici, quia verbis Manaſſe contradicere non valebant, abiciens, legatos Hugonis honorabiliter habuit, omnéſque ſibi fideles ab auxilio ſeu participatione Ludouici ſeſe ſubmouere præcepit. In trãſrenenſibus Germaniæ regionibus quidam homo erat cui manus abſciſſa fuerat, & poſt annos quatuordecim, ſicut aſſerunt qui eũ nouerũt, ſubito dum noctu dormiret ei ex integro reſtaurata eſt. In iiſdẽ partibus per quoſdam pagos ignei globi ferre videbãtur in aëre, quiq; nõnullas illic circum volantes incẽderunt domos & villas, à quibuſdam vero locis, crucibus oppoſitis cũ benedictione Epiſcopali & aqua benedicta, repellebãtur. Regij milites Epiſcopatum Remẽſem deprædantur, & filij Heriberti abbatiã ſancti Criſpini, Ragenoldus quoque abbatiam ſancti Medardi, ſicq; alterutris debacchãtur rapinis atque deprædationibus. Tẽpeſtas nimia facta eſt in pago Pariſiaco, & turbo vehemẽtiſſimus quo parietes cuiuſdã domus antiquiſſimæ, qui validiſſimo cõſtructi cemẽto in monte qui dicitur martyrum diu perſtiterãt immoti,

funditus ſunt euerſi. Feruntur autem dæmones tũc ibi ſub equitum ſpecie viſi, qui Eccleſiam quandam quæ proxima ſtabat, deſtruentes, eius trabes parietibus memoratis incuſſerunt, ac ſic eos ſubruerunt. Vineas quoque montis ipſius euulſerunt, & omnia ſata vaſtauerunt. Subſecuta mox Brittonũ pernicies, qui diſcordia inter ſe principũ Berẽgarij & Alani diuiſi, à Nordmannis cum quibus pactum inierant, peruaſi & magna ſunt cæde attriti. Ciuitas eorum Dolus nomine capta, & Epiſcopus eiuſdem confugiẽtium in Eccleſiã multitudinũ ſtipatione oppreſſus & enecatus eſt. Reparatis denique Brittones viribus certamen ineunt, in quo ſuperiores Nordmãnis extitiſſe viſi ſunt. Tertia tandẽ congreſſione inita magna ex vtraque parte cecidit multitudo. Victoria vero potiti Nordmãni Brittones vſque ad internicionẽ cædũt, & eos à terra ipſorũ diſperdũt: ipſiq; Nordmanni qui nuper à trãſmarinis venerãt regionibus, eorũ terrã inuadunt. Ludouicus rex in terram Nordmannorũ proficiſcitur cum Arnulfo & Herluino & quibuſdã Epiſcopis Frãciæ ac Burgundię. Arnulfus itaque pręcedens regẽ, quoſdã Nordmannorum, qui cuſtodias obſeruabãt apud Areas

ſudit & regi tranſitum præparauit. Sicque rex Rodomum perueniēs, à Nordmannis in vrbe ſuſcipitur, quibuſdā mare petētibus qui eū nolebant recipere, ceteris omnibus ſibi ſubiugatis. Hugo Dux cum ſuis & quibuſdam Burgundiæ proceribus trans Sequanā faciēs iter, Baiocas vſque peruenit, & ciuitatē obſedit quā rex ei dederat, ſi eū ad ſubiciendam ſibi hanc Nordmānorum gentem adiuuaret. Receptus autem rex à Nordmannis mandat Duci vt à præfatæ ciuitatis obſidione diſcedat. Quo diſcedente, rex in eam ingreditur. Vnde & diſcordiæ fomes inter regem concitatur & Ducē. Sed & pro eo quod rex obſides ab Ebrocenſibus qui Hugoni ſubditi erant, accepit, quos eidem duci reddere noluit.

ANNO nongēteſimo quadrageſimo quinto, Adhuc Ludouico rege apud Rodomū degente, Gerberga regina filium Lauduni peperit, qui Karolus ad catezizandū vocatus eſt. Reuerſus rex Laudunū & cum Arnulfo locutus, diſpoſitis quibuſdam rebus, Rodomū regreditur. At Bernardus Siluanectenſis Comes & Tetbaldus cum Heriberto caſtellum regis Mōtiniacum Paſchæ diebus aggreſſi capiūt, incēdunt ac diruūt. Idē quoque Bernardus venatores & canes

regis inuadens, equos eorum vel quæque ſibi viſa ſunt, aufert. Compendium etiam regalis ſedis oppidum peruadit cum quibuſdam villis eidē ſedi ſubiectis. Rex Ludouicus collecto ſecum Nordmannorum exercitu, Veromandinſem pagum deprædatur, aſſumptoque cum illis Herluino cum parte militum Arnulfi, ſed & Artaldo Epiſcopo cum his qui dudum Remis eiecti fuerant, Comitibus quoque Bernardo & Teoderico nepote ipſius, Remorum obſidet vrbem. Vaſtantur circumquaque ſegetes, villæque diripiuntur, & partim exuruntur: nec non Eccleſiæ plures effringuntur. Quoties pugnatum ad portas vel circa murum, vulnerati ex vtraque parte non pauci, quidam etiam interempti ſunt. Hugo denique dux præliatus cum Nordmannis qui fines ſuos ingreſſi fuerant, eos non modica clade fudit, & à terminis ſuis eiecit. Poſthæc Remis ad regem mittit dans obſides vt Ragenoldus ex parte regis ad colloquium ſibi occurrat. Quo abeunte, tractat cum eo, vti rex obſides ab Hugone Epiſcopo accipiat, & ab obſidione Remenſi diſcedat, quatenus idem præſul denominato placito ad reddendam rationem de om-

nibus quæ rex ab eo quæſierat, accedat. Quibus hoc ſibi tenore datis, Rex ab obſidione recedit poſt quintamdecimam quo ciuitas obſeſſa fuerat, diem. Igitur circa miſſam ſancti Iohannis, Hugo dux placitum cum rege per ſequeſtres habuit, in quo nihil certum de pace inter ipſos componenda geſtum, niſi tantum quod inducias ad inuicem ſibi dederunt vſque ad medium menſem Auguſtum. His ita geſtis rex Ludouicus aſſumpto Herluino & quibuſdam domeſticis ſuis ſecum, Rodomum petit. Domnus Theotilo venerandus vrbis Turonicæ præſul obiit, qui dum de pace inter regē & principes componenda certaret, hiſque ſtudiis occupatus à Lauduno rediret, ægritudine corporis in ipſo deprimitur itinere: Cumque vltimum iam exalaret ſpiritum, apparuit ſignum quoddam luminis per aëra diſcurrens, cubitum longitudinis habere viſum, cuius lumine ad depellendas noctis tenebras ſufficienter perfuncti ſunt qui funus eius deducebant, talique potiti ſolamine per milia fere, ceu fertur, ducēta, Turonicā vſq; corpus eius pertulerūt vrbē: Quodque, in monaſterio S. Iuliani quod idē vir ſāctus ſūma inſtituerat religione, iuxta ſepulchrū

domni Odonis reuerenter humatur, & exinde ipſum templum diuinis illuſtrari miraculis declaratur. Dum rex Lodhuuicus moraretur Rodomi, * Haigroldus Nordmannus qui Baiocis præerat, mandat ei quod ad eum venturus eſſet condicto tempore vel loco, ſi rex ad illum locum accederet. Veniẽte denique rege cum paucis ad locum denominatum, * Haigroldus cum multitudine Nordmannorum armatus aduenit, inuadenſque ſocios regis, pene cunctos interimit. Rex ſolus fugam iniit proſequẽte ſe Normanno quodam ſibi fideli, cum quo Rodomum veniens, comprehenſus ab aliis Nordmannis, quos ſibi fideles eſſe putabat, & ſub cuſtodia detentus. Hugo quoque rex Italiæ regno depulſus à ſuis, & filius ipſius in regnum ſuſceptus eſt. Hugo præſul Altmontem caſtrum obſidẽs poſt ſeptem ferme obſidionis ebdomadas recipit, reddẽte illud * Odone, tali ſub tenore, vt filiũ ipſius & filium fratris ſui ſuſcipiens idem Epiſcopus, concederet eis terram patrum ſuorum. Hugone duce de regis ereptione laborante, Nordmanni filios ipſius regis dari ſibi obſides quærunt, nec aliter regem ſe dimiſſuros aſſerunt. Mittitur igitur ad

D. Hagroldus

D. Hagroldus

D. Dodone,

reginam pro pueris. illa minorem mittens, maiorē fatetur ſe nō eſſe miſſuram. Datur igitur minor, &, vt Rex dimittatur,† Vindo Sueſſorum Epiſcopus ſeſe obſidem tradit. Dimiſſus itaque Rex à Nordmannis ſuſcipitur ab Hugone principe, quique cōmittens eum Tetbaldo cuidam ſuorum, proficiſciturOthoni regi obuiam. Qui Rex nolēs loqui cum eo, mittit ad eum Conradum ducem Lotharienſium, cum quo locutus Hugo, infenſus Othoni regi reuertitur. Richario Tungrēſium præſule defuncto, idem Epiſcopium Rex Otho Hugoni abbati monaſterij ſancti Maximini nolenti atque refugienti dedit, eumque ordinari fecit Epiſcopum, & ita remeat trans Renum. In pago Pariſiacenſi necnon etiā per diuiſos circumquaque pagos, hominū diuerſa membra gnis plaga peruaduntur, quæque ſenſim exuſta cōſumebantur, donec mors tādem finiret ſupplicia. Quorum quidam, nonnulla ſanctorum loca petentes, euaſere tormenta: Plures tamen Pariſius in Eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſanati ſunt, adeo, vt quotquot illo perueni re potuerint, aſſerātur ab hac peſte ſaluati: quos Hugo quoque Dux ſtipendiis aluit quotidianis. Horum dum quidam vellent

† D. Vuido

ᴧ i

ad propria redire, extincto referueſcũt incendio, regreſſique ad Eccleſiam liberantur.

ANNO nongẽteſimo quadrageſimo ſexto quidam motus inter filios Heriberti agitantur pro hereditatum diſtributione ſuarum, qui tamẽ Hugone principe auunculo ipſorum mediante pacantur, diuiſis ſibi, prout eis competens viſum eſt, rebus.

Hugo Rex Italiæ à ſuis in regnum recipitur. Edmundus Anglorum Rex legatos ad Hugonem principem pro reſtitutione Ludouici Regis dirigit, & idem princeps proinde conuentus publicos cum nepotibus ſuis aliiſque regni primatibus agit. Marinus Papa deceſſit, cui ſucceſſit Agapitus, & pax inter Albericum patricium & Hugonem regem Italiæ depaciſcitur. Hugo dux Francorum aſcito ſecum Hugone
deeſt in D. * nigro filio Richardi, ceteriſque regni primatibus, Ludouicum regem, qui fere per annũ ſub cuſtodia detinebatur apud Tetbaldum Comitem in regnum reſtituit, recepto Lauduno caſtro quod regina Gerberga tenebat, & eidẽ Tetbaldo cõmiſſo. Qui dux Hugo renouans regi Ludouico regium honorem vel nomen, ei ſeſe cum cæteris regni committit primoribus. Ed-

mundus Rex tranſmarinus defungitur. Vxor quoque regis Ottonis ſoror ipſius Edmundi deceſſit. Regina Gerberga nuper ad Ottonem regem fratrem ſuum legationem direxerat, auxilium depoſcens ab eo. Qui maximum colligens ex omnibus regnis ſuis exercitum venit in Franciam, Conradum quoque ſecum habens Ciſalpinæ Galliæ regem. Quibus Rex Ludouicus obuiam profectus, ſatis amicabiliter & honorifice ſuſcipitur ab eis, ſicque pariter Laudunum venientes, conſiderataque caſtri firmitate deuerterunt ab eo, Remēſem aggredientes vrbem, quam cingentes obſidione, ingenti vallarunt exercitu. Vidēs autem Hugo præſul obſidionem ſe tolerare non poſſe, neque tantę reſiſtere multitudini, locutus eſt cum quibuſdam principibus qui videbantur ſibi eſſe amici, videlicet cum Arnulfo qui eius ſororem & * Vddone qui amitam ipſius habebat vxorem, ſed & cum * Herimanno Vddonis fratre, quæſiuit ab eis quid ſibi foret agendum. Qui tale conſilium dederunt ei, vt egrederetur cum ſuis & relinqueret vrbem, quia id diſpoſitum à Regibus erat vt omnimodis expelleretur, neque interuenire poſſent apud Reges

*D. Odone*

*D. Hermanno.*

pro ipſo quin eruerentur ei oculi ſi vrbem vi capi contigiſſet. Quo conſilio percepto ac ſuis intimato, poſt tertiam obſidionis diem, cum pene cunctis qui ſecum tunc aderant militibus egreſſus eſt. Sicque Reges cũ Epiſcopis & principibus ingredientes vrbem, domnũ Artaldum prȩſulem qui dudum fuerat eiectus, iterum intronizari fecerunt. Quem Rotbertus Treuerenſis Archiepiſcop⁹ & Fredericus Magonciacẽſis accipientes vtraque manu eidem ſedi reſtituerunt. Deinde relinquentes Gerbergam reginam Remis, ipſi reges cum exercitibus ſuis terram Hugonis aggrediuntur, & vrbẽ Siluanectenſem obſidẽtes vt viderũt munitiſſimam, nec eam valẽtes expugnare cæſis quibuſdam ſuorum dimiſerunt: ſicque trans Sequanam contendentes, loca quæque præter ciuitates grauibus atterunt prædationibus, terramque Nordmannorũ peragrantes, loca plura deuaſtant. Indeque remeantes regrediuntur in ſua. Deroldus Ambianenſium præſul vita decedit.

ANNO nongenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Hugo princeps moto exercitu in Arnulfi terrã proficitur, obſidetque quaſdam munitiones ipſius, nulloque patrato prout ſperauit, negotio, reuertitur in ſua.

Rex quoque Ludouuicus cum quibuſdam Lothariēſibus Moſonum, quod Hugo prę-ſul Remis eiectus retinebat, obſedit: ſed nec ipſe quippiam pro votis efficiens, recedentibus tandem poſt menſem Lotharienſibus, ipſe Remos regreditur. Bouo Catalaunēſis Epiſcopus obiit: eliguntque ſibi Catalaunenſes quēdam nobilem adoleſcentem clericum nomine Gibuinum. Ludouicus Rex Aquis Paſcha cum Ottone rege celebrat, & regiis honoratur ab eo muneribus. Hugo princeps à quibuſdam præſumptioſe perſuaſus, Remenſem cum Hugone præſule, quaſi mox capturus, aggreditur vrbem, fruſtratoque voto reſiſtentibus fidelibus regis & Artaldi Archiepiſcopi, octauo poſtquam aduenerant die, illuſi recedunt. Hugo præſul adnitente auunculo ſuo Hugone ordinat Ambianis Epiſcopum Tetbaldum quendam Eccleſiæ Sueſſionicæ clericū. Ludouuicus Rex expetente Arnulfo comite Atrabatem proficiſcitur cum Artaldo Epiſcopo: indeque cum Arnulfo ad obſidendum Monaſteriolum caſtrum Rotgarij filij Herluini progrediuntur, poſtque laborem ineſficacem pluriumque mortes ſuorum, ſpe priuati regrediuntur ad propria. Tempe-

ſtas magna Remis effuſa eſt per vnius omne noctis ſpatiũ cum coruſcationibus continuis & terræ motu, adeo vt putei replerẽtur, & domus nonnullæ ſubuerterentur. Conuentus placiti regum Ludouici & Ottonis ſuper Charam fluuium intrante mẽſe Auguſto celebratur; Hugone principe circa Moſomum & Duodeciacum caſtra metato, vbi res litis inter Artaldum & Hugonem Remenſis Eccleſiæ præſules ab Epiſcopis auditur. Et quia Synodus tũc cõuocata non fuerat, altercatio determinari nõ potuit. Synodus autẽ circa mediũ mẽſis Nouembris habenda denũciatur. Interim verò ſedes Remenſis Artaldo cõceditur. Hugo alter præſul in Moſomo cõmorari permittitur. Treugæ vel induciæ belli inter regẽ Loduuicũ & Hugonẽ principẽ vſque ad Synodi tempus Ottone rege mediante diſponuntur. Heriueus nepos Heriuei quondam Archiepiſcopi, habens munitionem quam ædificauerat citra Maternam fluuium, villas circum quique deprædabatur Remenſis Epiſcopij, excommunicatus ad Artaldo pręſule pro his quas inuaſerat Eccleſiæ rebus: cõtra cuius prędones egreſſi quadam die Ragenoldus comes & Dodo frater ipſius præſulis, cum quibuſ-

dam Eccleſiæ militibus, ipſos graſſatores in fugam agunt. Quo audito idem Heruiueus armatis his quos ſecum habebat militibus, à munitione ſua egreſſus contra noſtros ad pugnam, & congreſſus cum eis, interemptus eſt cum quibuſdam ſuorum: cæteri omnes in fugam verſi ſunt, vulneratis ex vtraque parte nonnullis. Corpus eiuſdem Remos à victoribus perlatum eſt. Hugo pręſul aſſumẽs ſecum Tetbaldum de Lauduno cum aliis nonnullis malefactoribus, in Culmiſciacum ceteraſque cõtiguas villas tempore vindemiæ venit. qui omne pene vinum ex his colligentes, in diuerſos pagos abducunt. Synodus prædicta Virduni habita eſt, præſidente Rotberto Treuerenſi præſule cum Artoldo Remenſi, Odolrico Aquenſi, Adhelberone Mettenſi, Goſlino Tullenſi, Hildebaldo Tranſrhenenſi, Mirnegardo 234
Vurdenſi, Iſrahele Brittone præſente Brunone Abbate fratre regis Ottonis, Agenoldo quoque & Odilone cum aliis quibuſdam venerandis abbatibus. Ad quam Hugo Epiſcopus euocatus, miſſis etiam duobus ad eum deducẽdum Epiſcopis Adalberone & Goſlino, venire noluit. Vniuerſa vero ſynodus domno Artaldo

Remenſe tenendum adiudicauit Epiſcopium. Indicitur iterum Synodus Idus Ianuarij habenda.

ANNO nongenteſimo quadrageſimo octauo Synodus prædicta celebratur in Eccleſia ſancti Petri, ante proſpectum caſtri Moſomi, à domno Rotberto ceteriſq; Treuerenſis dioceſeos Epiſcopis & aliquibus Remenſis. Veniens autem illuc Hugo pręſul & locutus cũ Rotberto, ſynodũ noluit ingredi, literas vero quaſdam ex nomine Agapiti Papæ miſit ad Epiſcopos per clericum ſuum qui eas Roma detulerat nihil auctoritatis canonicæ continentes: hoc tantum præcipientes vt Hugoni Remenſe redderetur Epiſcopium. Quibus lectis ineuntes Epiſcopi conſilium cum abbatibus & ceteris ſapientibus qui aderant, reſponderunt: non eſſe dignum vel congruum vt mandatum legationis Apoſtolicæ, quam dudum Rotbertus Archiepiſcopus deferẽte Frederico præſule Magonciacenſi coram regibus & Epiſcopis tam Gallię quam Germaniæ ſuſceperat, & partẽ iam pręceptionis ipſius exegerat, propter illas literas intermitteret, quas inſidiator Artaldi præſulis exhibebat: Immo quod regulariter ceptũ fuerat, canonice pertractaretur. Sicque præ-

que præceptum eſt vt recitaretur capitulum XVIIII. Cartaginienſis concilij de accuſato & accuſatore. quo recitato iudicatum eſt ſecundum definitionem ipſius capituli, vt Attaldo præſule retinente communionem & parochiam Remenſem, Hugo qui ad duas iã Synodos euocatus venire contempſerat, à communione & regimine Remẽſis Epiſcopij abſtineret, donec ad vniuerſalem Synodum quæ indicebatur Kalend. Auguſti, ſeſe purgaturus occurreret. ipſumque capitulum mox in carta deſcribi fecerũt Epiſcopi coram ſe, ſubnectentes hanc etiam definitionem ſuam, & eidem Hugoni miſerunt. Qui poſt alteram diem eandem cartam Rotberto præſuli remiſit hoc verbis remandans, quod ipſorum iudicio nequaquam obediturus eſſet. Arnulfus comes caſtrum Monaſteriolũ, fauente Hugone principe, capit. Interea proclamationis litteræ à domno Artaldo diriguntur ad ſedem Romanam. Domnus igitur Agapitus Papa vicarium ſuum Marinum Epiſcopum mittit ad Othonem propter euocandam & aggregandam generalem Synodum. Litteræ quoque ipſius Papæ mittuntur ab vrbe Romana ſpeciatim quibuſdam Epiſcopis Gal-

liæ Germaniæque vocantes eos ad Synodum. Quæ Synodus congregata eſt ex præcepto præfati Papæ in * Eglehem palatio regali, in Eccleſia Beati Remigij honore dicata, ſeptimo Id. Iunij, cauſa videlicet maximarum diſſenſionum, quæ agitabãtur inter regem Ludouicum & Hugonem principem: inter Artaldum quoque * Remẽſem Epiſcopum & Hugonem illicitè ſubſtitutum eidem vrbi præſulem: quæ diſſenſiones omne perturbauerant regnum Francorum. Ad quam ſynodum celebrandam aduenìente prædicto Marino ſedis Apoſtolicæ vicario, conuenerunt etiam Germaniæ præſules, cum quibuſdam Galliarum Epiſcopis, Robertus videlicet Treuerenſis Archiepiſcopus, Artaldus Remenſis, Fredericus Maguntiacenſis, VVicfredus Colonienſis, * Adeldacus Hammaburgenſis, Hildebaldus * Mirnegardouurdenſis, Goſlenus Tullenſis, Adelbero Mettenſis, Berengarius Virdunenſis, Fulbertus Camaracenſis, Rodulfus * Lieudunenſis, Richoo VVarmacenſis, * Rainbaldus Spirenſis, Poppo * VViziburburgenſis, Conradus Conſtãtiacenſis, Odelricus Auguſtenſis, Tethardus Hildinesheinſis, Bernardus Alfurteſteden-

*D. Eungulenlum*

*D. Remorũ Archiepiſcopum*

*D. Adaldachus*

*D. Munegardamuredenſis*

*D. Landunen.*

*D. Reimboldus*

*D. VVirtſiburgen.*

ſis, Dudo Poderburnenſis, Michaël Radiſponenſis, Farabertus Tungrenſis, Lioptacus Ribuneñ. Dodo † Oſneburgenſis, Eueris Mindenſis, Baldricus Traiectenſis, Heroldus Salburgenſis, Adalbertus Bazſoenſis, Starchandus † Eiſtancienſis, Horath † Leouuicenſis, VVikardus Baſilienſis, † Lidac Ribuenſis. Reſidentibus his præſulibus in Eccleſia prædicti loci, poſt præmiſſas preces ſecundum ordinem celebrandi concilij, & poſt lectiones ſacræ auctoritatis, ingreſſis glorioſis regibus Ottone ac Ludouico & ſimul reſidentibus, poſt allocutionem præfati Marini ſedis Apoſtolicæ legati, exſurgens Ludouicus rex è latere & conſeſſu domni regis Ottonis, proclamationis ſuæ querimoniã propalauit coram præmiſſo Romanæ ſedis vicario, cæteriſque conſidentibus Epiſcopis, referens qualiter accerſitus fuerit à tranſmarinis regionibus per legatos Hugonis cæterorumque Franciæ principum ad ſuſcipiendum ſuæ paternæ hæreditatis regnum, cunctorumque votis & clamationibus procerum militiæque Frãcorum ſublimatus & conſecratus ſit ad apicem regalis moderaminis obtinendum. Poſtea vero eiectus ſit à præfato Hugone & dolis

*D. Oſnebrugen.*

*D. Eiſtenenſis*

*D. Leoſuuicen.*

*D. Liedac Ripuen.*

appetitus ac comprehenſus, per annum integrum ſub cuſtodia fuerit ab eo detentus: nec aliter eius abſolutio potuerit obtineri, niſi Laudunum caſtrum, quod ſolum tunc regina Gerberga cũ fidelibus ſuis ex omnibus ſuis regiis ſedibus retinebat, Hugone illud occupante dimitteret. De his omnibus malis quæ poſt regni ſuſceptionem paſſus fuerat, ſi quis obiiceret quod ſui facinoris cauſa eidem fuiſſent illata, inde ſe iuxta ſynodale iudicium & regis Othonis præceptionem purgaret, vel certamine ſingulari defenderet. Deinde ſurgens Artoldus Archiepiſcopus protulit ſecundum iuſſionem Papæ Romani quam ei delegauerat, litis initium atque tenorem quæ verſabatur inter ipſum & Hugonem ſubrogatum ſibi Eccleſiæ Remenſis antiſtitem. Poſt quarum literarum recitationem, & earum propter reges iuxta † Teotiſcam linguam interpretationem, ingreſſus ſynodum quidam Sigiboldus præmiſſi Hugonis clericus, attulit literas quas Roma detulerat, quaſque iam in alia Synodo Moſomi propalauerat, aſſerens eaſdem literas ſibi Romæ ab ipſo qui aderat, Marino vicario datas. Qui Marinus proferens literas quas idem Sigiboldus Romam

† D. Teuſticam

tulerat, præcepit eas corā ſynodo recitari. In quarū recitatione repertum eſt, prout ipſę literæ fatebātur, quod VVido Epiſcopus Sueſſionicus, Hildegarius quoq; Beluacēſis, Rodulfus Laudunenſis, cæteríque cuncti Remenſis dioceſeos Epiſcopi eaſdē literas ad ſedem delegauerant Apoſtolicā pro reſtauratione Hugonis in ſede Remēſi, & expulſione Artoldi. Poſt quarū lectionem exurgentes Artoldus præſul & præfatus Rodulfus qui in eiſdem literis nominabatur, Fulbertus quoque Cameracēſis antiſtes, eaſdem literas refutarunt, aſtruentes quod eas antea nunquam viderint vel audierint, neque in earum delegatione conſenſum præbuerint. Quibus cum idem clericus contraire non poſſet, licet in eos calumniis obſtrepens, præcepit domnus Marinus ſuggerens vniuerſæ ſynodo vt ſibi conſilium & rectum iudicium proferrent ſuper huiuſmodi calumniatore & calumniarum in Epiſcopos delatore. At illi, poſtquam delator publice confutatus eſt falſa detuliſſe, lectis capitulis de huiuſcemodi calumniatoribus, iudicant & vnanimiter cenſent eum quo fruebatur honore priuari debere, ac ſecundum capitulorum tenorem in exilium

detrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur miniſterio multatus, à conſpectu ſynodi reprobatus abſceſſit. Artoldo verò præſuli qui omnibus ſe ſynodis præſentabilem fecerat non refugiens ſynodale iudiciũ, Epiſcopium Remẽſe iuxta canonum inſtituta & ſanctorum patrum decreta omnino retinendum atque diſponendum decernunt, laudant atque corroborant. Secunda conſeſſionis die poſt recitatas diuinæ auctoritatis lectiones, & Marini vicarij allocutionẽ, ſuggeſſit domnus Rotbertus Treuerenſis Archiepiſcopus, vt quoniã iuxta ſacræ legis inſtituta reſtauratũ atque reſtitutum fuerat Remenſe Artoldo præſuli Epiſcopium, in eiuſdem ſedis inuaſorẽ ſynodale perageretur iudicium. Præcepit itaque Marinus vicarius vt canonicam ſuper hac præſumptione ſynodus proferret ſententiam. Iubentur ergo ſanctæ legis catholica recitari capitula. Quibus recitatis ſecundum ſacrorum inſtituta canonum & ſanctorum decreta patrum Sixti, Alexandri, Innocẽtij, Zoſimi, Bonefacij, Celeſtini, Leonis, Simmachi ceterorumque ſanctorum Eccleſiæ Dei doctorum, excõmunicauerunt, & ab Eccleſiæ Dei gremio reppulerũt prædictum Hugonem Remen-

ſis Eccleſiæ peruaſorem, donec ad pœnitentiam & dignam ſatisfactionem venire procuraret. Cæteris quoque diebus Synodi tractata ſunt quædam neceſſaria de inceſtis coniugiis & Eccleſiis quæ presbyteris in partibus Germaniæ dabantur, immo vendebantur indebite & auferebantur à laicis illicite, prohibitumq; ac ſtatutũ ne id omnino præſumeretur ab aliquo. Sed & de aliis Eccleſiæ Dei vtilitatibus tractata ſunt & definita nonnulla. Interea Rex Ludouuicus deprecatur regem Othonem vt ſubſidium ſibi ferat contra Hugonem & cęteros inimicos ſuos: qui petita concedẽs, iubet vt Conradus dux cum exercitu Lotharienſium in eius pergat auxilium. Interim vero dum congregetur exercitus, Rex Ludouuicus cum ipſo duce maneat & Epiſcopi Artaldus atque Rodulfus qui erant cum rege, ne quid in via paterentur aduerſi, degerẽt cum Lotharienſibus Epiſcopis. Manſimus itaque cum Rotberto Treuerẽſi, Rodulfus Laudunenſis cum Adhelberone Metẽſi ebdomadas fere quatuor. Exercitu denique collecto, Lotharienſes Epiſcopi Moſomũ petunt, ipſumque obſidentes caſtrum atque oppugnãtes, milites qui erãt ibi cum Hugone ad deditionem com-

pellunt,& acceptis obſidibus, pergunt obuiam Ludouico regi & Conrado duci in partes Laudunenſis pagi. Obſident igitur ibi Dux & exercitus quamdam munitionem quam ędificauerat & tenebat Tetbaldus in loco qui dicitur Mons acutus, qui & Laudunum contra regē retinebat. Hoc etiam oppidum expugnantes, tandem non ſine mora capiunt: Indeque Laudunum adeunt,& in Eccleſia ſancti Vincētij, congregati Epiſcopi prædictum Tetbaldum excommunicant. Hugonem verò principem vocant literis ex parte Marini legati Apoſtolicæſedis & ſua,venire ad emendationem pro malis quæ contra Regem & Epiſcopos egerat. VVido denique Sueſſionicæ vrbis Epiſcopus ad regem Ludouicum veniēs eidem ſeſe committit, pacaturque cum Artoldo Archiepiſcopo ſatisfaciens illi pro ordinatione Hugonis. Cōradus quoque dux filiam Ludouuici regis ſacro de fonte ſuſcepit:ſicque recepto Moſomo caſtro& euerſo, Lotharienſes reuertuntur in ſua. Igitur Hugo nullam moram faciens collecta ſuorum multa Nordmannorumque manu, Sueſſionicam adgreditur vrbem,& obſidēs oppugnat, cæditque nonnullos: Iniectis etiam ignibus

domum matris Eccleſiæ ſuccendit, ſimulque clauſtra canonicorum & partem ciuitatis. Nec tamen ipſam capere valens vrbẽ reliquit, & ad quãdam munitionem quam Ragenoldus comes Ludouuici ſuper Axonam fluuium in loco qui dicitur Rauciacus ædificabat, deuenit, ipſámque adhuc imperfectã caſtris vallauit. Sed nec ipſam cepit: villas tamen Remenſis Eccleſiæ caſtris ſuis contiguas deuaſtauit. Plures quoque colonorum prędones ipſius interemerunt * violantes Eccleſias & in tantum debacchãtes, vt in Culmiſciaco vico tam infra quam circa Eccleſiam fere quadraginta homines interficerẽt, ipſumque templum rebus penitus exſpoliauerunt: multiſque flagitiis tunc perpetratis, Hugo tandem cũ ſuis regreditur graſſatoribus. Itaque milites qui hactenus cum Hugone fuerant excommunicato, ad Artoldum præſulem reuertuntur. Qui nonnullos eorum, redditis eis rebus quas habuerant, recepit, quoſdã vero abiecit. Poſt hæc Treuiros proficiſcitur ad Synodum cum Epiſcopis Sueſſionico, Rodulfo Laudunenſi & * Vincfredo Morinenſi: quo peruenientes Marinum ſeſe præſtolantem repererunt cum Rotberto Archiepiſcopo: cęterorum vero Lo-

*D. vallantes*

*D. VVicfredo*

thariẽſium vel Germanorum præſulum illic inuenere neminem. Conſiderantibus igitur illis, ſciſcitari cepit Marinus vicarius, quid egiſſet poſt pręmiſſam ſynodum Hugo princeps erga ipſos vel regẽ Ludouuicum. At illi referunt ſupra memorata quæ ipſis & Ecclefiis eorum intulerat mala. Requirit ergo de vocatione ipſius principis Marinus, vtrum perlatæ fuiſſent ei litteræ vocationis quas ei perferendas delegauerat. Cui reſpondetur ab Artaldo Archiepiſcopo quod quædam eorũ perlatæ ſunt, quædam vero perferri non potuerunt, earum gerulo ab ipſius graſſatoribus intercepto: vocatus tamẽ fuerit tam litteris quam quibuſdam internuntiis. Requiritur itaque ſi adſit aliquis ex parte ipſius legatus. vbi cum nullus fuiſſet inuentus, decernitur expectandum ſi forte aduenturus eſſet in craſtinum. Quod cum minime contigiſſet, & omnes qui aderant tam clerici quam
*deeſt in D.* * illuſtres laici excommunicandum eſſe adclamarent, definitur ab Epiſcopis hanc excommunicationem adhuc differendam vſque in diem ſynodi tertiam. Tractatur autem de Epiſcopis qui vocati fuerant & venire diſtulerant, vel his qui ordinationi Hugonis participes extiterant. & VVido

quidam Sueſſonicus ſe culpabilem, proſtratus coram Marino vicario & Artoldo Archiepiſcopo, confitetur. Intercedentibus autem pro eo apud Marinum Rotberto & Artoldo Archiepiſcopis abſolui ab hac noxa meretur. VVicfredus Morinẽſis immunis ab eadem ordinatione reperitur. Adeſt † Tranſmarini Nouiomenſis Epiſcopi legatus quidam presbyter aſtruens eundem præſulem ita graui langore detẽtum, vt ad eandem ſynodum venire non valuerit. Id quoque noſtrates qui aderant adteſtantur Epiſcopi. Tertia tandem die inſiſtente præcipue Liutdulfo legato & capellano regis Othonis, quoniam idem rex id omnino fieri præcipiebat, excommunicatur Hugo Comes inimicus Ludouuici regis pro ſupra memoratis malis ab ipſo perpetratis, eo tamẽ modo, donec reſipiſcat & ad ſatisfactionem coram Marino vicario vel Epiſcopis quibus iniuriam fecit, deueniat. Quod ſi facere cõtempſerit, Romam pro abſolutione ſui proficiſcatur. Excommunicantur & duo pſeudo-Epiſcopi ab Hugone damnato ordinati, Tetbaldus & Iuo, prior poſt expulſionem ipſius in Ambianẽſi vrbe, alter poſt damnationem eiuſdem Hugonis in Siluanectenſi ab eo

*D. Tranſmari*

conſtituti. Excommunicatur etiam quidã clericus Laudunenſis nomine Adelomus quem accuſauit Rodulfus Epiſcopus ſuus, eo quod Tetbaldum excommunicatum in Eccleſiam introduxerit. Vocatur Hildegarius Beluacenſis Epiſcopus literis præfati Marini, & veniat coram ipſo, vel eat Romã rationem redditurus coram Domno Papa pro illicita ordinatione prędictorum pſeudo-epiſcoporum cui interfuerat. Vocatur & Heribertus Heriberti comitis filius ad ſatisfactionem venire pro malis quæ contra Epiſcopos agebat. His ita geſtis Epiſcopi reuertuntur in ſua. † Luidulfus autẽ capellanus Othonis Marinum vicarium deducit ad regem ſuum in Saxoniam, vbi cõſecraturus fuerat Eccleſiã Vuldenſis monaſterij. Poſt cuius conſecrationem idem Marinus, exacta hieme, Romam reuertitur. Hoc anno defunguntur Epiſcopi Geruncus Biturigenſis & Rodulfus Laudunẽſis. Naſcitur regi Ludouuico filius quem pręſul Artoldus de ſacro fonte ſuſcepit, patris ei nomen imponens. NS.

D. Laudulfus

ANNO nongenteſimo quadrageſimo octauo Laudunenſes qui fidelitati Ludouuici regis attendebant, eligunt ſibi præſulem Roriconem diaconem ipſius regis

fratrem, quemque conſecrat Artoldus Archiepiſcopus Remis: Qui tamen non receptus Lauduno, apud Petræpontem munitionem reſedit. Ambianenſes Tetbaldum quem eis Hugo conſtituerat Epiſcopum, exoſi, caſtrum Arnulfo comiti produnt. Qui aduocans regem Ludouuicum, oppidum ipſum cepit, Tetbaldum expulit, & Ragembaldum illuc Attrabatẽſem quendam monachum, quem idem Ambianenſes prius ſibi delegerãt, introduxit: Quique Remos à rege perductus ordinatur Epiſcopus ab Artoldo Archiepiſcopo. Altmõtem munitionem quam tenebat Dodo frater domni Artaldi Epiſcopi, milites Remenſis Eccleſiæ qui recepti non fuerant ab ipſo præſule, furtiua capiunt proditione, & aduocantes Hugonem excommunicatum in oppidum ſuſcipiunt, indeque per villas Epiſcopij circumpoſitas rapinis deſæuiunt. Imminente denique Paſchali ſollemnitate Gerberga regina proficiſcitur ad fratrẽ ſuum Othonem regem, & Aquiſgrani palatio Paſcha cum ipſo celebrat. Ibi tunc diuerſarum gentium affuere legationes, Græcorum ſcilicet, Italicorum, Anglorum, & aliorum quorundam populorũ. Regreſſa Remos regina cum fraterni auxi-

lij pollicitatione, rex Ludouicus Laudunũ improuiſus aggreditur,&noctu muro latẽter à ſuis aſcenſo diſruptíſque portarum ſeris, oppidum ingreditur, capítque cuſtodes præter eos qui turrim regiæ domus conſcenderant quam ipſe ad portam caſtri fundauerat. Hanc itaque capere non valẽs, à ciuitate ſecludit ducto intrinſecus muro. Quo comperto Hugo comes illo cum ſuis proficiſcitur,& rex * Cõradi Lotharienſiũ ducis auxilium miſſa legatione petit. Hugo vero appropians turri ante portam metatur,& introducens in arcem cuſtodes cũ ſufficiente victu, recedit à monte. Rex igitur obuiã pergit Conrado,& ipſe dux cum rege locutus inducias belli diſponit inter ipſum & Hugonem vſque ad menſem Auguſtum, dum rex idem locuturus pergat ad regem Othonem. Cum quo poſtquam locutus eſt, Remos reuertitur, vbi Adalbertus filius Heriberti ad eum veniens, ipſius efficitur. Ragenoldus Comes iunctis ſibi quibuſdam fidelibus Artoldi Præſulis munitionem quandam conſtruit in fluuio Materna ſcilicet apud * Maroillum. Codiciacum caſtrum domno Artaldo præſuli redditur ab his qui cuſtodiebant illud ex parte Hugonis comitis vel Tetbaldi, quiq;

*M. contra*

*D. Marcilum*

ſe committunt eidem Archiepiſcopo. Altmontem præſidium quod ingreſſus cum ſuis tenebat Hugo quondã Epiſcopus, obſidẽt Dodo frater Domni Artoldi cum fidelibus ipſius & Theoderricus comes, & ante portam ipſius caſtri caſtra ſibi conſtituunt atque præmuniũt. Hugo comes collecta ſuorum multa Nordmannorumque manu, Laudunũ adit, & ſuos qui * Archis domum tenebãt, educit, alióſque cum ſufficiente victu cuſtodes introducit, & profectus hinc in pagum Porticenſem, ſupra Caldionem caſtra metatur, indeque ad regem Ludouuicum Remis degentem, quaſi pacis petendæ gratia, mittit, inſperatúſque interim Laudunum aggreſſus capere niſus eſt, fruſtratoque conſilio reuertitur in ſua. Rex vero euocato Arnulfo & quibuſdam Lotharienſium poſt eum proficiſcitur vſque in pagum Siluanectenſem. Arnulfus itaque ſuburbiũ ciuitatis ipſius igne ſuccendit, & ſic ad propria regrediuntur. Hugo igitur non modico tam ſuorum quã Nordmannorum collecto exercitu in pagum Sueſſionicũ venit, & miſſis ad regem Epiſcopis * Vindone Autiſiodorenſi & Anſegiſo Trecaſino, Ragenoldum comitem ſibi accerſiit, & ita, dato alterutrim

*D. arcis*

*D. VVidone*

iureiurando, treugæ ſunt acceptæ vſque octauas Paſchæ. Nec longum poſt, Rex cum Arnulfo locutus eſt. Ragenoldus comes caſtrum quondam Heriuei videlicet Caſtellionẽ conſcẽſo noctu muro capit, & Dodo frater domni Artoldi tertia deinde die Altmontem ſimili pene modo recipit. Agapitus Papa ſynodum habuit apud ſanctum Petrum, in qua damnationẽ Hugonis Epiſcopi apud Ingulenheim factã confirmauit, excommunicans etiam Hugonẽ principem, donec Ludouiico regi ſatisfaciant. Bernardus quidam partium Hugonis habens caſtellum ſuper Iſaram fluuium nomine * Calnacum, ſe cum ipſo caſtello cõmittit Adalberto comiti. Quædam Eccleſia in honore ſanctæ Mariæ dicata ſuper Arnam riuum claris illuſtratur miraculis & ſanitatum præſidiis. Item altera Eccleſia in ipſius honore ſuper Pidum riuolum ſita pene ſimili reſplendet nitela. NZ.

D. Colnacum

ANNO nongenteſimo quinquageſimo Rex Ludouuicus ad Othonem regem proficiſcitur trans Moſellam conſilium quærens & auxilium ab eo de pace fienda inter ſe & Hugonem. qui promittit ſe miſſurum ei ducem Conradum cum Lothorienſibus ad id exequendum. Qui

dux

dux veniens cum Epiſcopis quibuſdam & comitibus locutus eſt cum Hugone de paciſcenda pace, quodque apud ipſum inuenit, Ludouuico regi renuntiauit. Sicque ad Othonem redit, dimiſſis apud Ludouuicum quibuſdam comitibus qui voluntatem regis Hugoni ſignificent. Itaque Rex Ludouuicus & Hugo princeps ſuper Maternam fluuium pacem facturi cum ſuis deueniunt: Et reſidentes iſti ex hac parte fluuij, illi ex altera legatos ſibi inuicē mittunt, & mediātibus atque ſequeſtris Conrado duce, Hugone nigro, Adelberone quoque ac Fulberto Epiſcopis, Hugo ad regem venit & ſuus efficitur, pacaturque cū Arnulfo comite & Ragenoldo atque Artoldo Epiſcopo reddens regi turrim Lauduni. Poſt hæc iterum colloquium Hugo cum rege apud Compendium habuit, vbi datur Epiſcopatus Nouiomenſis Rodulfo, Archidiaconatus eiuſdem Eccleſiæ miniſterio fungenti, quem ipſi Nouiomenſes ſibi deligerant dari præſulem. Nec longum poſt, Hugo cū exercitu Ambianenſem petit vrbem, ibique in turri quam Ragenbaldus Epiſcopus tenebat, recipitur: alteram verò turrim quam Arnulfi comitis homines cuſtodiebant, obſidet, rege Lau-

duni ægritudine decubante. Otho Rex qui quandã VVenedorum magnam obſederat vrbem nomine * Praidem, regem ipſorum in ſubiectionẽ recipit: ſed & Hungaros ſibi ſubditos facit. Homines Ragenoldi Comitis quãdam munitionem Rodomenſis Eccleſiæ ſuper fluuium * Indellã ſitam quam vocant Brainam, furtiuo capiunt ingreſſu: vnde iratus Hugo princeps ad regem mittit, & Rex illo profectus eoſdem inuaſores expellit. Inde ipſum caſtrũ prioribus reddit cuſtodiis. Deinde colloquiũ petit Hugonis, quod dum haberetur, cuſtodes caſtri Codiciaci qui deſciuerant à domno Artoldo præſule, Tetbaldum comitem in ipſo recipiunt oppido. Quare iratus Rex, rogat Hugonem vt reddat ipſam ſibi munitionem. Sed quoniam non potuit obtinere Tetbaldo comite modis omnibus obſiſtente, infenſus Laudunum, Hugone inconſulto, receſſit. Tetbaldus à Codiciaco plures eorũ quos intus inuenerat, expulit. Domnus Artoldus præfatum Rodulfum Nouiomẽſium electum Remis ordinat Epiſcopum. Berengarius quidam princeps Italiæ, veneno vt ferunt necato Lothario rege Hugonis filio, Rex efficitur Italiæ. N N.

D. Proadẽ

D. Vidulã

ANNO nongenteſimo quinquageſimo primo. Ludouuicus Rex Aquitaniam cũ exercitu petit. Sed antequam eandem ingrederetur prouinciam, Karlus Conſtantinus Viẽnæ princeps & Stephanus Aruernorum præſul ad eum venientes ſui efficiũtur. Idem verò Epiſcopus opimis eum honorat muneribus. VVillelmus quoque Pictauenſis obuius ei fuit: Dumque moratur Aquitaniam Rex intrare, graui corripitur infirmitate. Quem ſuſcipiens * Letoď quidam Burgundiæ comes qui tunc etiam ſuus nouiter effectus erat, vtiliter eum in ipſa ægritudine obſeruauit. Reparatis igitur ſibi viribus Rex in Franciam regreditur. Interea Federicus Adelberonis Epiſcopi frater qui filiam Hugonis principis ſibi deſponderat, in hoc regnum veniens munitionem in loco qui dicitur * Banis, inconſulto rege vel regina conſtruere cœpit, & loca circumpoſita crebris deprædationibus diripit. Pro qua re valde moleſtus Rex Ludouuicus legationem ſuam dirigit ad Othonem. Hugo princeps ad eundem regem Othonem inuitatus ab eo, vadens duos illi præmiſit leones, & ipſe mox ſecutus honorificè ab eodem in diebus Paſchæ ſuſceptus eſt decentérque ha-

D. Letaldus.

M. Fanis

bitus ab eo, per ipſos Paſchalis ſolemnitatis dies exultanter Aquis cum eo manſit, multiſque donis opime ab eo muneratus reuertitur deducente ſe duce Conrado vſque ad fluuium Maternam. Qui dux Conradus quibuſdam infenſus Lotharienſibus turres quorundam deiicit, & quoſdam Virdunenſium honoribus priuat. * Ragenari vero Comitis quoddam caſtellum capit, cetera ipſius obſideri facit. Legati regis Ludouuici ab Othone regreſſi nunciant, nolle, immo prohibere Othonem regem ne Fredericus vel aliquis ſuorum vllā munitionem in hoc regno habeat, niſi cōſenſum regis Ludouuici ſuper hoc ſibi obtinere queat. Hungari ab Italia traſcenſis Alpibus egreſſi Aquitaniam ingreſſi ſūt, ibique tota pene demorati æſtate multis hanc regionem rapinis & * interminationibus attriuerunt: ſicque per Italiam reuerſi ſunt in terram ſuam. Ludouuicus munitionem quandam nomine Brenam, quam quidam prædones Gotbertus ſcilicet ac frater eius Angilbertus munierant, obſidet, penuriaque famis oppreſſam tandem capit ac diruit. Inde reuerſus ad colloquium Arnulfi & Hugonis proficiſcitur. At Hugo quoniam infēſus erat Arnulfo propter caſtrum

D. Rageneri

D. internecaonibus

Monaſteriolum, & terram quondam Herluini quam idem Arnulfus occupauerat, ad ipſum colloquium venire noluit, ſed ipſam terram ingreſſus cum Rotgario Herluini filio quoddam caſtrũ obſedit. Rex autem petente Arnulfo ad eum miſit, ipſamque obſidionem reſolui fecit, induciaſque vel treugas inter ipſos vſque ad Kalendas Decembris accepit. * Gerberga regina mater Ludouuici regis egreſſa Lauduno conducẽtibus ſe quibuſdam tam Heriberti quam Adalberti fratris ipſius hominibus ad Heribertum proficiſcitur: Qui ſuſcipiens eam ducit in cõiugem. Vnde Rex Ludouuicus iratus, abbatiã ſanctæ Mariæ, quã ipſa Lauduni tenebat, recepit, & Gerbergæ vxori ſuæ dedit. Fiſcum quoque Atoniacam ſuo dominio ſubdidit. Ottho Rex Italiã adiit, ad cuius aduentum Berengario Langobardorum rege ab vrbe Papiæ fugiente, ipſe Ottho eandem ingreditur vrbem. Vxorem quoque Lotharij regis defuncti filij Hugonis, ſororem Chonradi regis Iurenſis ſibi coniugem ducit. Saraceni meatum Alpium obſidentes à viatoribus Romam petentibus tributũ accipiunt, & ſic eos tranſire permittunt.

*D. Ottogeba*

ANNO nongenteſimo quinquageſimo

ſecundo Ottho rex legationem pro ſuſceptione ſui Romam dirigit: qua non obtenta, cum vxore in ſua regreditur, dimiſſis ad cuſtodiam Papiæ quibuſdam ex ſuis. Ludouuicus cum Gerberga regina Laudunũ recepit. Berengarius rex ad Conradũ ducem qui Papiæ remanſerat, venit, à quo in fide ipſius ſuſceptus, ad Otthonem perducitur: quem ille benigne ſuſcipiens, conceſſis eidem rebus, prout ſibi viſum fuit, quibuſdam, in Italiam pacifice redire permiſit. Ipſe quoque Ottho poſt celebrationem Paſchæ Papiam regreditur. Hugo comes cũ ſuis ſuper Maternam fluuium venit: Cui occurrit dux Conradus cum quibuſdam Lotharienſibus, obſidéntque pariter munitionem apud Maroillum, quam Ragenoldus Comes cum hominibus domni Artoldi pręſulis intra ipſum fluuium nuper conſtruxerat, inſtructiſque multis vndique machinis fortiter opprimũt, tandémque, non ſine ſuorũ damno, capiunt atque ſuccendunt, iis qui intus erant, ad fidẽ Chonradi egreſſis. Nepotes Hugonis Heribertus & Rotbertus interim in loco qui dicitur Mons-felicis ſibi munitionẽ inſtruunt, ſicque tam Hugo quam Chõradus reuertuntur in ſua. Nec mora, rex Ludouicus &

Artaldus Archiepiſcopus profecti cũ comite Ragenoldo ſuper Maternam fluuium, munitionem quam præfati principes ſuccenderant, reſtruunt, cuſtodéſque ibi plures inſtituunt. Inde rex cum Ragenoldo proficiſcitur in partes Victuriaci caſtri quod tenebat VValterius quidam qui nuper à rege defecerat & cum ipſo caſtro ſe Heriberto ſubdiderat. Cuius villas deprædationibus incendiíſque deuaſtant, necnõ Pontigonem fiſcum quem Heribertus inuaſerat, aliámque munitionem Rex contra Victuriacum inſtruit, & quoſdã ſibi fideles ex paribus VValterij ad cuſtodiã ibi dimittit, ipſámque munitionẽ Odalrico abbati cuidam ex Burgundia cõmittit, & ſic Laudunum repetit. Nec mora, Remos cum regina reuertitur. Artoldus Archiepiſcopus in monaſterio ſãcti Baſoli monachos mittit expulſis clericis qui ſeruiebãt ibi, cõmittẽs illud Hincmaro & Rotmaro abbatibus.

ANNO nongenteſimo quinquageſimo tertio incipiente, Hugo princeps legatos mittit ad regẽ Ludouuicũ pro pace & cõcordia inter ipſos firmanda, petens vt Regina Gerberga ſuũ petat colloquiũ. Quod & fecit, muneribúſq; ab eo honorata Remos rediit: Obtinuítque Hugo à rege vt

munitio quæ contra Victuriacum caſtrum cōſtructa fuerat, ſolueretur. Placitum ergo concordiæ ac pacis rex & Hugo mediante quadrageſima iniere Sueſſionis. Exoritur interea inter Othonem regem, & Liudulfum filium eius, Cōradum quoque ducem & quoſdā regni ipſius primates diſcordia. Nato ſiquidem regi filio ex moderna coniuge, ferebatur eidem puero rex regnum ſuum promittere, quod olim priuſquā Italiam peteret, Liudulfo delegauerat, & magnates ſuos eidem promittere fidelitatem iureiurando fecerat. Rex igitur Cōradum à Ducatu Lotharienſium remouet, & Cōradus quęrebat vt regē caperet. Quo comperto Rex caute ſe agere cepit, de interitu vero Conradi quærere, Conradus autem oppida ſua munire. At Ragenarius ei iam dudum inimicus, quoddam ipſius obſidet munitiſſimum caſtrum. Collecta igitur Conradus, quanta potuit, militum manu ad reſoluendam properat obſidionē. Quibus mutuo cōgreſſis & pluribus vtrimque interemptis, Conradus in fugam verſus eſt & in vrbem Maguntiam ingreditur. Interea Gerberga regina Lauduni geminos eſt enixa, quorum vnus Karolus, alter vocatus eſt Heinricus. Sed Heinricus mox poſt

baptiſmũ defunctus eſt. Synodus quinque Epiſcoporum apud ſanctum Theodericũ in territorio Remenſi celebratur, Artoldo Archiepiſcopo pręſidente. ad quã vocatus * Ragenaldus comes ob res Eccleſiaſticas ab eo peruaſas venire noluit, ſed deprecatus eſt regem, ne excommunicaretur vt ad ſynodum mitteret. Cuius excommunicatio rege petente tunc intermiſſa eſt. Otto rex vrbem Maguntiam vbi Cõradus ſe receperat, obſidet, tãdémque poſt duos fere menſes cum egreſſo ad ſe Conrado locutus & obſidibus ab eo acceptis, trans Renũ regreditur. Nec mora Conradus dimiſſo Maguntiæ militum ſuorum præſidio, Mettenſem appetit vrbem, quam mox futura peruadit inreptione. Otho rex vocatus à fratre Heinrico, Baioariam petit quam filius eius Liudulfus, captis quibuſdã vrbibus, deuaſtabat. Conradus Metẽſim quoque vrbem poſt non modicam ipſius deprædationẽ, hortatu, ceu fertur, Agenoldi abbatis reliquit. VVicfredus Colonienſis antiſtes defungitur, & Bruno frater regis Othonis inibi pontifex ordinatur: cui etiã rex Otho regnum Lotharię ſe committit. D. Ingenoldus

ANNO nongenteſimo quinquageſimo quarto præmemoratus Cõradus pacto cũ

Hungaris inito eos per regnũ Lotharienſe deducit vſque in terram Ragenarij ſcilicet æmuli ſui atque Brunonis Epiſcopi. Niminiaq' peracta deprædatione, cũ præda magna captiuorumque multitudine regnum ingrediuntur Ludouuici, ſicque per pagos Veromãdenſem, Laudunenſem atque Remenſem, Catalaunenſem quoque tranſeũtes, Burgundiam intrant: Quorum nõ parua manus tam præliis quam morbis interiit, cæteri per Italiam reuertuntur in ſua. Ludouuicus filius regis Lauduni defungitur. Ludouicus rex egreſſus Lauduno Remẽſem, veluti moratur⁹, repetiit vrbẽ. Antequam verò ad Axonẽ fluuiũ perueniret, apparuit ei quaſi lupus pręcedens, quẽ admiſſo inſecutus equo, prolabitur grauiterque attritus Remos defertur, & protracto lãgore decubans, Elephantiaſis peſte perfunditur. Quo morbo confectus diẽ clauſit extremum, ſepultuſque eſt apud ſanctũ Remigium. Gerberga regina mittit ad Hugonem, eius cõſilium & auxilium petens, quã ille ad colloquium aſciſcit, & venientẽ honorifice ſuſcipit atque conſolatur, ac de prouectione filij eius in regnum pollicetur. Liudulſus expulſo Heinrico patruo ſuo, totius Baioarię nanciſcitur principatũ. Lo-

tharienſes tam Conradi ducis infeſtationibus, quã mutuis inter ſe deprædationibus lacerantur.* Fulcarius decanus monaſterij ſancti Medardi Nouiomenſium Remis ordinatus Epiſcopus. Fredericus frater Adelberonis Epiſcopi Hugonis principis filiam ducit vxorẽ. Rauciacum munitionẽ Ragenaldi Heribertus Comes per quoſdã ſatellites ſuos furtiua inuadit inruptione. Lotharius puer filius Ludouuici apud ſanctum Remigiũ rex cõſecratur ab Artaldo Archiepiſcopo, fauente Hugone principe ac Brunone Archiepiſcopo, cæteriſq; præſulibus ac proceribus Franciæ Burgundiæ atque Aquitaniæ. Burgundia quoque & Aquitania Hugoni dantur ab ipſo. Caſtrũ Rauciacum Ragenoldo redditur datis quibuſdã villis Heriberto ex parte Ragenoldi, & regina Gerberga cum filio rege Laudunum reuertitur. Nec lõgum poſt milites Ragenoldi quandam munitionem Heriberti, quæ dicitur Mons-felicis, trans Maternam fluuium clandeſtina irreptione capiunt. Heribertus igitur & Robertus frater eius eandem munitionem obſident, & Heribertus legatos Remis ad Ragenaldum mittit pro reddendo ſibi oppido. Abnuit Ragenoldus, niſi ab obſidione diſce-

*M. Fulcanus*

datur & ad examinis rationem conueniat pro ſubreptis mutuo ſibi caſtris. Quo facto, villas recipit ab Heriberto quas pro prædicto caſtro dederat, & oppidū Mōtis-felicis Heriberto reddit. Albrico patricio Romanorū defuncto, filius eius Octauianus, cum eſſet clericus, principatum adeptus eſt, quique poſtea, defuncto Agapito ſuggerentibuſque ſibi Romanis, Papa vrbis efficitur.

Anno nongenteſimo quinquageſimo v. Rex Otho Hungaris de locis ſuis prædatum progredientibus obuiam profectus pugnauit cum eis & vicit, nec eos ingredi regna ſua permiſit. Hugo princeps Gerbergam reginam cum filio ſuo rege Lothario Pariſius honorificè ad paſcha ſuſcipiens decenter ſecum per plures detinuit dies. Inde cum ipſo rege in Aquitaniam profectus vrbē Pictauim petiit: VVillelmū vero ibi nō inueniunt, ipſam tamen vrbē obſident, diuque in eadem obſidione reſidētes nihil proficiunt, caſtrum tamen ſanctæ Radegundis vrbi contiguum Ragenoldus comes clandeſtina irreptione cepit, & ſuccenſum eſt. Tandem poſt duos menſes exercitu victus indigentia fatigato, ab obſidione diſceditur. VVillelmus collecto

exercitu ſuo exercitum regis inſequitur. Quo audito, Rex & Hugo contra redeunt. Quorum multitudine comminus viſa VVillelmus in fugam vertitur. Quem regiæ acies inſecutæ, multos Aquitanorum interimunt, nonnullos nobilium viuos capiunt: VVillelmus cum paucis vix euadit. Hungari cum immenſis copiis & ingenti multitudine Baioariam ingrediuntur, volentes venire in Franciam. Contra quos Otho Rex cũ Buriſlao Sarmatarum principe & Conrado iam ſibi pacificato pugnauit, & eoſdem Hungaros interimens cunctos pene deleuit. Conradus autem qui valde fortiter ea die pugnauerat, & regem pręcipue de victoria cõfortauerat, ibidem peremptus eſt. Poſt hoc bellum, pugnauit Rex Otho cum duobus Sarmatarum regibus, &, ſuffragãte ſibi Buriſlao rege quem dudum ſibi ſubdiderat, victoria potitus eſt. Fulchario Epiſcopo defuncto tandem poſt quinque menſes Hadulfus quidam Laudunenſis clericus à Nouiomenſibus electus, ab Artaldo, Roricone & Gibuino Remis ordinatur Epiſcopus.

Anno nongenteſimo quinquageſimo VI. Rex Otho placitum habuit apud * Enguheein cum Lotharienſibus, à quibus & *D. Engulenheim*

obſides accepit de cunctis pene ipſorum oppidis. Item aliud placitum ab eo poſt Paſcha Coloniæ habitum eſt, vbi non paucos à Lotharienſibus theſauros accepit, moxque peſtilentia ſuper Germaniam omnemque Galliam effuſa, interiere nonnulli, plures graui ſunt langore confecti. Rotbertus Treuerenſis Epiſcopus, Ragnarius & Baldricus, ac duo alij Epiſcopi ex ea peſte ſine mora defuncti ſunt. Lotharius Rex munitionẽ quandam ſuper Carum fluuiũ, quã Ingenarius Comes Vrſioni cuidã Remenſis eccleſiæ militi abſtulerat, pugnãdo recepit, & infantes Ragenarij ac milites quoſdam ibidem inuentos ſecum abduxit, ipſumque caſtrum direptũ incendit. Hugo princeps obiit. Gerberga regina colloquiũ habuit cum Brunone fratre ſuo, vbi prædicto Ragenario ſui milites & infantes reddũtur. Reginæ vero poſſeſſiones, quas illi quondam Giſlebertus dux dotis nomine dederat, reſtituuntur. Epiſcopatus
Hayrico D. Treuerenſis cuidã * Heinrico regis Othonis propinquo datur. Fulbertus Camaracẽſis Epiſcopus defungitur, & ipſum Epiſcopium cuidam Berẽgario trãſrenenſi clerico tribuitur nepoti Bouonis Catalaunẽſis quondam Epiſcopi, quique Remis or-

dinatur ab Artoldo Epiſcopo.

Anno nongenteſimo quinquágeſimo ſeptimo quadam nocte in menſe Ianuario illuſtrata eſt Eccleſia Remenſis ſanctæ Dei genitricis repente paulo poſt mediá nocté magno ſplendore, præſente domno Artaldo Archiepiſcopo, admirante quoque pariter VVithardo cuſtode. Lotharius Rex in ſuperiorem profectus eſt Burgundiam. Bellorum tumultus agitantur inter Brunonem ex præſule Ducem & * Ragenariũ Comitem cæteróſque Lotharienſes. Item in Francia inter Balduinum filium Arnulfi & Rotgarium quondam Erluini ob caſtrũ Ambianenſe. Rotbertus filius Heriberti ſe Lothario regi committit. Lotharius Rex cum matre ſua & * amita ſua relicta, Hugoni obuiam pergit in pagum Camaracenſem auunculo ſuo Brunoni. Videns verò Ragenarius non poſſe ſe venienti reſiſtere multitudini, ad Brunonem venit: At quia quæſitos dare noluit obſides, eum Bruno comprehendens ſub cuſtodia ſecum deduxit; nec multo poſt trãs Renum in exilium miſit. Liudulfus Othonis filius qui pene totam obtinuerat Italiam, obiit ſepeliturque Maguntiæ apud ſanctum Albanum.

D. Ragnarium

M. amica

Anno nongenteſimo quinquageſimo

octauo, Caſtrum Codiciacum quidam fideles Artaldi præſulis clandeſtina capiunt inruptione. Harduinus ſubiectus Tetbaldi, cui Tetbaldus idem commiſerat caſtrum, videns oppidum captum, cum ſuis confugit in arcem. Erat autem turris illa firmiſſima, ad quam expugnandam veniens Rex Lotharius cum domno Artaldo, & nonnullis aliis Epiſcopis atque Comitibus, per duas fere hanc obſidet ebdomadas. Tandem nepotibus Arduini acceptis obſidibus, ab obſidione diſceditur. Tum Tetbaldus adueniens oppido nõ recipitur, reuerſuſque per pagum Laudunenſem & Sueſſionicum rapinis deſæuiens in ſua regreditur. Homines Tetbaldi munitionẽ quãdam quę vocatur Fara, tradentibus eam ſibi quibuſdam proditoribus, capiunt. Ad quam obſidendam Rorico præſul Laudunenſis cum militibus Eccleſiæ Remenſis & aliis quoſcumque aſciſci potuit, amicis aduenit. Rege tandem Lothario aduentante, mediantibus Heriberto ac Rotberto fratribus, caſtrum iuſſione Tetbaldi redditur. Otho Rex * aduerſus Sarmatas abiit. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus cum exercitu Lotharienſium per Franciam proficiſcitur in Burgundiam, locuturus cum ſororib.

D. bellũ a. S. habuit

ſororibus ac nepotibus ſuis.

ANNO nongenteſimo quinquageſimo VIIII. Bruno † etiam in Franciam venit, & D. iterum
apud Compendium cum regina ſorore ac nepotibus ſuis diſcordãtibus pro quibuſdam caſtris quæ Rex Lotharius ex Burgũdia receperat, colloquium habuit. Obſidibúſque datis pacem inter ipſos vſque in futurum † tempus placiti pepigit. Lo- D. placitũ
tharius Rex cum matre regina Coloniam proficiſcitur in diebus Paſchæ, moraturus hac feſtiuitate cum auunculo ſuo Brunone: dataque illi ſecuritate de regno Lothurienſe, & quibuſdam acceptis ab auunculo donis, Laudunum reuertitur. Lotharienſes à Brunone duce deſciſcunt, ſuadente quodam Immone qui eius pridem conſiliarius extiterat & ab eo nuper receſſerat, propter oppida quædam ipſorum nouitia quæ idem dux euerti præcipiebat, aliáque onera ipſis inſueta quæ illis imponere velle ferebatur. Quibus poſtmodum † reuocatis, Fredericum quen- D. euocatis
dam Comitem eis vice ſua præfecit. Arnulfus comes Remis venit, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ non modico argenti põdere munerauit. Vnde arcæ quibus ſãcti Calixti ſanctiq; Nicaſij ac ſanctæ Eutropiæ mem-

bra cæterorumque ſanctorum quorũdam pignera continentur, ornatæ vel coopertæ ſunt. Sed & quendam Euangeliorũ huius Eccleſiæ librum auro argentoque decorauit; Monaſterio quoq; ſancti Remigij dona cõtulit. Caſtrum Diuionum Rotbertus comes inuadit, regis expulſis fidelibus.

*D. accitus* Quapropter * accinctus Bruno regis ac reginæ petitione in Burgundiam venit cum Lotharienſibus aliiſque ſibi ſubditis populis, idémque caſtrum, ſed & Trecas ciuitatem quam prę̃fatus potiebatur Rotbertus, obſidione vallat.

ANNO nongenteſimo quinquageſimo decimo apud Altmontem caſtrum proditores quidam deprehenſi ſunt à Manaſſe nepote Domni Artaldi præſulis ac dãnati ſuſpendio: inter quos etiam presbyter quidam. Munitio quam vocant Macerias, ſitã ſupra Moſam infra terram Remẽſis Eccleſię, Artaldo Archiepiſcopo redditur * corã

*deſunt hæc in Diu.ex.* Frederico Lotharienſium duce, ] à Lantberto qui eam tenere prohibebatur. Ri-

*Diu. principis* chardus filius VVillelmi Nordmãnorum

*D. Tranſſequani* * princeps filiã Hugonis * trans Sequanã quondam principis duxit vxorem. Diuionem quandam munitioné quam regis Lotharij fideles tenebant, Rotbertus frater Heriberti fidelem regis ſe fallens, dolo in-

greſſus inuadit regiis expulſis cuſtodibus. Ad quam recipiendam rex cum matre regina profectus ipſum obſidet caſtrũ. Bruno præſul cum Lotharienſibus & aliis ſibi ſubditis illuc adueniens, obſides à Rotberto accepit quos regi tradidit. Quorũ vnus Odalrici comitis filius proditor comprobatus & iudicatus atque decollatus eſt: alter viuus retentus. Otho & Hugo filij Hugonis mediãte auunculo ipſorum Brunone ad regem veniũt ac ſui efficiũtur: quorum Hugonem rex Ducem conſtituit addito illi pago Pictauenſi ad terram quam pater ipſius tenuerat, cõceſſa Othoni Burgundia. Audiens autem Bruno quoſdam aduerſum ſe Lotharienſium inſurgere, illò cum feſtinatione regreditur, rege ad obſidionem cum ſuis cõſobrinis dimiſſo. Quidam Brunonis hoſtium Rotbertus nomine, † Manuuium caſtrum muniebat, alter Immò munitionem quam dicunt Capræmontem: ad cuius obſidionem approperãs Bruno, loca circumquaque rebus exhauſta reperit, ſicque abundantem alimentis obſidet hoſtem. Datis ergo treugis, Coloniam ingreditur. Rex quoque Lotharius Diuionis munitione recepta, intromiſſiſque cuſtodibus ſuis, Laudunũ reuerſus eſt.

*D. Namurum.*

Anno poſt nongenteſimum LXI. VVido præſul Antiſiodorenſis obiit. Otho filius Hugonis quondam principis ad regem Lotharium in ipſis feſti Paſchalis diebus Laudunum venit: ſed & nonnulli tam Franciæ quam Burgundiæ proceres. Placitum regale diuerſorumque cõuentus principum Sueſſionis habetur, ad quod impediendũ ſi fieri poſſet, Richardus filius VVillelmi Nordmanni accedens, à fidelibus regis quibuſdã peruaſus & interemptis ſuorum nonnullis in fugam verſus eſt. Hugo filius Rotgarij quondam Comitis defungitur & apud ſanctum Remigium ſepelitur. Artaldus Remenſis Archiepiſcopus deceſſit pridie Kal. Octobris. Lotharius Rex cum matre Gerberga regina & quibuſdam Franciæ proceribus Burgundiam petiit: quò quidam ex Aquitaniam præſules ac primates ad eum venerunt.

Anno nongenteſimo ſexageſimo ſecundo, Gerberga regina fratris Brunonis colloquium petiit, eique hic frater eius, ne Hugoni Remenſe redderetur Epiſcopium prout * frater eius petebat, ſuggeſſit. Otho Rex Romam pacifice adiit, & amabiliter exceptus atque honore illic imperiali ſublimatus eſt. Quod Berengarius Italiæ

*D. fratres ipſius petebant*

rex indigne ferens, regiones quas regere debebat, incēdere atq; vaſtare cœpit. Rex Lotharius locutus cum Hugone conſobrino ſuo, petitus eſt ab eo vt præfato Hugoni Remenſem reſtituat Epiſcopatum, indéque inducias paciſcūtur vſque ad medium menſis Aprilis. Synodus tredecim Epiſcoporum in pago Meldenſi ſuper Maternam fluuium ex Remenſi videlicet ac Senonenſi dioceſi celebratur, præſidente Senonenſi præſule, ſatagentibus quibuſdā Epiſcopis vt Hugoni ſæpedicto redderetur Remenſe Epiſcopium, renitētibus autem præcipue Roricone Laudunenſi & Gibuino Catalaunenſi præſulibus, & aſſerentibus quod à tot Epiſcopis excommunicatus à minore numero abſolui non poterat. Ita relinquitur vſque ad interrogationem Papę Romani. Rex Lotharius cum Arnulfo principe locutus pacem fecit inter ipſum & nepotem ipſius omonimum eius, quem infenſum hic comes habebat ob necem fratris eiuſdem, quem de † infirmitate deprehēſum idem comes interimi fecerat. Tunc ipſe princeps omnē terram ſuam in manu regis dedit, ita tamen vt ipſe in vita ſua indè honoratus exiſteret. Tetbaldus † quidem cum Nordmānis conſili-

*D. infidelitate*

*D. quidā*

gens victus eſt ab eis, & fuga dilapſus euaſit: Qui ſeniorem ſuum Hugonem proinde † offenſum habens ad regem venit: à quo, ſed & à Gerberga regina, benigne ſuſceptus & miti conſolatione refocillatus abſceſſit. † VVlfoldus abbas monaſterij ſancti Benedicti præſul efficitur Carnotenſis. Legatio veniens ab Iohanne Papa intimat præfatum Hugonem quondam Epiſcopum tam ab ipſo Papa quam ab omni Romana Synodo excommunicatum: ſed ab alia Synodo apud Papiam celebrata. Cuius legationis redditi certiores per Brunonem Archiepiſcopum, elegimus ad Epiſcopum Remenſem Odalricum illuſtrem clericum Hugonis cuiuſdam Comitis filium, fauente Lothario rege cum regina matre præfatóque Brunone: quique Remis ordinatur ab Epiſcopis VVidone Sueſſionico, Roricone Laudunenſi, Gibuino Catalaunenſi, Hadulfo Nouiomenſi, VVicfredo Virdunenſi. Die natiuitatis Dominæ noſtræ Dei genitricis dæmoniacus quidã ſeruus Gerbergæ reginæ nudus accurrens per mediã Eccleſiam vſque ad altare ibidem proſtratus iacuit vt mortuus, tandèm à nequam ſpiritu ſurgens purgatus eſt. Ipſa die qui-

D. infenſum

VVifaldus D.

dam cęcus nomine Heribertus, ibidem eſt inluminatus.

Anno nongenteſimo ſexageſimo tertio † Odalricus Remenſis Archiepiſcopus proceres Franciæ qui poſſeſſiones quaſdam Remenſis occupauerant Eccleſiæ, vocari fecit. Ego vero fractus ætate & attritus infirmitate miniſterio me abdicaui prælaturæ, coram eodem præſule: quique me hoc abſoluens iugo impoſuit illud per electionem fratrum meorum nepoti meo † Frodoardo ſeptuageſimo ætatis meæ anno. Catalaunenſem vrbem, præſule Gibuino egreſſo, Heribertus & Robertus fratres obſident, explicitíſque tandem nundinis, igne ſuccendunt. Milites turre loci quadam conſcenſa liberantur.. OA.

D. Odelricus

Diu. Flodoardo

Anno nongenteſimo ſexageſimo quarto Hiems magna & aſpera valde fuit vſque Kalendas Februarij menſis. Domnus præſul Odelricus Tetbaldum quendam procerem excommunicat propter caſtrum Codiciacum & quædam prædia ſancti Remigij, quæ improbe obtinuerat & pertinaciter retinebat. Heribertus Comes villam Sparnacum ei reddidit, & amicitiam præfati præſulis impetrauit. Cæteras quoque villas Remenſis Eccleſiæ quas occu-

pauerat, eidem Pontifici repetenti non ambigit reddere. OB.

ANNO nongenteſimo ſexageſimo quinto. Otho filius Hugonis qui Burgundiæ præerat, obiit: & rectores eiuſdem terræ ad Hugonem & Odonem clericum fratres ipſius ſeſe conuertunt. Arnulfo quoque principe decedente, terram illius rex Lotharius ingreditur, & procceres ipſius prouinciæ, mediante Roricone præſule Laudunenſi, eidem ſubiiciuntur regi. Quo Laudunum repetente, mater ipſius Gerberga regina cum filio Karolo puero ibidem remanſit. Odelricus Archiepiſcopus Sparnacum ab Heriberto recepit & Codiciacum à Tetbaldo, quemque à vinculo excommunicationis abſoluit, & filio ipſius qui eidem ſe cõmiſerat, ipſum conceſſit caſtrum. Otho Imperator ab vrbe Roma regrediens Coloniam venit: ibique Gerbergam reginam ſororem ſuam cum filiis Lothario rege Karoloque puero ad ſe venientem excepit, & cum eis aliiſque magnis proceribus placitum magnum habuit. Qui Romæ Octauiano Papa à quo fuerat ſuſceptus & ad imperij regenda gubernacula benedictus, ab vrbe digreſſo, & ſæpe illum reuocante Impera-

tore, à quo quia de inreligioſitate ſua corripiebatur, reuerti nolente, congregata ſynodo, Iohannem illuſtrem quendam eiuſdem Eccleſiæ clericum per electionem Romanorum, Papam ordinari fecit. Sed eo Papiam ingrediente, Octauianus à Romanis recipitur: nec multo poſt vita deceſſit. Iohanne vero cum Imperatore demorante Papiæ, Romani quendam Benedictum ipſius Eccleſiæ ſcriniarium eligunt atque pontificem ſibi ordinari faciunt, qui in Iohannis electione cõſenſerat & eidem ſubditus extiterat. Imperator Otho Romam reuerſus conuocata magna ſynodo Iohanne in ſede ſua reſtituto, Benedictum † Epiſcopum totius ſynodi iudicio depoſitum ſecum abduxit & in Saxoniam direxit. D. Epiſcoporum

ANNO nongenteſimo ſexageſimo ſexto Lotharius rex vxorem accepit Emmam filiam * regis quondam Italici. Odelricus Archiepiſcopus Ragenoldum comitem excommunicat pro villis Eccleſiæ Remenſis quas pertinaciter detinebat, & ipſe Comes loca quædam eiuſdem Epiſcopij cum ſuis peruadens rapinis incendiiſque deuaſtat.

*In Diuion. ex. hoc loco additum eſt.* Eodem tẽpore directæ ſunt literæ à quodã comite Duci Aquitanorum hæc cõtinentes. Duci Aquitanorum G. Raynaldus comes Portinẽſis quicquid quilibet bonus æſtimat primum. De collocutione noſtra & de profectione de qua me monuiſti, cõtradico omnino. Nam ætas & alia impedimenta officiunt itineri noſtro. Sed de genealogia ſeu de parẽtela quã me præſente narrare volebas, quod inde noui, litteris tibi mea cura mandat. Mathildis & Alberada filiæ fuerunt Gerbergę. De Mathilde proceſſit Rodulfus rex, & Mathildis ſoror eius. De Alberada Ermentrudis. De Mathilda filia Mathildis, Berta. De Ermentrudę Agnes. De Berta Geraldus Geneuenſis. De Agnete VVido.

*Et hic deficit illud exemplar. Quæ ſequuntur, ſunt ex alio vetuſtiore.*

HVC VSQVE CHRONICA FRODOARDI PRESBYTERI.

IPSO anno vir vitæ venerabilis & Remenſis Eccleſiæ presbyter nomine Frodoardus, honore ſanctitatis venerandus, caſtitatis ſplendore angelicus, fulgore ſa-

pientiæ cælitus ceterarumque virtutum inſignibus habundanter oppletus, præcedentis libelli aliorumque librorum dictator egregius, quinta Kalendas Apriles terrenæ peregrinationis relinquens exilia, ciuica, vt credimus, adeptus eſt iura. Mira & inaudita inundatio pluuiæ & fragor tonitrui ac coruſcatio fulgoris decima Kalendas Auguſti accidit.

DCCCCLXVII.

DCCCCLXVIII.

DCCCCLXVIIII.

DCCCCLXX.

DCCCCLXXI.

DCCCCLXXII.

DCCCCLXXIII.

DCCCCLXXIIII.

DCCCCLXXV.

ANNO nongēteſimo * ſexageſimo ſexto deſtruxit Adelbero nomine non merito Archiepiſcopus arcuatum opus quod erat ſecus valuas Eccleſiæ ſāctæ Mariæ Remenſis, ſupra quod altare ſancti Saluatoris habebatur & fontes miro opere erant poſiti. Et in ipſo tempore quadrageſimo, maioris ebdomadæ feria quarta, tertia decima Kalendas Maij, indictione quarta, circa mediam diem, bellum agitur inter Ka- LXXVI.

rolum regis filium fratrem & Godefridum atque Arnulfum Lotharienſes comites. In quo bello ceciderũt ex parte Karoli de proceribus Emmo de Longia, qui erat miles Hugonis ducis, Ahetdo fideles Karoli & alij: Ex parte vero Godefridi multo plures, & ipſe Godefridus lancea perfoſſus ad terram cecidit: Tãdem à ſuis poſt Solis occaſum vtcumque ſublatus deportatuſq; eſt, qui poſtea per ſpatia temporum vixit, ſed numquam priſtinæ ſanitati pleniſſime reſtitutus fuit. Arnulfus quippe, vt ferunt nõnulli, fugam tandiu remeans tenuit quouſque in propria veniens, quieſcere quiuit. Ipſo in anno tertia decima Kalendas Ianuarij præſul Rorico ſanctæ Laudunenſis Eccleſiæ, qui erat langore paraliſis correptus, poſt multas ac debitas Deo pro ipſa infirmitate redditas gratias, vita deceſſit, videlicet vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli poſt laudes Dei matutinales. Ipſo anno circa menſem Auguſtum, ſeptem denariis emebatur vini modius.

Anno nongenteſimo ſexageſimo ſeptimo Adelbero iuuenis qui erat ex Lotharij natus regno Roriconi Epiſcopo ſucceſſit tali modo. ſeptima decima Kalendas Fe-

bruarij in natale ſancti Marcelli Papæ, donum Epiſcopij Laudunenſis Eccleſiæ in ipſa accepit Eccleſia Lotharij regis largitione: deinde nona Kalendas Aprilis vigilia videlicet annũciationis dominicæ, presbyter ordinatus in præſcripta ſanctæ Mariæ Eccleſia ab Archiepiſcopo Adelberone. Remis denique poſtea Kal. Aprilis Epiſcopus eſt ordinatus in ſancto palmarum die. Exin Laudunum rediens ſacrum Chriſma ſacrauit Eccleſiaſtico more. Die vero paſchæ primum in propria reſedit ſede. Hadulfus Nouiomenſis Epiſcopus qui erat tempore prolixo paraliſi peſſime percuſſus, natiuitate ſancti Iohannis baptiſtæ, quæ tum temporis dominica accidit die, ſpiritum exalauit. Ipſo anno tempore vindemiæ magna fuit copia vini in tãtum, vt nõ amplius pro vini vno modio venditores niſi aut quinque, aut quatuor ſeueros denarios ab emptoribus accipiebant.

Anno nongenteſimo ſeptuageſimo octauo * vir dñi Malcallinus natione Hibernicus in vigilia ſancti Vincentij læuitæ & martyris vitam tranſitoriam quam habebat exoſam deſeruit, & cũ domino cuius indeſinenter * dum adhuc viueret ſeruiuerat, viuere fœliciter inchoauit. Qui præ- *f. Virduni*

fatus abbas in corpore humatus quieſci in Eccleſia beati Michaëlis Archangeli, cuius abbatiam dum corporaliter in hoc ſeculo maneret, pio moderamine rexit.

EXPLICIT.

*Diuionenſis codex quo in Frodoardi editione non parum adiuti ſumus, ſtatim initio ſuperioris Chronici, alieno ſane loco, habuit ſomnia ſiue viſiones Flotildæ cuius ſub anno* DCCCCXL. *mentio eſt, quæ etſi ad rerum hiſtoriam parũ pertinere videri poßint, & verò in vetuſtiore exemplari non extent, omiſſa tamen noluimus, ſed hic adiici curauimus.*

ANNO Dñicæ incarnationis DCCCCXI, Oſtenſæ ſunt viſiones quæ hic ſunt deſcriptæ, cuidã virgini puellæ nomine Flothildæ in Lauenna Remenſis territorij villa, quas vidit prænominato anno, in menſe Martio, in quadrageſimali ieiunio.

Primum quidem raptam ſe vidit eſſe in ſpiritu, & aſſiſtere in quodam miræ pulcritudinis loco, vbi redemptorem noſtrum ſe vidiſſe narrabat ſedẽtem & quaſi innixum,

vel accubantem ſupra beati Petri Apoſtoli pectus. cui aſſidebat etiam beatiſſima Dei genitrix virgo Maria, quæ beatum Petrum rogauit, vt hanc puellam ſibi donaret. Eſt enim ſubiecta monaſterio ſancti Petri nomine Auennaco. Viditque abeuntes inde dominum noſtrum & ſanctum Petrum: beatam vero Mariam quaſi triſtem inibi remanſiſſe. Tum vidit ſe hæc puella altius ſubleuari, & luminaria circa ſe, quaſi candelas adhibitas. Deinde vidit columbam cādidiſſimam volantem, de cuius ala dextera decidere ſibi videbatur penna. poſtea ſtellas ſibi appropinquātes ſeque vltra lunam ferri conſpexit, miramque gloriæ pulcritudinem intueri. Item poſt dierum quindecim ſpatium ad eundem ſe locum raptam vidit, vbi erat multitudo ſenum triſtantium, inter quos videbatur quidam pulcherrimus ſenex canicie niuea decorus, alba indutus, qui contra prædictos cæteros ſenes videbatur iraſci, quique hāc puellam viſus eſt ducere in quandam planiciem vbi erat arbor valde pulcra, huncque locū ſancti Mauricij dixit eſſe, & hanc puellam ibidem præcepit orare, ibique iuſſit eam ſanctum Laurentium & ſanctum Hilarium deprecari. Hæc vbi cœpit illa referre, poſtea

audiuit dæmones in nocte quaſi extra domum patris ſui vbi illa degebat, ſonitum magnum confuſo furore facientes. Tunc apparuit ei quidam clericus reueſtitus, ſacras oblationes niuei candoris ferens in manu. Sequenti nocte vidit ſe in medio armatorum equitum poſitam qui eam comprehendere nitebantur, ſed contingere nequaquam valebant. Vnde & inter ſe valde fremebant. Deinde alia nocte vidit ſe ab his comprehendi, & in quendam puteum iactari, ſeque exinde raptim, vbi ad mediũ eius deuenit, erui, ac ſuper eos deferri. Quã idem inimici iterum captare volebant: ſed aduenientes duo præclari clerici eam exinde auferebant & in quendam pulcherrimum locum, inimicis inſequentibus, deportabant; eamque non eripere de manibus perſequentium poterant cum eam in quodam lectulo ſtratis cooperuiſſent. Hoſtes enim eam accipientes in quãdam vallem profundiſſimam detulerunt, vbi eam deiecere volebãt, ſed non poterant: reportarunt autem eam ad quãdam aquam maximam vbi eãdem niſi ſunt proieciſſe. quæ vidit aquam ipſam mox diuidi, & inimicis diſparentibus, ſe licenter egredi. In ipſo vero egreſſu, videbatur canis candidus eidem

adgau-

adgaudere, quem tamen illa timens pertranſiit, & ad quendam locum in medium decentium clericorum deuenit, qui eam gratanter excipiebant & potum ei in vaſe pulcherrimo, quaſi aquam clariſſimam, offerebant. Item alia nocte vidit quatuor dęmones vbi erat, ingredientes, quos valde timuit, & cum ſe ſignare vellet, vnus eorũ quaſi minitans prohibebat, dicens, quod hoc anno adhuc eorum regnum foret. Vidit etiam Sanctum Remigium & ſanctum Lantbertum cum multitudine abbatorum clericorum libros tenẽtium & pedibus nudis aſſiſtẽtium: inter quos vidit Artoldum Epiſcopum. Beatum vero Remigium audiuit dicentem cum mœrore, quod Francica terra decorẽ & poteſtatem ſuam perdidiſſet, niſi generaliter populi dominũ deprecarentur ieiunantes certis feriis & Dei miſericordiam implorantes. Artoldum vero præſulem increpauit quod Deo ſeruire debuiſſet, qui in tam magnum periculum introiſſet. Ad quam increpationem ipſe præſul foras egreſſus eſt, & ab igne abſumi viſus eſt. Deinde beatum Remigium conquerentem cum cæteris audiuit, quid Frãci de ſuo rege facere vellẽt qui per ipſorum petitionem mare tranſierat, & cui fidelita-

tem iuramento promiſerant: & quia mentiti Deo & ipſi regi fuiſſent, & quia Rex ſuper illum niſi Deus, regnaturus non eſſet dum ipſe aduiueret. Vidit quoque Artoldum Epiſcopum à quatuor clericis ex præfato incendio eripi: colloquebatur etiam inter ſe præfata multitudo clericorũ, quod ſacerdotes Dei non faciebant miniſterium ſuum. Et ſanctum Lantbertum, in cuius honore Eccleſia ipſius villæ dedicata eſt, audiuit à ſe requirẽtem, vbi eſſent reliquiæ ipſius loci. Vnum autem ex ipſis ſanctis clericis de iuramentis quæ tam innumerabiliter fiunt, querentem audiuit, & ſanctum Martinum de ſignis quare non fiebant, ſcilicet, quia Deo non placebat, loquentem. Et quomodo ſtarẽt maiora altaria, ſi minora deciderẽt. Præcepitque illi ſanctus Lãtbertus vt ea quæ viderat, enarraret. Poſtea cum veniſſent ad ciuitatem homines illarum villarum inter quos habitabat, Deum precaturi cum crucibus, vidit veniens cum eis vbi appropiauerunt ad murum ciuitatis, ipſum murum dæmonibus opertum: Beatum vero Remigium & ſanctum Martinum deforis eiſdem crucibus obuiantes: Ad quos dæmones loquebãtur, dicentes, quod eorum hæc vrbs eſſet, eo quod opera

ipſorum inibi fierent. Audiuitque beatum Remigium ad ipſos dicentem, quod ea die opera Dei ad hanc vrbem accederent: qui quaſi lacrymans & triſtis, cum ſancto Martino vrbem ingreſſus eſt, & poſtea ipſos nō vidit donec in Eccleſiam introiit, ibique iterum eos vidit quaſi flexo genu orantes. Poſt hæc alia vice vidit Sanctum Petrum & ſanctum Martinum præcipientes ſibi vt veniret ad Hugonem filium Heriberti Comitis, cui tunc redditus erat Epiſcopatus Remenſis, & diceret ei vt prohiberet iuramenta quę tot fiebant, & maxime, Dei amorē iurare. Presbyteros etiam cū feminis habitare; & quia digni nō eſſent ſanctorū reliquias contrectare qui ipſas quoque litteras ignorarent quas legebant. Quę veniens retulit eidē Hugoni quod ſibi fuerat imperatum. Deinde in ipſa nocte Epiphaniæ vidit ſe eſſe apud ſanctum Remigium, viditque ibi multos collectos clericos & calicem ſibi dari quaſi ad offerendum ſacerdoti. quem cum obtuliſſet vni eorum, aſpexit duos ex ipſis clericis egredientes & eam vſque ad ciuitatem deducentes, atque in Eccleſiam Sanctæ Mariæ perducentes: vbi conſpexit ineſſe multitudinem dæmonum. Et dum ad chorū vſque perueniſſet,

vidit ſe à clericis recipi, & mox omnes eos receſſiſſe præter illos qui eam deduxerant, quos vidit altare ſãctæ trinitatis diſco operuiſſe atq; lauiſſe, & aqua benedicta irrigaſſe: Indeque altare ſanctæ Mariæ circumiſſe, vnique ipſorum claues cecidiſſe quas eam recipere præcipiebat, eaſque ſe vidit recepiſſe. Sed & libros eoſdem clericos contrectare videbat, de quibus dicebat vnus eorum, quare facti fuiſſent ipſi libri, cum deberent eſſe in loco vbi ſemper viderentur quæ inibi habebantur ſcripta. Tunc vidit ipſos clericos multitudinem dæmonum de eadem Eccleſia eieciſſe & extra ciuitatis * contra monaſteria puellarum expuliſſe, ibique quaſi equum candidum eoſdem dæmones in foſſatis muri conculcaſſe. In purificatione quoque ſanctæ Mariæ vidit noctu ſe eſſe in Eccleſia ipſius viuæ, & vidit ibi beatam Mariam & multitudinem ſanctorum qui altare ipſius Eccleſiæ deſtruere videbantur, atque irrigare aqua benedicta locum ipſius altaris, & tria altaria pro eo reſtituebant. Tum quidam eorum pulcherrimus omnium ſe ſuper altare, quod mediũ reſtitutum fuerat, proſternebat. Videbatur etiam loqui cum præſule noſtro Hugone, præcipiens ei vt ipſum locum exornaret:

viditque ibi multitudinem librorũ,& quaſi ſuper ipſos libros eundem præſulem noſtrum accubitantem. Poſtea quadam dominica nocte vidit ad ſe in domum patris ſui ingredientem ſanctum Petrum & ſanctum Martinum cum multis aliis: videbatque ibi duo haberi altaria, vnum ante altare poſitum & ſe offerentem oblationem ſuã. Alia vice vidit quaſi cruces illuc deferri, & aquam clariſſimã perinde currere, & duas aues candidiſſimas in eadem aqua ſe accipere ſecumque deferre. Item vidit ſe eſſe in quodam amœno loco velumque nigrũ ſe ſuper caput habere. de quo cum requiſiſſet, audiuit quod fieri nonna deberet. In nocte vero paraſceues ante paſcha, vidit ſe eſſe ante quendam locum horribilem & igne repletum, ante quem crux erat poſita ex vna parte candida, ex altera, qua ipſum locum proſpectabat, ignea, in quem locum intromitti videbat multos à dæmonibus, plures tamen & maiores foras remanſiſſe: audiebatque vocem dicentem, quod hi eſſent Archidiaconi, & Præpoſiti, Iudiceſque & Maiores, atque Decani quos ibi videbat reſidentes. Item quinta feria paſchalis feſti videbat duo vaſa legumine plena, vnum piſi, alterum lentis; ex quibus eleemoſyna

diſtribuebatur, & vas lentis exhauriebatur; vas vero piſi non deficiebat. Item ea nocte qua crux ablata fuit ab Eccleſia ſanctæ Mariæ Remis, videbat ſe eſſe ad portam ciuitatis Treuirenſem dictam, & ipſam crucem ferri à nigerrimis hominibus, linteo tamen candido coopertam: audiebatque vocem rogitantem, quid tum adoraturi iſti boni homines eſſent? & perſonas de eadem cruce cõtendẽtes audiuit, ipſamque crucẽ ab his qui eã detulerant, auferebãt. Poſtea vidit alia nocte iterum eandẽ ſe tenuiſſe, & ſubito diſparuiſſe. Cuius crucis aurum poſtea ex parte repertũ Remiſque relatũ eſt, & quidã huius auctores ſacrilegij capti atque ſuſpendio interẽpti ſunt. Præfata verò puella poſtquam viſiones prænotatas viderat, non lõgum ſuperuixit tempus, ſed quaſi poſt circulum duorum annorum, in ipſa nocte vigiliarum natalis Domini obiit, ipſaque die in Eccleſia ſancti Lantberti ſepulta eſt.

# CONTINVATIO EX ALIO CHRONICO QVOD VVILLELMI NANGII MONACHI S. DIONYSII VIDETVR, ET AD ANNVM VSQVE M. CCCI. PRODVCITVR.

ANNO DCCCCLXXVII. Goffridus & Arnulfus comites expulſi de comitatu Montẽſi à Karolo Fratre regis & Hugone Capet duce Francorum, qui congregato ingenti exercitu filios Raginarij longi-colli nepotes ſuos qui eorum filias vxores duxerant, conſenſu Lotharij regis, in hæreditatem paternam reſtituerat, Imperatorem adierunt de expulſione ſua querimoniam facientes: intimantes etiam quod rex Francorum Lotharius, quod impedimentum poſt obitum Guarnerij auctoritate Imperatoris factum exiſtimaret iniuriam ſibi in perſonis cõſanguineorũ illatam, in terra ipſius Imperatoris perſonaliter intendebat in proximo vindicare. Sed Imperator paruipendens relata, & cupiens inter ipſum & regem Franciæ conſobrinum ſuum amorem continuari, ducatum Lotharingiæ de-

dit Karolo fratri Lotharij, regémque rogauit, vt ab inſolentiis iſtis excogitatis deſiſteret, & fratris ſui motib. obſiſteret quãtum poſſet. Quod & facere ſtuduit: ſed nequiuit regis animum immutare.

DCCCCLXXVII. Lotharius Rex Francorum promiſſi non immemor, congregato exercitu valde copioſo, Lotharingiam intrat, & eam ſub ditione ſua redigit: In ciuitatéque Metenſi Baronum recepit homagia. Tranſiens inde ad palatium Aquiſgranis, vbi Imperator Otho reſidebat, omnia circumcirca diripuit, Othone, quod imparatus erat ad pugnam, cum ſua vxore fugiente: ibíque dapibus Imperatoris & ferculis iam pro prandio paratis refocillato exercitu, Rex inde diſtraxit quicquid prędabile potuit reperiri, totámque adiacentem prouinciam rapinis & incendiis vaſtauit abſque reſiſtentia, & inde ſine obice rediit in Frãciam. Otho autẽ Imperator tantam iniuriam ægreferens, & properans ad vindictam, poſt receſſum Lotharij cũ copioſo exercitu, per Lotharingiam, Franciã ingreſſus & Remenſem, Laudunenſem, Sueſſionẽſemque prouincias omnia deuaſtando pertranſiens vſque Pariſius venit, & ſuburbium ciuitatis incendit. In Francia

quoque mancns à Kalendis Octobris vſque ad Kal. Decemb. fines eius diuerſa clade vaſtauit, Eccleſiis tantum, Dei amore, immunitate conceſſa. Imperator quẽdam nepotem habebat qui ſe extollendo iactauerat quod lanceam ſuam infigeret in portam Pariſieñ vrbis. Sed ſuburbio accenſo cum ad ipſa acceſſiſſet, de ciuitate erũpentes eũdem cum multis aliis occiderunt. Iã Rex Lotharius Hugone Capucij comite Pariſienſi & Heinrico duce Burgundionũ fratre ſuo euocatis, ingentem congregauerat exercitum, cum quo ſubito irruens ſuper hoſtes eos fugere compulit, quos etiã perſequutus eſt vſque ad Sueſſioneñ vrbẽ. Illi autem ingreſſi fluminis alueum quod dicitur Axona, neſcientes vadum, maximum detrimẽtum perpeſſi ſunt. Nam plures multo conſumpſit aqua quam gladius: & tot ibi perierunt, vt etiam aqua redũdaret cadaueribus. Aqua enim repleuerat ripas ſuas. Lotharius autem conſtanter perſequens eos tribus diebus & tribus noctibus & vſque ad * flumen quod fluit intra Ardennam, interfecta ex hoſtibus maxima multitudine, cum triumpho reuerſus eſt in Franciam. Otho autem Imperator cum his qui euaſerant confuſe repatrians, non appoſuit vltra redire in Franciam.

Anno dcccci xxx. Lotharius rex Frãcorum contra volũtatem principum regni ſui Remis pacificatus eſt cum Othone Imperatore, deditque Othoni in beneficium Lotharingiæ ducatum. quod mágis corda prædictórum principum contriſtauit & maxime Hugonem Capucij Pariſieñ Comitem & Henricum fratrem eius ducem Burgundiæ. Otho Imperator Italiam repetit euocatus à Papa vt Eccleſiæ ſuccurreret: Vbi Apuliam & Calabriam Italiæ prouincias ad ius imperij Græcorum appendentes ad Imperium Ro. conatus trãſferre, maxime propter affinitatem quam occaſione vxoris ſuæ Theofaniç cum Grçcorum Imperatore habebat, à Græcis auxilio Sarracenorum victus, tædio & angore Romæ moritur, & ante B. Petri Eccleſiam in tumba marmorea honorifice ſepelitur Anno dcccclxxxiii.

Anno dcccclxxxiiii. Quoniam Lotharingi Franciam collimitantes rapinas exercebant, Lotharius rex inuadere Lotharingiam decreuit, & rurſum recuperare. Exercitu igitur congregato regionem ſubintrauit: Virdunum quoque ad deditionẽ coëgit, & Godefridum ipſius vrbis comitem captiuum ſecum adduxit.

ANNO DCCCCLXXXV. Lotharius rex videns Othonem Imperatorem Othonis filium, quem Barones Theutonici de manu Heinrici Ducis Bauariæ filij Heinrici fratris Othonis primi Imp. extorquentes in regno paterno ſublimauerant, virtute ſuorum militum proficere, mandatis & apicibus eius obtẽperans, Virdunũ vrbem reddidit & Godefridum comitem de carceribus liberauit, tractatumque concordiæ cũ patre ſuo iam pactum cum eo ſtabiliuit.

ANNO DCCCCLXXXVI. Lotharius rex Franciæ plenus dierum obiit, & Remis in Eccleſia S. Remigij ſepultus eſt, Hugoni Capet cognato ſuo commendans filium Ludouicum iuuenem qui poſt eum regnauit.

ANNO DCCCCLXXXVII. Ludouicus rex Francorum ſine herede moritur, & apud Compendium in Eccleſia ſanctorum martyrum Cornelij & Cypriani ſepelitur. Tũc Francis regnum transferre volentibus ad patruum eius Karolum ducem Lotharingiæ fratrem Lotharij regis, dum ille rem ad conſilium defert, & accipere regnum tardat, regnum Francorum capit Hugo Capucij Comes Pariſienſis & Dux Francorum, filius Hugonis Magni Comitis

quondam Pariſienſis ex Haouide ſorore Othonis primi Imperatoris. Hic adminiculante Richardo duce Normanniæ cum nonnullis Baronibus regni, eodem anno coronatus in regem Remis, regnauit annis IX. Etiam eodem anno iſto rex Hugo, vt regnum ſecurius tenere poſſet & tueri, Robertum filium ſuum robuſtum equidem iuuenem & agilem, regem poſt ſe deſignauit & coronari fecit in vrbe Aurelianenſi. Sic, vt aliqui dicunt, tranſlatum eſt regnum Francorum de progenie Karoli in progeniem Comitum Pariſienſium. Aliis tamen, nec ſine cauſa, videtur quod in Hugone iſto non defecit progenies Karoli Magni. Arnulfus ſiquidem Imperator Romanorum filius Karlomanni filij Ludouici Germanorum regis, fratris Karoli Calui regis Francorum & Imperatoris, genuit Ludouicum iuniorem Imperatorem: qui Ludouicus duas tantum habuit filias, Placidiam & Matildem: quarum primogenita Placidia nupſit Conrardo filio Conrardi comitis, qui poſt Ludouicum iuniorem imperauit. Matildis vero data eſt vxor Henrico filio Othonis ducis Saxonum. Qui Henricus mortuo Conrardo & eius vxore Placidia ſine heredibus, imperauit

cum vxore ſua Matilde, de qua genuit primum Othonem Imperatorem & duas filias, Gerbergam vxorem Ludouici regis patris iſtius Ludouici ſine herede mortui & Haouidam matrem iſtius Hugonis Capucij. Per quę patet quod ipſe deſcenderit de progenie Karoli Magni. Hoc etiam atteſtatur Innocentius Papa qui in Decretali ſua Ludouicum VI. qui deſcendit ab iſto Hugone Chapet, adſtruit proceſſiſſe de progenie karoli Magni: quod ſtare non poſſet, ſi iſte Hugo de eadem progenie nō deſcendit. Sed nec iſte Hugo regni inuaſor aut vſurpator aliqualiter eſt iudicādus, quem ad tātam dignitatem eiuſdem regni Proceres elegerunt & euexerūt, quemque & diuinum patri ſuo factum oraculum ad iſtud regnum prædixerat aſſumendum. In geſtis enim ſanctorum Richarij & Valerici legitur, quod Hugo Magnus Comes Pariſienſis pater iſtius Hugonis, ipſorum ſanctorum corpora quæ tranſlata ab Eccleſiis ſuis in Flandriam fuerant, & repoſita in Eccleſia ſancti Bertini apud ſanctum Audomarum terrore Normānorum qui tunc Franciam vaſtabant, per viſionem admonitus ad ſuas fecit Eccleſias reportari. Ipſi autem Hugoni Magno poſt hoc factum,

per viſionem à ſancto Valerico dictũ fuit, quod propter hoc quod fecerat, eius generatio poſt ipſum in regno Francorum .i. vſque in ſeptimam, i. in perpetuum regnaret. Sic Hugo iſte Rex Francorum factus videtur per Domini voluntatem. Iſtum igitur Hugonem qui & de genere Karoli deſcendit, & qui, velut Aaron, honorem regni non ſibi aſſumpſit, quin potius ab omnibus regni Baronibus præcedente diuino oraculo, dicamus ad prædictum regnum communi omnium conſenſu rite electum, & non temerarium inuaſorem.

Anno DCCCCLXXXVIII. Karolus Dux Lotharingiæ regnũ Francorũ ſibi, vt dicebat, ex auita & paterna ſucceſſione debitũ contra Hugonẽ Caputij regem conſanguineũ ſuũ repetit, eumq; bello perurgẽs Laudunum vrbẽ intrat. Hugo autẽ Rex audiẽs Karolum hoc tutum municipium expetiiſſe, vnde poterat facillime vbique cõtinuare diſcurſiones hoſtiles, mox collecto exercitu vrbem aggreditur & eam per circuitũ obſidione cingi iuſſit, vt famis inedia tandem ciuitas premeretur, cum aliter capi nõ poſſet. Introitus & exitus ſedulo cuſtodiũtur: ſed hoc obſeſſi, menſe obſidionis ſecũdo, ægre ferentes, ſubito proſilientes, ca-

ſtra obſidentium incenderunt, & ipſe Rex, pluribus ex ſuis interceptis, fugiens vix euaſit.

Anno dcccclxxxix. Karolus Dux fugato Hugone rege per regnum graſſando libere, Montem acutum, locum munitiſſimum cepit, & expugnauit. Sueſſioně vſque vaſtando procedit: inde Remñ prope Cõpendium aggreditur, & capta vrbe per auxilium Aldegarij presbyteri, Laudunum ingenti onuſtus præda reuerſus eſt.

Anno dccccxc. Hugo Rex Francorum collecto exercitu valde copioſo, Laudunum vrbem vbi manebat Karolus Dux Lothoringiæ cum vxore ſua filia Herberti Comitis Trecarum obſidere decreuit. Sed cernens quod ciuitas vi aſſultuum inexpugnabilis eſſet, conſilium habuit cum Anſelmo traditore vetulo Laudunenſium Epiſcopo, qui erat conſiliarius Karoli principalis. Is enim Anſelmus Epiſcopus, nocte quodam cunctis quieſcentibus Hugoni regi portas aperuit, & tunc captus & vinctus Karolus cum vxore ſua poſitus fuit à rege Hugone Aurelianis in carcere, vbi & tandem mortuus eſt. Habuit autem Karolus iſte duos filios Ludouicum ſcilicet & Karolum, & duas filias Haridam & Emengar-

dem. Ludouicus ſucceſſit patri in ducatu Lotharingiæ. Emengardis vero nupta fuit Comiti Namurſiæ, de qua deſcendit Balduinus Comes Hannoniæ, cuius filiã Yſabellam deſponſauit Philippus Auguſtus Rex Francorum, & genuit ex ea Ludouicũ regem patrem ſancti Ludouici regis, quem dicimus etiam hoc modo deſcendiſſe de progenie Karoli Magni.

* * *

Quæ ſequuntur ſunt
*ODORANNI MONACHI S. PETRI viui Senon. quæ ille iam ſexagenarius collegit anno.* ĩ. XLV.

ANNO ab incarnatione Chriſti DCLXXV. Obiit Emmo Senonenſis Archiepiſcopus.

DCLXXXVIII. Pipinus Auſter maior domus regiæ Francorum principatum ſuſcepit. S. VVlfrannus Senonum Archiepiſcopus in Friſia prædicare cœpit.

DCCXII. Obiit Pipinus, & filius eius qui dicitur Karolus Martellus principatum ſuſcepit.

DCCXXI. Obiit Beda Hiſtoriographus Anglorũ.

DCCL. Pipinus ſtatura puſillus electus in regem, & Childericus qui de ſtirpe Chlodouęi remanſerat, tonſoratus eſt. Hic deficit regnum Chlodouæi. Obiit Ebbo Archiepiſcopus Senon.

DCCCIII. Obiit Alcuinus Philoſophus abba S. Martini.

DCCCXVIII.

DCCCXXVIII. Obiit Hieremias Senoñ. Archiepiſcopus, qui præcepta imperialia Eccleſiæ ſuæ obtinuit aduerſus iudiciarias poteſtates.

DCCCXXXIII. Ludouuicus pius regnum amiſit, quod Lotharius filius vſurpauit, eodemque anno Ludouuicus pater recepit & ſequente obiit.

DCCCXLI. Prælium apud Fontanetum.

DCCCLXV. VVenilo Archiepiſcopus obiit. huic ſucceſſit Egil Abbas qui priuilegium S. Petro fecit de altari Alſonis villæ, quo mortuo Anſegiſus ſucceſſit. Hic Karolum Caluum vnxit in regem.

DCCCLXXVI. Synodus in Pontigone.

DCCCLXXVIIII. Obiit Ludouuicus Rex Burgundionum frater karoli.

DCCCLXXXIII. Obiit Anſegiſus.

DCCCLXXXVI. Obiit Ludouicus filius karoli III. Imperatoris. Hoc anno XI. kal. Decem. aſcēderunt Normanni à Pariſiis Senonas, & ſequenti menſe Maio redierunt in Franciam, iam defuncto Euuardo Archiepiſcopo, & ordinato VValterio in locum eius: qui eodem anno vnxit Odonem in Regem.

DCCCXCVI. Richardus princeps Burgundiæ recepit Senonas contra VValterium Archiepiſcopum & Varnerium comitem.

DCCCXCVIII. Obiit Odo Rex, & karolus ſimplex regnum accepit.

DCCCCXXII. Robertus princeps vnctus in regem. Eodem anno XVII. kal. Iul. in bello interfectus eſt. karolus Rex victor reuerſus ab

V

Heriberto infidelium nequiſſimo ſub fictæ pacis ſimulatione Parrona caſtro captiuus detinetur. Illic poſitus karolus anno DCCCCXXIII. Rodulfum nobilem filium Richardi principis Burgundionum vna cum conſilio Hugonis magni Francorum ducis & procerum Francorum in regnum ſublimauit: Quo mortuo accerſiuit vna cum Francis Hugo dux Ludouuicum filium dicti karoli datis ſacramentis Otgiuæ matri eius & in regno conſtituit.

DCCCCLIIII. Obiit Hludouuicus rex, & Lotharius regnum ſuſcepit.

DCCCCLVI. Obiit Hugo dux magnus, & filius eius Hugo Ducatum ſuſcepit. Et Giſlebertus comes Burgundionum obiit, & honorē eius cum filia nomine Leudegarde ex qua poſtea à Rodulfo Diuionenſe Epicus factus eſt, Otto frater Hugonis ducis recepit. Aliam vero filiam nomine VVerram duxit in matrimonium Rotbertus comes Trecaſſinorum. Mortuo verò Ottone Ainricus frater eius ducatum ſuſcepit Burgundiæ.

DCCCCLXXVI. Obiit Lotharius Rex commiſſo filio ſuo Ludouuico iuniore Hugoni duci vna cum regno.

DCCCCLXXXII. Obiit Hludouuicus Rex iuuenis qui nihil fecit, donato regno Hugoni duci qui eodem anno Rex factus eſt à Francis: & eodem anno Rotbertus filius eius regum piiſſimus rex ordinatus eſt.

# *FRAGMENTVM GALLICI Scriptoris ex Conrado abbate.*

* * *

GALLIA Celtica Roberto collata, Carolus in Saxoniam ſecedit: Cuius vrbes ſedeſque regias perluſtrãs, nullo reſiſtẽte obtinuit. Ibi quoque Heinricum regio genere inclytũ, ac inde oriũdum, Ducem omnibus donat. * * * Interea Galliarum vrbibus ac oppidis firmiter obtẽtis, cum Paſchalis ſolemnitas immineret, Aquiſgrani palatio ſeſe Rex recepit. Huc ex omni Gallia principes confluũt: huc etiã mediocres multo fauore veniunt: adſunt & duces, ex Saxonia quidẽ Heinricus, ex Gallia Robertus. Quotidie ſecus fores regij cubiculi manẽt: quotidie egreſſũ regis à penetralibus aulæ præſtolantur. Cum verò nullum eis à rege reſponſum per dies quatuor daretur, Heinricus id moleſtiſſimè ferens, dixiſſe fertur, aut Haganonem quandoque cum Carolo regnaturum, aut Carolum cum Haganone ad rerum mediocritatem deuenturum: indignanſque inconſultò diſceſſit. Quod rex moleſtè ferens, eum reuocare cupiebat, & pro hac re metropolitanum Remenſium

Heriuecum dirigebat: Cuius luculenta & amica oratione perſuaſus dux Heinricus ad regem redit, multoque ambitionis honore ante eum admiſſus in præcipuo gratiæ loco familiariſſime recipitur. Hac tempeſtate Regenerus vir nobilis, partium Caroli fidiſſimus tutor, finem vitæ accepit, cuius exequiis Carolus interfuit; Hiſque peractis, Giſilberto eius filio iam adulto, paternum honorem coram principibus, qui confluxerant, liberaliſſime contulit. Hic cum eſſet opibus & genere inclytus, & coniugio Gotbergæ Henrici Tranſrhenenſis filiæ ſatis beatus, in nimiam præ inſolentia temeritatem præceps ferebatur. multaque pro abiectione regis moliebatur. Quo agnito Carolus à Celtica cum exercitu rediens, cum bellum pararet inferre Belgis, quorum dux erat Giſilbertus, Belgę mox nõ in aperto cum Giſilberto niſi ſunt reſiſtere, ſed oppidis ac municipiis ſeſe recludunt propere. Ad quos Rex legatos dirigens, promiſit eis ſe omnia daturum, ſi ad ſe cõfluerent, quæ à Giſilberto prius in beneficio haberent. Quo capti mox ad regem per ſacramenta redeunt, & cõtra Giſilbertum pariter conſurgũt. Ille verò in oppido Harburg, quod hinc Moſa, & inde Gullo

fluuiis vallatur, alias autem immani hiatu, multoque horrore veprium tutiſſimum videbatur, cum paucis tunc claudebatur. Huc Rex cum copiis properat, obſidionem locat hinc & inde naualem, alias vero equeſtrem. Et cum violentius inſtaret, Giſilbertus clam per murum delapſus, fluuium enatando tranſmeauit, & cum duobus clientibus Rhenum exulaturus pertranſiẽs, annis aliquot apud ſocerum ſuum Heinricum, patrimonio priuatus exulauit. Oppidani verò abſque duce relicti, ſe ſubdiderunt regi. Euoluto autem tempore, Heinricus egit apud regem, vt Giſlebertus reciperetur in gratiam, ea tamen conditione, vt beneficiis, quæ ipſe inſolenter deduxerat, quæque Rex fauentibus ſibi poſtea cõtulerat, quamdiu poſſeſſores eorum viuerent, careret, ea vero, quorum poſſeſſores per annos exilij ſui exceſſerant, regis miſeratione reciperet. Recepit itaque Traiectum, Iuppilam, Harſtalium, Marſnam, Littam, Capræmontem, quæ à defunctis derelicta vacabant: cæteros vero qui ſua habebant, ingenti cæde vexabat, donec omnia ſua recipiebat. Poſtea multa contra regem machinans, ſocerum adiit, ac plurimum Regi adhærere diſſuaſit,

Celticam ſolam regi ſufficere poſſe aſſerens, Belgicam verò ac Germaniam Rege alio plurimum indigere. vnde vt ipſe dux Heinricus creari Rex non abnueret, multiplici permouebat ſuaſione. Heinricus verò cum illicita eum ſuadere aduerteret, dictis ſuadentis admodum reſtitit, & vt à nefariis quieſceret crebro admonuit. Giſilbertus verò, cum apud ſocerum non proficeret, nec regnum ſibi parare poſſet, in Celticam ſecedit, & in Neuſtriam tranſit, ſicque cum Roberto Ottonis regis fratre, qui erat dux Celticæ, de negotio eodẽ conſiliũ pertractat ſuggerens ei de regni ſuſceptione, & Caroli abiectione. Exultat tyrannus, & ſine mora ſuadenti fauet. Deliberant ergo, ſibique per ſacramenta conſentiunt, ſicque procedenti tempore collectis principibus Rex efficitur anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXII.

* * *

*GENEALOGIAE ILLAE QVAM IN Diuionenſe aut Viridunenſe potius exemplari Annalium Frodoardi ſub finem adiectã notauimus, monet nos ac pene iure quodam adigit, vt & aliam tibi, Lector, ex vetuſta membrana inter Metenſis quódam ſcolæ reliquias reperta bona fide deſcriptã exhibeamus. Ea ſic habet.*

GENEALOGIA B. ARNVLPHI METENSIS EPISCOPI, *quæ ex Regibus Francorum ſumpſit initium & poſt ipſum intantum creuit, vt ex ipſo genere Imperatores Romani crearentur. necnon Principes, Duces, Comites, Marchiones & multi alij Barones dicuntur ex ipſius conſanguinitate fere per totum imperium Chriſtianorum proceſsiſſe.*

ANAFLEDES regina Gothorum genuit filios Childebertum regem, Chlotharum regẽ, Clodomerum regem, Theodericum regem & filiam Malabergam reginam Thoringorum. Hęc genuit filium Lothariũ. De fratribus Malabergæ Clotharius genuit filios Guntharium, Childericum, Grannum, Heribertum, Gunterannum regem, Albericum regem, Sigebertum regem &

filias Blitildem & Clotildem. Clodomerus rex frater Chlotarij regis genuit Clodoaldum. Theodericus rex frater Clodomeri regis genuit Tiebertum. Tiebertus Theobaldum. Guntrannus rex filius Clotarij regis genuit filios Clodomirum, Clodouæum, Lothariũ regem. Lotharius rex Dagobertum & Charibertum. Dagobertus genuit Clodoueum & Sigibertum reges. Clodoueus genuit Childericũ, Lotharium, Theodericũ reges. Theodericus rex genuit Clodoueum & Hildebertũ reges. Hildebertus rex genuit Dagobertum regẽ. Childericus filius Clotharij regis genuit Theodobertum & Meroueum. Sigebertus filius Clotharij genuit Childebertũ regẽ. Childebertus rex Theodericum regem & Theodobertum. Horum Theodericus genuit Childebertũ, Corbertum, Moroueũ. Sigebertus genuit Dagobertum regem. Bliotildis filia Clotharij habuit Arnualdũ comitem Palatinum ex Ansberto. † Arnualdus comes genuit beatum Arnulphum comitem Palatinum, qui poſtea fuit Epiſcopus Metenſis. Hic Arnulphus genuit Anchiſum ducem & comitem Palatinum & Glodulphũ Epiſcopum & VValgiſum. Anchiſus genuit Pipinũ maiorẽ domus ex Begga ſorore S. Gertrudis de Niuella. Hic

genuit Grimoaldũ, Drogonẽ duces, & Carolum regẽ Martellum dictũ ex Alpade ſorore Dodonis, qui S. Lãbertum Epiſcopũ Leodiẽſem martyrizauit. Carolus Martellus genuit Pippinũ nanum regẽ & Charlomagnũ poſt monachũ. Pippinus rex genuit Charolum magnum regem Frãciæ & poſt Imperatorem, & Carlomannum regẽ. Karolus Imperator, genuit Pippinũ, Charolũ, Lodouuicũ piũ Imperatorem, Hugonẽ & Dodonẽ Epiſcopũ. Charolus filius Karoli Imperatoris genuit Berhardũ. Berhardus Pippinũ. Pippinus Berhardum, Herbertũ & Pippinum. Lodouuicus pius filius Karoli Imperatoris genuit Karolum regẽ & Imperatorẽ Francorum, Lotharium Imperatorem à quo dicta Lotharingia, & Lodouuicum regẽ Germaniæ fratres. Inter hos tres fratres facta eſt diuiſio regni. Ex his primus Karolus Imperator genuit Charlomannum, Charolum & Lodouuicum regem Francorum. * Hic Karolus rex genuit Leodericum regem. Hic genuit Lothariũ regem Frãcorum & Lotharium ducẽ. Hic genuit Lodouuicum regem Francorum. Hoc mortuo ſine liberis trãſlatũ eſt regnũ ad Hugonem Capet filium Hadeuuidis, de quo poſtea dicemus. Lotharius Imperator filius Lodouuici pij Imperatoris genuit

Lotharium. Hic excõmunicatus fuit, Lodouuicum Imperatorum Karolum fratres. Horum Lodouuicus genuit Ermengardã & Lodouuicum regem. Lodouuicus filius Lodouuici Imperatoris * rege Germanorum genuit tres filios reges Germanorum Charlomannum Lodouuicum & Karolũ. Horũ Charlomannus genuit Arnulphum Imperatorem & Cendeboldũ. Lodouuico defuncto ſine liberis tranſlatum eſt imperium ad quendam Conrardum de ſtirpe ipſius, & de Conrardo ad Henricum qui de genere Saxonum primus fuit Imperator de quo poſtea dicemus. Sed prius de Hugone ad quem regnum Francorũ tranſlatum eſt. Hadeuuindis Girberga, Bruno Epiſcopus & dux Coloniæ, Otto Imperator, & Henricus dux fratres & ſorores fuerunt. Horum Hadeuuindis genuit Hugonem regem Francorum, & Beatricem vxorem Friderici ducis. Hugo genuit Robertum regem Francię, Robertus regem Frãciæ Henricum & Adelam. Henricus Philippum regem Frãciæ & Hugonem comitem magnum. Philippus genuit Lodouuicum regem Franciæ. Hugo magnus genuit Rodulphum & Henricum, & tres ſorores eorum. Adela ſoror Henrici regis Franciæ

genuit Mathildem reginam Anglorum, Balduinum comitem & Robertum comitem. Matildis genuit Gillelmum & Henricum reges Anglorum & Adelam comitiſſam. Balduinus frater Mathildis genuit Balduinum comitem & Arnulphum. Arnulphus genuit Balduinum comitem. Robertus frater Mathildis genuit Robertum comitem ex Gertrude. Hic Robertus genuit Balduinum comitem ex Clementia.

Beatrix filia Hadeuuindis ſuperioris genuit Theodericum ducem. Theodericus Fridericum ducem * Adelada. Fridericus dux genuit Beatricem & Soffiam. Beatrix genuit Mathildam ex Bonifacio. Soffia genuit Theodericũ de Monconz & Fredericum fratres. Horum Theodericus genuit Rainaldum, Theodericum, Fridericum, VVilhelmum & Stephanum fratres. Fridericus frater Theoderici de Monconz genuit Petrum de Luſcebenborc. Theodericus filius Theoderici de Monconz genuit Theodericum. Rainaldus frater Stephani Metenſis Epiſcopi genuit Rainaldum Hugonẽ & Theodericum nunc electum Metenſem, & quatuor filias. Fridericus frater Epiſcopi Metenſis genuit Lodouuicum. Adela ſoror Friderici ducis

genuit Fulconem & Gallerannũ & filiam vnam quã habuit Henricus de Liembore pater Pagani de Arluns. Rainaldus frater Theoderici electi Metenſis genuit Theobaldum comitem de Mõceons ex filia Comitis Campaniæ, quæ fuit ſoror reginæ Franciæ, quæ regina genuit Philippum de Goneſſe regem Francię ex Lodouuico rege. Philippus rex genuit Lodouuicum qui mortuus fuit apud Monpancier in reditu de Auenione. Iſte Lodouuicus genuit Lodouuicum qui modo regnat anno ſcilicet Domini M C C L X primo. Theobaldus comes de Mõceons habuit duos fratres, Hẽricum comitem de Bar qui mortuus fuit ſine liberis, & Rainaldum Epiſcopum Carnotẽſem. Ipſe vero Theobaldus genuit ex Loreta filia comitis de Los Thomaſcetam vxorẽ Friderici ducis Lotharingiæ, ex qua idẽ dux genuit Iacobũ Epiſcopũ Metenſem & Theobaldũ & Matheum duces Lothoringiæ. Girberga ſoror Hadeuuindis ſuperioris genuit Lotharium regẽ Franciæ & Karolũ ducẽ, Mathildam & Albeadã fratres & ſorores. Horũ Lotharius genuit Lodouuicum regem Franciæ. Karolus dux genuit Ermẽgardam, Ottonẽ ducem & Gerbergam fratres & ſorores. Horum Ermen-

gardis genuit Albertum comitē. Albertus genuit Fridericū Epiſcopū, Godefridum, Hēricum & Albertū fratres. De ſororibus Hadeuuindis [1] * Theodericū ducē & Gerardum comitē fratres. Horum Theodericus genuit Symonem ducem. Symon genuit Mathm̄ ducem. Maths Symonem ducem ex ſorore Friderici Imperatoris & Fridericum de bittes. Fridericus autem de q̄' bittes genuit Fridericum ducem Lothoringiæ qui fuit gener Theobaldi comitis Bareñ & habuit ex filia * ſicut prædiximus Iacobum Meteñ Epiſcopum, Theobaldum & Mathm̄ duces & Regnaldum comitem de Caſtres. Proceſſit etiam ex eadem ſtirpe Imperiali domnus Robertus de Florenges, ex cuius cōſanguinitate deſcendit venerabilis domnus Philippus Epiſcopus Meteñ. qui modo tenet ſedem cathedralem ſcilicet anno Domini M. CCLX primo. [2] Gerardus frater Alberti genuit Giſelam & Hugonem & Lambertum. Lambertus genuit Henricum comitem Louanienſem. Hic Henricus genuit Henricum & Godefridum fratres.

[3] Henricus filius Gerbergæ genuit Adeleidam, Chunegūdam & Adelam. Mathildis

*1 Hic videtur deficere genus Othonis Ducis filij Karoli. Et quæ ſequūtur potius pertinent ad eum locū qui inferius hoc ſigno notatur.* * * *

*2 Videtur hæc potius pertinere ad genus Gerardi Alſatij.*

*3 At hæc pertinent ad genus Gerbergæ filiæ Karoli ducis & ſororis Othonis et generis ipſius partē ſuperiorē.*

filia Gerbergæ genuit Euſtachium comitem Balionenſem & Gerbergam Friderici ducis vxorem. Euſtachius comes genuit Balduinum Regem Hieruſalem, Godefridum ducem & poſt Regem Hieruſalem ex Ida. ⁂ Gerberga ſoror Euſtachij comitis ex Friderico duce habuit filiã mutam. Hęc genuit Henricũ de Lemburc. Mathildis ſoror Lotharij Regis Franciæ & Karoli ducis genuit Rodulphum regem Burgundiæ, Bertam, Guepam & Mathildam. Horũ Berta genuit Othonem comitem Campanienſem. Hic Otho genuit Theobaldum comitem. Theobaldus genuit Stephanũ, Othonẽ, Hugonẽ fratres comites. Guepa ſoror Bertæ & Mathildis genuit Giſelam vxorem regis Conrardi. Hæc habuit ex Conrardo Henricum Imperatorem tertium. Hic Henricus genuit Henricũ quartum Imperatorem Cæſarem Auguſtum ex Agnete. Mathildis ſoror Guepæ & Bertæ genuit Arnulphum comitem Flandrienſem, Godefridum ducem, Gozelonem ducem fratres: Horum Arnulphus genuit Balduinum. Hic genuit Balduinum ex Chunegunde. Hic genuit Balduinum & Robertum ex Adela. Gozelo frater Ar-

nulphi & Godefridi genuit Godefridum ducem. Odam & * Regelindã. Horũ Godefridus dux genuit Godefridum gippoſum & Henricum comitem Louaniæ. Regelindis ſoror Godefridi ducis & Odæ genuit Albertum comitem Nammucenſem. Hic Albertus genuit Godefridũ, Fridericum, Henricum & Albertum fratres. Albrada ſoror Lotharij regis Karoli ducis & Mathildis genuit Ermendrudam. Hæc genuit Agnetem. Hæc aliam Agnetem. Hæc genuit Henricum quartum Imperatorem ex Henrico Imperatore tertio. Hic Henricus Imperator genuit Cõrardum & Karolum cognomento Henricum ex Berta.

*Gedeliudam. al.*

Otho Imperator frater Brunonis Coloníenſis Epiſcopi & Henrici ducis genuit Hudicam & Othonem ſecundum Imperatorem fratres. Horũ Iudica genuit Othonem ducem. Otho Henricum & Chononem fratres. Horum Henricus genuit Cõrardum Imperatorem. Hic genuit Henricum tertium Imperatorem & Lidulphum fratres. Henricus dux frater Othonis primi genuit Henricum ducem. Hic genuit Henricum Imperatorem & Giſelam vxorem Stephani regis Hungrorum. Hæc genuit

Bernardum. Hic genuit Idam Nămucenſem & reginam Francorum & vxorem Angelberti Marchionis & Gertrudem comitiſſam Flandrienſem & reginam Nacorum.

*  *

*Hactenus habuit antiqua membrana Mediomatricum Eccleſiæ.*

Fecit id [illegible] nullus noceat sibi morbus

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE
R.F.
IMPRIMÉS

In vet. cod. Flodoardi ad finem scriptum fuit

Ab incarnatione dni usque ad transitum Sancti Martini anni. CCCCXLIII
Ab inc. dni ad baptismum Francorum DXLII
Ad transitum Chlodouaei. DLVI
Ad transitum S Remigii anni DLXXV.

# Genealogia Karoli magni

v. Antiquae
Henrici
pag. 688

Ansbertus Senator et Romanus Epi
Blichilt filiam [illegible] uxorem

Ansbertus : Blichilt.

Arnoldus
Arnulfus
[illegible]onius
Ansigisus
Pipinus Senex
Karolus martellus
Pipinus Brevis
Karolus mag.

Auctor istius Originis et Genealogiae
scribere se ait anno Decem
Ludovici Pii filio in Germania
XXVII annis vero a morte filiqua
Pii Imperatoris qui dehinc [illegible]

confer istam cum illa Genealogia quae
XII Scriptores coetaneos Chronica
post pag. 311 prosequitur Chronicon
vetere Codice monas. S.

vel filiam Lothild

S. Senind
Tarsicia
[illegible] cui
[illegible] in pace.
[illegible]
deus
Tarsicia
in Podinos
em Xpi
r monasterii
[illegible]
[illegible]
suum
[illegible]
[illegible]
regem
a finem
rolum.
nofer
[illegible]
y.

v. Antiquae Henrici Sp. pag. 688

Genealogia Karoli . . Imperatoris

Ansbertus Senator et Lothar., Regis francorum, Blichilt ~~[illegible]~~ filiam in uxorem ducit.

Ansbertus : Blichilt.

Arnoldus

Arnulfus

~~Hodulfus et Ansbertus~~

Ansigisus

Pipinus Senex.

Karolus Martellus.

Pipinus Brevis

Karolus mag.

Nota. Autor istius Originis et Genealogiae Karoli magni scribere se ait anno DCCC LXVII. Ludovico Ludovici Pii filio in Germania regnante, ~~[illegible]~~ ab XXVII annis [illegible] a morte patris sui Ludovici Pii Imperatoris qui defunctus anno 840.

Confer istam cum illa Genealogia quam edidit Pithoeus ~~inter~~ inter XII scriptores ~~coe~~ coetaneos manu descriptos sua post pag. 311. prim. istius collectionis; ~~et~~ ex veteri codice monast. S. Germani a pratis acceptam.

v. Antiquar. [Heunei?] II pag. 688

Genealogia Karoli magni Imperatoris

Ansbertus Senator a Lothario Rege Francorum Blithildem ~~[struck]~~ filiam in uxorem ducit.

Ansbertus : Blithilt.

Arnoldus

Arnulfus

~~[struck]~~ Ansegisus

Anskisus

Pipinus Senex.

Karolus martellus.

Pipinus Brevis

Karolus mag.

Auctor istius Originis et Genealogiae Karoli magni scribebat eam circa annum DCCC LXVII. Ludovico Ludovici Pii filio in Germania regnante. ~~[struck]~~ ab XXVII annis post mortem patris sui Ludovici Pii Imperatoris qui decessit anno 840.

Confer istam cum illa Genealogia quam edidit Pithoeus inter XII Scriptores coetaneos manu descriptis sua post pag. 311 prius collectioni suae ex veteri Codice monast. S. Germani a pratis acceptam.

. francorum, dicti Merovingii
in illâ stirpe ductâ a Merovaeo, ante
quem duces vel nominantur Reges
ere Clodionis aut Chlogionis meminit
Gregorius Turonensis in sua francorum
Historia.

ndus filius Marchomiris, Priami nepos
anno 417. vel 418. obiisse creditur an. 426.

o. Clois. Chlogio, Chlodionus filius Faramundi,
anno 426. ad annum 446.
vaeus ab ann. circiter 446 aut 448 ad ann. 456

ricus Merov. fil. ab ann. 456. ad ann. 482.

ovaeus Childerici fil. ab anno 482. ad ann. 511
baptizatus idem circa ann. 496.

Filii. IV^or Clodovaei [illegible] regnum
parentis inter se partiuntur.

... Imperatoris
Regis francorum
uxorem duxit .

... logia Karoli magni
LXVIII. Ludovicus
... sequente, [illegible] abbas
ne [illegible] sui Ludovici
anno 840.

In Vet. cod. monasterii S. Germani Paris.
sub qui passionarius maior inscribitur ad
finem vitae B. Arnulphi haec adiecta sunt

Commemoratio genealogiae domni Arnulfi epi
et confessoris xpi.
Ansbertus qui fuit ex genere senatorum praeclarus vir
atque nobilis in multis divitiis pollens accepit filiam
hlotarii regis Francorum in coniugem nomine Blithild
et habuit ex ea filios tres et filiam unam
Primogenitus ipsius Arnoldus nominatus est. Secundus
Feriolus Tertius Modericus et filia ipsius Tarsicia
Feriolus quidem Episcopus effectus in Uceccia civi
tate martyrio coronatus est ibique requiescit in pace.
Modericus vero in Harisido Eps est ordinatus
ibique confessor xpi requiescit in pace ubi deus
pro eius meritis multa miracula operatur. Tarsicia
Virgo xpi in virginitate sua perseverans in Rodinis
civitate requiescit. pro cuius meritis ibidem xpi
virtus cotidie ostenditur. quae etiam fertur mortuum
mortuum suscitasse. Arnoldus primogenitus
ipsius genuit domnum Arnulfum. Domnus
Arnulfus genuit Fladulfum et Anschisum
Fladulfus divina annuente gratia Eps ordinatus est.
Anschisus genuit Pipinum. Pipinus genuit
Carolum. Carolus vero genuit domnum regem
Pipinum. Domnus Pipinus genuit Caesarem
[illegible] ac principem nobilissimum Carolum.

Henricus Canisius tom. v. Lectionis Antiquae
edito an. 1604 parte 2a. pag. 688 profert
ex veteri codice S. Galli plane sibi similem
iisdem verbis conscriptam
genealogiam cum titulo sequenti

Incipit Commemoratio Genealogiae
Karoli Imperatoris
Ansbertus qui fuit ex genere Senatorum

hic domus vir atque nobilis in multis divinis
pollens accepit filiam Hlotharii Regis fran-
corum ad coniugem nomine Blichild et habuit
ex ea filios tres et filiam unam.
Primogenitus ipsius Arnoldus nominatus,
secundus Feriolus, tertius Modericus et
filia ipsius Tarsicia. Feriolus quidem
episcopus effectus est in Ucecia martyrio
coronatus est, ibique requiescit in pace.
Modericus vero in Arisidio episcopus est
ordinatus, ibique confessor Christi requi-
escit in pace ubi Deus pro eius meritis
multa miracula operatur. Tarsicia virgo
Christi in virginitate sua perseverans in
Rodinis civitate requiescit pro cuius
meritis eciam Christi virtus cotidie
ostenditur quae etiam fertur mortua
mortuos suscitasse. Arnoldus primogenitus
ipsius genuit domnum Arnulfum. Domnus
Arnulfus genuit Flodulfum et Ansgisum.
Flodulfus divina annuente gratia
episcopus ordinatus est. Ansgisus
genuit Pipinum. Pipinus genuit Karolum.
Karolus vero genuit domnum Regem
Pipinum. Domnus Pipinus genuit
Caesarem gloriosum ac principem
nobilissimum KAROLUM.
Anno Incarnationis Domini nostri
Jesu Christi DCCCXV. Karolus

omnium

Omnium Augustorum optimus ad Aquisgrani v. Kal. Febru. hora diei 3a. de hoc saeculo migravit qui regnavit annos XLVII. decessit autem anno aetatis suae LXXII.

Et suscepit Hludovicus filius ejus eodem anno Imperium, qui regnavit annos XXVI. idest usque ad annum Incarnationis DCCCXL. Decessit autem XII. Kal. July. in Insula Rheni juxta palatium in Ingelinheim.

Postquam Hludovicus filius et aequivocus ejus in Orientali francia suscepit Imperium qui anno praesente id est Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLXVII. XXVII. annos regnare videtur.

Vide praefationem Henrici Canisii cuati voluminis pag. 687.

# FRAGMENTVM DE MAIORIBVS DOMVS

*ex vetuſtiſſ. ex. Fl.*

*

A TEMPORIBVS Chlodouei qui fuit filius Dagoberti, pater vero Theoderici, regnum Francorũ decidẽs per Maiores domus cœpit ordinari: Quorum primus apud Auſtriam Pippinus reliquit filium Grimoldum, qui filium Chlodouei nomine Dagobertum Dodoni Pictauẽſi Epiſcopo detonſum ſub cuſtodia direxit. Quapropter idẽ Grimoldus ſub cuſtodia Pariſius diu excruciatus finiuit vitam. Poſt Grimoldum, Herginoldus Maior domus efficitur. Quo defuncto Hebroinus ſuccedit VVlfodo apud Auſtriam Ducis officio fungente. Quo decedente Mardoius & Pippinus iunior filius Anſegili, qui & alio nomine Anchiſes dictus eſt, in Auſtria Maiores domus fuerunt: qui etiam moto prœlio contra Theode-

ricum regem atque Hebroinum acies dirigunt. Sed Martinus fuga lapſus dolo Hebroini apud Laudunum Clauatum interficitur. Pippinus vero in Auſtriam rediit: ad quem Hermenfrid Frãcus occiſo Hebroino fugiens euaſit. Fuerunt autem maiores domus ex quibus generatio regalis proceſſit, primus quidem Ansbertus Senator qui ex Blithid filia ſecũdi Chlotarij genuit Arnoldum patrẽ ſancti Arnulfi tandem Metenſis Epiſcopi, qui genuit Anchiſem patrẽ Pippini. Franci denuo pro Hebroino VVrathonem maiorem domus faciunt. Cuius filius Giſlemarus contradicente patre cum Pippino ciuilia bella habuit. Iterũ Pippinus cum Theodorico & Berthario bellum iniit, vicit & cœpit, atque theſauris acceptis Nordebertum quemdam de ſuis maiorem domus conſtituit: ipſe autem in Auſtriam remeauit. Cuius filij fuerunt Drogus & Grimoldus. Sed Drogus Ducatum accepit in Cãpania. Mortuo Theoderico, Clotharius filius eius regnũ puer obtinuit. Quo defuncto Childebertus frater eius ſucceſſit. Norberto quoque mortuo Grimoldus Pippiñi filius maior domus effectus eſt. Childebertus vero Rex mox vt migrauit ad Dominum, regnum eius ſuſce-

pit Dagobertus filius eius adhuc puer. Quo tempore maior domus Grimaldus Theuſindam filiam Ratbodi Ducis in cõiugem duxit, qui à Rangario Friſone in baſilica ſancti Lamberti peremptus eſt, pro quo pater eius Pippinus Teudoaldũ filium ipſius quem ex alia coniuge habuerat, in honore patris conſtituit. Ipſe quoque Pippinus eodem anno qui eſt incarnationis Dominicæ DCCXIIII. medio Decembri obiit, poſtquam obtinuit principatum ſub nominatis Regibus annis XXVII. Plectrudis Pippini quondam vxor Carolum ex vxore alia Pippini filium captum tenuit, ſed Domino auxiliante viuus euaſit. Hic enim poſt mortem Dagoberti iunioris qui quinque annos regnauit, multa prælia cõmiſit contra Ratbodum Frizonum Ducẽ contraque Raganfridũ qui pro Teudoaldo Grimoldi iuſti & modeſti filio, Maior domus efficitur. Tunc Franci Danielem quendam clericum poſt abiectionem tonſuræ in regno ſtabiliunt, atque Chilpericum nuncupant. Contra quem Carolus pugnam iniit, atque eum in fugam victor compulit: deinde Coloniã veniens & theſauros patris ſui à Plectrude recipiens, Regem ſibi Clotharium ſtatuit; qui eo anno

mortuus eſt. Tandem Chilpericus Rex & Raganfredus Eudonem Ducem in adiutorium expetunt: quorum Chilpericus cũ theſauris Regalibus in Aquitaniam fugit, quem poſtmodum Eudo cum multis muneribus Carolo reddidit. quo non plus v. annis regnante, Franci Theodericum Dagoberti iunioris filium Regem ſuper ſe ſtatuunt. quo tempore Carolus maior domus & Auſtraſiorum princeps multa bella contra Ratbodum, contra Lanfridũ, contra Eudonem, contra Baioarios, contraque Sarracenos impari manu iniit, & ſemper, Dei gratia, victor extitit. Hic res Eccleſiarum propter aſſiduitatem bellorum laicis tradidit, atque anno dominicæ incarnationis DCCXLI. Dux defunctus eſt, principatum obtinentibus filiis eius Karlomanno & Pippino fratribus: quorum alter, hoc eſt Karlomannus, contra Hunaldum Ducem Aquitanorum ac deinde contra Odilonẽ Baioariorum Ducem cõflictum habuit: ad vltimũ in Serapte monte monachus effectus, poſt modũ in monte Caſſino religioſam duxit vitam. Porro in Frãciam ad fratrem [illegible] Regem legatus Stephani Papæ rediit, vnde Italiam repetendo, apud Viẽnam Galliæ vrbem obiit. His

iam+

temporibus Hildricus in regno Francorū ſubſtituitur. de quo Pippinus Dux legatos ad Zachariam Papam dirigit, interrogans eum ſi ita manere deberent Reges Francorum, cum pene nullius eſſent poteſtatis ſolo Regio nomine contenti. quibus legatis Romanus Pontifex reſpondit, illum debere Regem vocari qui Rempublicam gereret. Detonſo igitur Hildrico & in monaſterio detruſo mox Frãci Pippinum ſibi Regem conſtituunt. Hic enim rebellantes ſibi omnes ſubegerat, Griphonem videlicet fratrem ſuum, Taſſilonem quoque ex ſorore nepotem: quorum alterum Auſtraſiorum, alterum Baioariorum Ducem inſtituit. Denique Zacharia Pontifice defuncto Stephanus ſuccedit, qui in Franciam ad Pippinum, vrgente neceſſitate, venit, cumque ac duos filios eius Karolū & Karlomannum pariter ſuæ benedictionis oleo perunxit.

# *KAROLI MAGNI FRAN-*
# CORVM REGIS ET IMP.

VITA *deſcripta, ut videtur, magna parte à monacho cœnobij Egoliſmenſis S. Eparchij ex Annalibus illis plebeio & ruſticano ſermone compoſitis, quos & Reghino Abbas Prumienſis ad annum* DCCCXIIII. *ſequutum ſe ait, nonnullis interpolatis, quibuſdam etiam additis.*

A PRIMO Rege Francorum dicemus proſapiam Domni præcelſi Regis magni Caroli quem Deus amauit & exaltauit, & magnum principem & amabilem cunćto populo Chriſtiano per vniuerſum mundum fecit. Igitur tempore Valentiniani Imp. qui ſeptimus Auguſtus fuit à Cõſtantino magno diuo Auguſto quem ſanćtus Papa Silueſter baptizauit, quo tempore ſanćtus Hieronymus claruit, Franci adhuc pagani primum Reges habere cœperũt de ſemetipſis. Primus itaque Rex Francorum fuit

nomine Faramũdus filius Marcomiris eiuſdem gentis illuſtris viri. Poſt Faramundum regnauit Clodio filius eius. Poſt Clodionem regnauit Meroueus filius eius. Poſt Meroueum regnauit Childericus filius eius. Quo tempore exortus eſt beatus Eparchius ex ciuitate Petrocoria patre Felice Aureolo Comite eiuſdem ciuitatis. Poſt Childericum regnauit Clodoueus filius eius qui primus de Regibus Francorum credidit in Chriſtum, & baptizatus eſt à Sancto Remigio Epiſcopo cũ omni exercitu ſuo & vniuerſo populo Francorũ. Poſt Clodoueum regnauit Childebertus filius eius cum tribus fratribus ſuis Theoderico Clodomero & Clotario: quo tẽpore ſãctus Eparchius in Egoliſma virtutibus claruit, &, ipſo Childeberto regnãte, poſt ſeptuageſimum annum ętatis ſuæ in pace ad Dominum migrauit. Eo tempore Anaſtaſius Imperator Auguſtus Imperij inſulas tenebat. Quo tempore regnauit cũ Childeberto Theodebertus nepos eius filius Theoderici, & claruerũt ſanctus Gregorius Papa primus, & Gregorius Epiſcopus Turonenſis, & ſanctus Aredius Abbas, & Nicetius Epiſcopus Lugdunenſis. Poſt Childebertũ regnauit Clotharius frater eius qui ſan-

ctam Radegũdem in matrimonio habuit. Poſt Clotharium regnauit Chilpericus filius eius cum tribus fratribus ſuis Cariberto, Guntranno, & Sigeberto qui habuit Brunichildem in matrimonio. Poſt Chilpericũ regnauit Clotarius filius eius. Clotarius iſte genuit Dagobertum & filiã nomine Blitildem, de qua Blitilde fuit generatio domni Caroli. Nam iſta Blitildis ſoror Dagoberti regis habuit virum in coniugio nobilem inter Francos nomine Anſbertum, de quo genuit filiũ nomine * Arnaldum. Arnaldus genuit Arnulfum, qui poſtea derelicto ſeculo factus Epiſcopus Metis ciuitatis. Arnulfus antequã eſſet clericus habuit vxorẽ nomine Beggam, filiã Pipini maioris dom⁹, & genuit ex ea * Anſegiſilum. Anſegiſelus genuit Pipinum vetulum breuem, qui fuit abauus domni Caroli Regis. Pipinus vetulus Dux Francorũ genuit Carolũ ſeniorẽ & Ducẽ cognomẽto Martellũ. Carolus Martellus genuit Pipinũ piũ qui de illa linea generationis eleuat⁹ eſt prim⁹ à Frãcis in regẽ, euacuata omnino linea de genere Faramũdi. Pipinus pius genuit domnũ regem Auguſtũ Imperatorẽ Carolũ. Domnus Carolus genuit domnũ Ludouicũ Imperatorẽ. Ludouicus genuit

Vide hymnũ Sigeberti regis To 7 [illegible] pag 47.

al. Buotgiſum.

al. Anſigiſum. vel, Anſgiſum

Carolũ caluũ ex Iudith regina. Sed reuertar ad ordinem regũ. Poſt Clotariũ regnauit Dagobertus filius eius, quo tẽpore ſanctus Elegius Epiſcopus claruit. Cui Dagoberto fuit Pipinus maior domus vir egregius, cuius Pipini filiã nomine Beggam accepit in vxorem Arnulfus vir nobiliſſimus pater Anſegiſili. Poſt Dagobertũ regnauit Clodoueus filius eius qui habuit ſanctam Baltildẽ in matrimonio, quo tẽpore ſancti Benedicti corpus trãſlatũ eſt de Beneuẽto in Frãciã, in villa Floriaco. Poſt Clodoueũ regnauit Clotarius filius eius. Poſt Clotarium regnauit Theodericus frater eius, cui Ebroinus fuit maior domus, & Leodegariuit ſanctus Epiſcopus claruit, quẽ interemit ipſe Ebroinus. Quo tempore Pipinus vetulus fuit maior domus in Auſtraſiis cũ regibus Childerico & Childeberto iuniore. Qui Pipinus conſenſit nobilibus Frãcis interficere Ebroinũ: Et ipſe Pipinus breuis propter Childericum regem Auſtraſiorum à Francis occiſum, prælium fecit cum Theuderico rege Francorum, & deuicit eũ, & cũ eo poſtea concordans, maior domus extitit in Francia, & bella multa cõtra Sueuos & alias gentes fortiter fecit: & ipſe Pipinus breuis de vxore ſua * Cal-

*rius* — *Alpaide*

piade genuit Carolum Martellum. Poſt Theudericum verò regẽ regnauit Clodoueus filius eius. Poſt Clodoueum regnauit Childebertus iunior frater eius. Poſt Childebertum iuniorem regnauit Dagobertus iunior filius eius. Poſt Dagobertum defecit genus regale à prudentia, & regnauit poſt ipſum Dagobertum Daniel clericus inſenſatus frater eius, quem Franci, mutato nomine, vocauerunt Chilpericum. Chilpericus iſte ineptus mouit exercitum contra Carolum Martellum qui tũc iuuenis erat in Auſtraſiis maior domus & dux cum Clotario Rege, & victus eſt in bello Chilpericus, & victor extitit Carolus Martellus. Tunc Eudo dux Aquitanorum in auxilium Chilperici inſenſati mouit exercitum cõtra Carolum Martellum &, victus eſt ab eo in prælio, cæpitque Carolus Martellus inimicum ſuum Chilpericum Regẽ inſenſatum, ſed immemor malitiæ ſuę reddidit ei regnum ſuum. Poſt Chilpericum Regem inſenſatum regnauit ſolo nomine Theudericus inſenſatus cõſanguineus eius. Poſt Theudericum regnauit ſolo nomine Childericus inſenſatus, frater eius, & defecit totum genus regale. Childerico inſenſato depoſito de ſolio, & facto clerico in

monaſterio, Franci cum cõſilio domni Papæ Zachariȩ & nobilium Romanorũ, Deo volente, vno conſenſu & vna voluntate eleuauerunt ſibi in Regem Pipinum pium filiũ Caroli Martelli. Hic Pipinus pius fuit pater domni Caroli Imperatoris magni. Itaque poſt Pipinum pium regnauit domnus Carolus filius eius, quem poſtea Romani elegerunt ſibi Aduocatũ ſancti Petri contra Reges Langobardorum. Deinde ipſum domnum Carolum elegerunt ſibi in Patricium Romanorum. Deinde eleuauerunt in Imperatorem & Auguſtum. Tenuitque domnus Carolus, Deo largiente, in poteſtate ſua omnem terram de monte Gargano vſque in Cordubam ciuitatem Hiſpaniæ. Pipinus vero pius pater domini Caroli poſtquam eleuatus eſt in regem, regnauit ſeptem annos, & obiit ſeptingenteſimo ſexageſimo octauo anno ab Incarnatione Domini: & ipſo anno omnes Franci magno gaudio exultantes eleuauerunt ſibi in regem Dominum Carolum magnum anno ab Incarnatione Domini DCCLXVIII. Sic enim computãtur anni ab origine mũdi vſque ad incarnationem Domini ſecundum LXX. interpretes. Ab Adam vſque ad diluuium fuerunt anni duo milia ducenti

XLII. A diluuio vſque ad Abraham anni nongenti XLII. Ab Abrahã vſque ad Moïſem anni quingẽti quinque. à Moiſe vſque ad Salomonem anni quadringenti LXXXVIIII. A Salomone vſque ad reſtauratione̅ templi ſub Dario Rege Perſarũ, anni quingenti XII. A reſtauratione templi vſque ad Aduentum domini, anni quingẽti XLVIII. Et ab initio mundi vſque ad Incarnatione̅ domini ſecundum LXX. interpretes ſunt anni quinque milia CC. Secundum veritate̅ Hebraicam ita computãtur. Ab Adam vſque ad Noe fuit prima ætas, & habuit annos mille & ſexcentos & LVI. Secunda ętas à Noe vſque ad Abrahã habuit annos ducentos XCII. Tertia ætas de Abraham vſque ad Dauid habuit annos nongentos XLII. Et ſimul iũcti anni trium ætatũ fiunt, duo millia octingẽti vndecim. Quarta ætas à Dauid vſque ad captiuitatem in Babilone, habuit annos quadringentos LXXIII. Quinta ætas à deſtructione templi vſque ad aduentum Domini, habuit annos quingentos LXXX. Et fiunt ſimul ab Adam vſque ad Chriſtum Dominum anni tria mil. nongenti LII. A Natiuitate domini vſque ad tranſitum ſancti Martini ſunt anni

quadringenti XLV. A tranſitu ſancti Martini vſque ad tranſitum Clodouei Regis Francorum, qui primus fuit Chriſtianus de Regibus Francorum, ſunt anni CXII. A tranſitu ſancti Martini vſque ad tranſitum ſancti Eparchij Egoliſmenſis patroni ſunt anni centum viginti. Natus eſt enim ſanctus Eparchius tempore Merouei Francorum regis pagani, qui fuit auus Clodouei Regis Francorum primi Chriſtiani, tempore Theodoſij iunioris Diui Auguſti Imperatoris. Vixit per tempora Theodoſij, Martiani, Leonis, Zenonis, Anaſtaſij & Iuſtiniani Imperatorum, & per tempora Regum Francorum, Merouehi, Childerici, Clodouei & Childeberti. Obiit tempore Iuſtiniani Imperatoris, & Childeberti Regis Francorum, octogeſimo anno ætatis ſuæ. A Natiuitate Chriſti vſque ad primum annum regni Domni Caroli ſunt anni ſeptingenti ſexaginta octo.

Anno igitur ab incarnatione Domini DCCLXVIII. Ipſo anno quo Rex Pipinus pius obiit, duo filij eius Domnus Carolus & Carlomannus eleuati ſunt in regnum vno die ſimul, id eſt VII. Idus

Octobris, Domnus quidē Carolus in Nouiomo; Carlomannus Sueſſionis ciuitate. Et celebrauit eo anno glorioſus Domnus Rex Carolus natale domni in Aquis villa, & Paſca in Rodomo ciuitate. Tunc domnus Carolus glorioſus Rex perrexit in Aquitaniam. VValdus voluit rebellare per totam VVaſconiam & Aquitaniam, & cū paucis Francis diſſipatum eſt iniquum cōſilium eius. Et in ipſo itinere iunxit ſe magnus Rex Carolus germano ſuo Carlomanno in loco qui dicitur Duaſdiues. Inde Carlomannus reuerſus eſt in Franciam, & domnus Carolus benigniſſimus Rex iuit ad * Egoliſmam ciuitatem; & inde ſumpſit plures Francos qui ciuitatem ei ipſam aſpiciebant cū omnibus vtenſilibus & pręparamentis eorū, ſimulque Launū Epiſcopum eiuſdem ciuitatis qui fuerat Capellanus domni Pipini regis patris ſui, quē ipſe Rex Pipinus Epiſcopū fecerat de ipſa ciuitate. Et abiit ſuper flumē Dornoniā, & ędificauit ibi caſtrū quod dicitur Fronciacus: & inde miſit exercitū ſuum qui perſequerētur VValdum ducem. Et duxit eos Lupus VVaſco princeps, ſicut ſciebat locos: captuſque eſt VValdus & vxor eius, & adductus eſt ad domnū Carolum. Domnus

*al. Ecoleſinam*

Carolus recepto VValdo & præparato caſtro Fronciaco rediit ad Egoliſmam, vbi poſtulante Launo Epiſcopo fecit in monaſterio ſancti Eparchij auctoritatem præcepti de terris quæ ibi ſine contentione erãt, id eſt ſuper fluuiũ Tolneram, Magnacum, Iuuenacum, Vaſnacum, Mõterionem, Viſacum, Roliacum ſuper fluuium Notram, Baudidanem villam, Camilon, Cauannarum, Vlciacum, Roliacum minorem, Torciacum, Sertis, Tomolatum ſuper fluuium Dornoniam, montem villam, Baciacum, Triacum, Marleuã. Quod præceptum Bartholomæus cãcellarius eius ſcripſit, & ipſe domnus REX manu ſua firmauit, & de anulo ſuo ſigillauit. Erat eo tẽpore in ipſo monaſterio ſancti Eparchij canonicalis habitus. Inde glorioſus REX Carolus reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit natale domini in villa quæ dicitur Duria, & Paſcha in Leodico vico publico. Deinde habuit ſinodum in VVarmaciam ciuitatẽ, & Carlomannus & Berta REgina iunxerunt ſe in loco Polaſſa. Et Berta REgina perrexit per Baioariã in partes Italiæ, & celebrauit domnus Carolus Natale & Paſca in VVarmatia. Tunc domnus Carolus REX ſinodum habuit ad Valentianas, & ipſo anno

Carlomannus rex frater eius defunctus eſt in villa Salmontiaco. Et domnus rex Carolus venit ad Carbonacum villã, ibique venerunt ad eum VVailerius Archiepiſcopus & Folradus Capellanus cum aliis Epiſcopis ac Sacerdotibus, VVarinus & Adalardus comites cum aliis primatibus Carlomanni. Vxor verò Carlomanni cum paucis Francis in partes Italiæ perrexit, & præclarus ac glorioſus rex Carolus celebrauit Natale in villa Attiniaco, & paſca in Ariſtallio villa. Deinde ſinodum tenuit ad VVarmatiam, & inde perrexit Saxoniam, & Eresburgum caſtrum cepit, peruenitque vſque ad Ermenſul, & ipſum fanum deſtruxit, & aurum & argentum quod ibi reperit, abſtulit: Fuitque ſiccitas magna ita vt aqua deficeret in ſupradicto loco vbi Ermenſul ſtabat. Et dũ vellet ibi ſtare tres dies glorioſus rex ad deſtruendum fanum ipſum, & valde homines & iumenta ſitirẽt, ſubita Chriſti gratia, media die cuncto exercitu quieſcente, apparuit eis torrens ebulliens ſalubres aquas, & cũctus exercitus & iumenta eorum ſufficienter recreati ſunt: & tandiu ebulliit aqua viua donec fanum deſtructũ eſt. Tunc magnus rex Carolus ſuper fluuium VViſoram veniens, ibi

habuit

habuit placitum cum Saxonibus, & receptis obſidibus XII. reuerſus eſt in Frãciam, & celebrauit Paſcha & natale domni in Ariſtallio. Inde perrexit ad hiemandum in Teodonis-villa. Ibi venit ad eum miſſus domni Apoſtolici Adriani Petr⁹ per mare vſque Arelatũ, & inde per terrã, & inuitauit glorioſum regẽ & Frãcos eius pro diuino ſeruitio & iuſtitia ſancti Petri contra Deſiderium regem & Longobardos. Et ideo maritime venit, quod Romanis clauſæ fuerant viæ à Longobardis. Et præcelſus Rex Carolus ſumpto conſilio vna cum Francis quid ageret, promiſit ſe auxilium Romanis prębiturũ. Tenuitque cum Francis generaliter Sinodum in Genua ciuitate: ibique exercitum diuidẽs, perrexit ipſe per mõtem * Ceſuſium, miſitque Beroardum auunculum ſuum per mõtem Iouem cum aliis eius fidelibus, & tunc ambo exercitus ad cluſas ſe coniunxerunt. At Deſiderius Rex obuiam venit domno Carolo Regi. Domnus verò Carolus vna cũ Francis caſtrametatus eſt ad eaſdem cluſas, miſitque ſcaram ſuam per montana. Hoc ſentiens Deſiderius cluſas reliquit, & domnus Rex Carolus vna cum Francis, auxiliante Domino & intercedẽte beato Petro, ſine

Geneue

al. Ceniſiũ

lęſione vel aliqua cõturbatione cluſis apertis Italiam intrauit & Papiam vſque peruenit: Et dum pro defenſione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ibi intenderet, dimiſſa Marca & contra Saxones nulla fœderatione ſuſcepta, ipſi Saxones cum magno exercitu exierunt ſuper confinia Francorum, perueneruntque ad caſtrum quod dicitur Buriaburg. Confiniales verò de hac cauſa ſolliciti, caſtellum ingrediuntur & defendunt. Gens autem Saxonum cum ſæuiret deforis, & incendio cuncta cremarent, venerũt ad quandam baſilicam in loco qui dicitur Friediſlar, quem ſanctæ memoriæ Bonefacius martyr conſecrauerat, & per ſpiritum prophetiæ prædixerat, quod nunquam incendio cremaretur. Et cœperunt Saxones cum nimia intentione aduerſus eandem certare baſilicam, quemadmodum eã quolibet ingenio igne cremare potuiſſent. Dũ hæc agerentur, apparuerunt quibuſdam Chriſtianis qui erant in caſtello, ſimiliter & quibuſdam paganis qui in ipſo aderant exercitu, duo iuuenes in albis, qui ipſam baſilicam ab igne protegebãt. Et propterea ibidem non potuerunt neque interius neque exterius ignem accendere, nec aliquod damnum inferre baſilicæ, ſed nutu

diuinæ maieſtatis pauore perterriti, in fugam conuerſi ſunt, nemine perſequente. Inuentus eſt autem poſtea vnus ex iiſdem Saxonibus mortuus iuxta ipſam baſilicam genibus curuis adcliuus ſupra pedes, habens ignem & ligna in manibus velut ore flando eandem baſilicam igni tradere voluiſſet. Domnus vero Carolus Rex obſeſſa Papia Deſideriũ Regem ibi incluſit, & ibi Natale Domini celebrauit, & Paſcha Romæ. Reuerſus verò domnus Carolus Rex à Roma iterum Papiam obſedit, & fortiter cœpit, & Deſiderium Regem cum vxore & filia & cum omnibus theſauris palatij eius accepit. Veneruntque ibi omnes Longobardi de cunctis ciuitatibus Italiæ, & ſubdiderunt ſe dominio glorioſi Regis Caroli. Adalgiſus verò filius Deſiderij regis fuga lapſus, mare introiuit & Conſtantinopolim perrexit. Glorioſus itaque domnus Rex Carolus Italia ſubiugata, cuſtodia Francorum in Papia relicta, magno triumpho, Deo adiuuante, cum vxore ſua & reliquis Francis reuerſus eſt in Franciam. Perueniénſque in locum qui dicitur Ingilheim, miſit quatuor ſcaras in Saxoniam; Quę inierunt tres pugnas cum Saxonibus, &, auxiliãte Domino, victores extiterunt,

& cum præda magna illæſi iterum reuertuntur ad propria. Et celebrauit glorioſus Rex Carolus natale & Paſcha in villa Cariſiaco. Tunc habuit ſynodum in villa Duria, & inde abiens ad partes Saxoniæ, Sigiburgum cepit caſtrum, & Ereſburgum reædificauit ſuper VViſoram fluuiū. Venitque ad locum qui dicitur * Bruniſgurgo, & ibi præparabant Saxones bellum, volentes defendere ripam ſupradicti fluminis. Francis verò præliantibus, auxiliante Domino, Saxones fugiunt & Franci ambas ripas obtinent. Et Domnus Rex Carolus diuiſo exercitu ſuo ſumpſit ſecum quos voluit, & perrexit vſque Obaccrum fluuium, ibique omnes Auſtreleudi Saxonum cum Aſſione duce venientes dederunt obſides iuxta quod placuit, & iurauerunt ſacramēta, ſe fideles eſſe partibus domni Regis Caroli. Inde reuertente domno mitiſſimo Rege Carolo, venerunt Angarij in pago Bocenci, vna cum Brunone & reliquis optimatibus eorum, & dederunt ei obſides. Inde reuertens inuenit aliam partem de ſuo exercitu ſuper fluuium VViſoram continentem ripam quam iuſſi fuerant. Saxones vero cum eis pugnam fecerant in loco qui dicitur Litca, & Franci, Deo volente,

*Brunisberg*

habuerunt victoriam, & plures de Saxonibus occiderunt. Quo audito domnus Rex Carolus iterum irruit ſuper Saxones & magnam ſtragem ex eis fecit, & prædam multã conquiſiuit ſuper VVeſtfalos: & obſides ei dederunt ſicut & alij Saxones. Et obſidibus receptis, & multa præda acquiſita, & tertio facta ſtrage Saxonum, domnus Rex Carolus ad propria reuerſus eſt. Rotgaudus verò dux Lãgobardorũ fraudauit fidem ſuam, & omnia ſacramẽta rumpens, volebat Italiam rebellare. Abiens vero dõnus Rex Carolus in Italiam, celebrauit Natale Domini in villa Scladiſtad, & Italiam ingreſſus venit in partes Foroiulienſium, & Rotgaudum ducem occidit & in Tarauiſiũ ciuitatem Paſcha celebrauit. Et Foroiulio & Taruiſo captis cum reliquis ciuitatibus quæ rebellauerant, miſit in eis Francos, & cum proſperitate reuerſus eſt Franciam. Saxones iterum rebellauerũt ruptis ſacramentis & obſidibus dulrgtis mẽtitis, & Ereſburgum caſtrum per mala ingenia & iniqua placita capientes Francos expulerunt, & caſtrum deſtruxerunt. Similiter voluerunt facere de Sigiſburgo caſtello. Sed dũ per placita Francos qui intus erant nõ potuiſſent illudere ſicut, fecerant

alios de Eresburgo,præparauerunt pugnas & machinas vt caſtrum vi caperent, Deoque volente Petrarias quas parauerunt, in ſuo plus damno ſenſerunt quam illi de caſtello. Item præparauerunt clitas ad debellandum per virtutem caſtrum, ſed Dei virtus ſuperauit illorum virtutem. Quadam autem die cum bellum præpararent aduerſum Francos, qui ipſum caſtrum cuſtodiebant, apparuit manifeſte gladius ſupra Eccleſiam quę eſt infra ipſum caſtrum, videntibus cunctis tam à foris quam etiam deintus: Ex quibus multi manēt adhuc, qui dicunt vidiſſe ſe inſtar duorum ſcutorum colore rubeo flammantium & agitantium ſupra ipſam Eccleſiam. Cum hoc ſignum vidiſſent pagani qui a foris erant, ſtatim confuſi ſunt: Et magno timore perterriti fugere cœperunt ad caſtra. Et omnis multitudo eorum fugam arripientes, alij ab aliis inuicem interficiebantur: Et qui retro reſpiciebant propter pauorem, ab antecedentibus, lanceis confodiebantur, & diuerſos ictus inter ſe perpeſſi ſunt omnes & diuina vltione iudicati. Et quantum ſuper eos Dei virtus propter ſalutē Chriſtianorum operata eſt, nullus narrare poteſt. Et quanto plus illi pauore perterriti ſunt, tantò magis

Chriſtiani confortati omnipotentem Deũ laudabant, qui dignatus eſt oſtendere potentiam ſuam ſuper ſeruos ſuos. Ita Francis viriliter reſiſtentibus, Saxones nihil præualuerunt, & Franci perſecuti eos interfecerunt vſque ad flumen Lippiam, & cum victoria reuerſi ſunt. Cum autem in VVarmatia domnus Rex Carolus hæc audiſſet, tenuit ibi ſynodum & publicum placitum: & conſilio habito, introiuit cum ſumma feſtinatione, Deo adiuuante, in Saxoniam. Et perterriti Saxones omnes ad locum vbi Lippia conſurgit, venerunt ex omni parte, & domno Regi Carolo per VVadium manibus ſuis reddiderunt patriam, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos, & iterum ſubditi ſunt ditioni domni Regis Caroli. Domnus autem Rex Carolus reædificauit Ereſburgum caſtrum, & fecerunt aliud caſtrum ſuper Lippiam, vbi venientes Saxones vna cum vxoribus & infantibus, innumerabilis multitudo, baptizati ſunt in nomine Patris & filij & Spiritusſancti, & obſides dederũt domno Regi Carolo ſicut voluit. Diſponenſque domnus Rex Francos per caſtella Saxoniæ, reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit Natale domini in Ariſtallio & Paſca in Niumaga. Anno

ſequenti domnus Rex Carolus publicam ſynodum habuit ad Paderbrunen. Ibi conuenerunt omnes Franci & omnes Saxones, excepto quod VVidochindus rebellis extitit, & cum paucis aliis ſociis ſuis in Normandiam confugit. Ad idem placitum venerunt Sarraceni de Hiſpania tres Reges, Ibnalarabi & filius Deuizefi qui Latine Ioſeph nominatur, & gener eius Alaruiz. Ibique multitudo Saxonum baptizata eſt, & ſecundum morem illorum omnem ingenuitatem illorum, & alodem manibus
*al. datum fecerunt,* * gurpierunt, ſi amplius immutaſſent ſecũdum malam conſuetudinem illorum, ſed ſemper erunt in fidelitate domni Regis Caroli. Celebrauit idem domnus Rex Carolus
*Dorciaco,* Natale in villa * Doteiaco, & Paſcha in Aquitania in villa Caſſinogilo. Inde abiit partes Hiſpaniæ per duas vias, vnam per Pampilonam, per quam ipſe magnus Rex perrexit vſque Cæſarauguſtã. Ibique venerũt de Burgundia & Auſtria & Baioaria & Prouincia & Septimania & Langobardorum pars magna, & ad ipſam ciuitatẽ coniunxerunt ſe exercitus ex vtraque parte. Ibiq; recepit obſides de Ibnalarabi & de Abutauro regibus, & de multis Sarracenis. Et Pampilona deſtructa Hiſpaniã & VVaſconiã ſibi ſubiugauit atque Nauarrã, & re-

uerſus eſt in Frãciam. Et audiẽtes Saxones quod domnus Rex Carolus tam lõgè eſſet in partibus Hiſpaniæ, perſuaſione ſupradicti VVidochindi vel ſociorũ eius ſecundũ cõſuetudinem malam rebellati ſunt. Quod domnus Rex Carolus audiens in Autiſſiodoro ciuitate mox miſit ſcaram Franciſcã in Saxoniam ad reſiſtendum Saxonibus. Illi verò rebelles peruenerunt vſque Durtiam prædantes ſecus Renum, & multas malitias facientes, Eccleſias Dei incẽdentes, & in ſanctimonialibus exercẽtes quod dictu nefas eſt. Cumque audiſſent de reuerſione domni regis Caroli, & de ſcara eius quam miſit obuiam illis, mox reuerſi ſunt per Longeue in partes Saxoniæ, & ſcaræ Francorum non occurrerunt obuiã eis, ſed veſtigia eorum obſeruantes conſecuti ſunt eos ſuper fluuium Adarnia, in loco qui dicitur Lieſi, vbi pugna incepta & valde bene finita, auxiliante domino, Franci victores extiterunt, & multitudo Saxonum ibi cęſa eſt, & fugientes alij cum magna cõtumelia reuerſi ſunt Saxoniam. Et celebrauit eo anno clementiſſimus Rex Carolus natale domni & Paſcha in villa Ariſtallio. Deinde iter agẽs ad partes Neuſtriæ, peruenit in villa quæ dicitur, Com-

pendio. Et dum reuerteretur ad partes Auſtriæ, Hildebrandus dux Spolitanus cum multis muneribus obtulit ſe in præſentia magni regis Caroli in villa Virciniaco. habuitque Rex ſynodũ in villa Duria, & tranſiit in Saxoniam ad Lippia. Saxones verò moliti ſunt rebellare in loco * Botolz, ſed non præualentes fugerunt & Francis aperta eſt via. Qui introeuntes in VVeſtfaloos conquiſierunt eos omnes. Cumque domnus Rex Carolus ad locum qui dicitur Mediofalli coniunxiſſet, ibi Saxones venientes dederunt ei obſides & ſacramenta iterum firmauerunt. Reuerſúſque eſt glorioſus Rex Carolus in Franciã, & celebrauit natale & Paſcha in VVarmatia ciuitate. Iterum iter peregit ad diſponendam Saxoniam, & peruenit ad Eresburgum, & inde ad locum vbi Lippia cõſurgit, ibique ſynodum tenuit. Inde iter egit ad partes Albiæ fluuij, & in ipſo itinere, in præſentia domni Regis Caroli, omnes Bardongauenſes & multi de Nordleudi baptizati ſunt in loco Oraim vltra Obacrum fluuiũ. Ibi omnia diſpoſuit tam Saxoniã quam & Sclauos, reuerſúſque eſt in Frãciam. Tunc ipſe præclarus Rex Carolus iniit conſilium vt pergeret Romam orationis cauſa, vna

*al. Bohhot*

cum vxore ſua domna * Aldeardi regina, Hildegarde
& celebrauit natale in Papia ciuitate. Et ſupradictum peragens iter celebrauit Paſcha Romæ, & ibi Pipinus filius eius baptizatus eſt ab Adriano Papa, qui & ipſe eum de ſacro fonte ſuſcepit. Et duos filios domni Regis Caroli Pipinum & Ludouicum ipſe Papa vnxit in regem: Pipinum in Italia, Ludouicum in Aquitania. Et domnus Rex Carolus Mediolanis ciuitatem peruenit, & ibi baptizata eſt filia eius * Giſla ab Archiepiſcopo Thoma, qui & ipſe eã à ſacro baptiſmo manibus ſuſcepit. Inde Rex clementiſſimus Carolus reuerſus eſt in Franciam. Tunc miſit Papa Adrianus Formoſum & Damaſum Epiſcopos ad Taſſilonem ducem Baioariorum vna cum miſſis domni Regis Caroli Riculfo Diacono & Eberardo magiſtro pincernarum ad commonendum & conteſtandum, vt reminiſceretur priſcorum ſacramentorum ſuorum, & vt non aliter faceret niſi ſicut iureiurando iamdudum promiſerat ad partem domni Pipini Regis & domni Caroli Regis filij eius vel Frãcorum: conſenſitque Taſſilo dux Baioariorum vt ſumptis obſidibus à domno Rege Carolo ad eius veniret præſentiam. Quod non renuit domnus

al. Giſola

Rex Carolus. Et coniunxit ſe Taſſilo Dux in pręſentia domni Regis Caroli ad VVarmatiam ciuitatem. Ibi renouauit ſacramẽta, deditque XII. obſides electos, vt omnia conſeruaret quæ Pipino Regi iureiurandõ promiſerat in cauſa clemẽtiſſimi Regis domni Caroli: & obſides recepti ſunt in Cariſiaco villa de manu * Simberti Epiſcopi. Sed non diu præfatus dux promiſſiones quas fecerat conſeruauit, & celebrauit domnus glorioſus Rex natale domni & Paſcha in ſupradicta Cariſiaco villa.

*Ingberti*

Sequenti anno domnus Rex Carolus Renum trãſiit, & * in Colonia ſinodum tenuit. Ibi omnes Saxones venerunt excepto rebelle VVidochindo: & illuc cõuenerunt Normandi nuntij Regis Sigefridi. Similiter Auari conuenerũt illuc miſſi à Cagano & Vigurro. Ibi peracto placito reuerſus eſt domnus Rex Carolus in Franciam. Et cùm reuerſus fuiſſet, iterum Saxones ſtatim, ſolito more, rebellati ſunt ſuadente VVidochindo, & ignorante hoc domno Rege Carolo, Ludouicus filius eius miſit miſſos ſuos ad Algiſum & Geilonẽ atque VVoradum comites, vt mouerent exercitum Frãcorum & Saxonum ſuper Sclauos qui rebelles fuerãt. Et ſupra nominati miſſi

*al. vbi Lippia oritur*

in via audientes quod Saxones rebellati fuiſſent, coniungentes ad ſcarã Frãcorum irruerunt ſuper Saxones, & commiſerunt bellum. Et fortiter pugnantes multos Saxones interemerunt, & victores extiterũt, ceciderũtque Adalgiſus & Geilo. hoc audiens domnus REX Carolus ſub celeritate illuc coniunxit & peruenit vſque ad locum vbi Arola confluit in VViſoram.

Iterum omnes Saxones conuenientes ſubdiderunt ſe poteſtati domni Caroli, & reddiderunt omnes malefactores illos qui ipſum rebellium maxime terminauerunt. In eo autem prælio occiſi ſunt de Saxonibus quatuor millia quingenti. VVidochindus autẽ fuga lapſus eſt in partes Normandiæ. His peractis domnus REX Carolus reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit natale & Paſcha in villa quæ dicitur Teudonevilla. Tunc obiit regina benemerita domna * Aldegardis pridie Cal. Maij in uigilia Aſcenſionis Domini. Iterum rebellant Saxones, & domnus REX Carolus ſuper eos ad Teotmalli venit. Ibi Saxones præparauerunt ſe ad pugnam in campo: Sed viriliter domno rege Carolo pugnante, Saxones terga vertunt & Franci victores exiſtunt: ceciditque ibi multitudo Sa-

*Hildegardis*

xonum ita vt pauci fuga euaſerint. Inde victor glorioſus rex Carolus venit ad Paderbrunnien. ibi iterum coniunxit exercitum ſuum & ſuper Saxones pergit ad fluuium qui dicitur Haſa: Vbi, bello inito, pluſquam ſex milia Saxonum ceciderunt, & Franci victores extiterũt. Inde domnus Rex trãſit ad Albiam fluuium, reuerſuſque eſt in Frãciam, & in eodem anno obiit bonæ memoriæ domna Berta regina. Cumque Rex Carolus VVarmatiam perueniſſet, ſociauit ſibi in matrimonium domnam Faſtradam Reginam, & celebrauit natale & Paſcha in Ariſtallio villa. Saxones iterum rebellãt ſolito more, & cum eis aliqua pars Freſonum. Domnus fortis Rex Carolus ſuper Saxones Renum tranſit ad

*Lipihaam* * Lippiam, & vaſtando Saxoniam perue-

*al. hulcului* nit vſque ad * Huculin. Ibi conſilium iniit, quia nimia inundatio aquarum erat, vt per Toringam de Orientali parte intraret ſuper Oſtfalaos, & filium ſuũ Carolum miſit cum ſcara, qui perrexit per Thoringã vſque ad fluuium Albiam, & inde ad Stãgfurd, & inde ad Scaiuingi. Ibi prælio facto victor exiſtẽs, cum gloria reuerſus eſt Franciam, dimiſſo in Saxonia Carolo filio ſuo. VVeſtfalai verò congregauerũt ſe ad Lip-

piam. Quo audito filius Domni Caroli obuiam eis acceſſit cum ſcara ſua. Et inito bello, victor extitit Carolus filius domni Regis Caroli: cecideruntque in eo prælio de Saxonibus pluſquam ſeptem milia hominum. Carolus vero illæſus remeauit ad genitorem ſuum in VVarmatia ciuitate. Ibi domnus Rex Carolus iniit conſilium vt hiemis tempore iter ageret in Saxoniã, quod & factum eſt. Et celebrauit Natale in * Cidrioburgi ſuper fluuium Ambra. Inde abiens in Saxoniam peruenit vſque ad * Rimia ſuper fluuium VViſora vbi confluit * VVarana, & propter nimias inundationes aquarum, reuerſus eſt Ercſburgum, & vxorem ſuam domnam Faſtradam Reginam vna cum filiis & filiabus ſuis ad ſe venire iuſſit. Ibi tota hieme reſedit & Paſcha celebrauit. Et ibi reſidens multoties ſcaras miſit ſuper Saxones, & ipſe ſuper eos inſurrexit, & deprædauit eos, & caſtra eorum cœpit, & loca eorum munita abſtulit, & vias mundauit.* Synodum autẽ * ſuum tenuit ad Paderbrunne. Inde iter peragens viis apertis nemine cõtradicente, per totã Saxoniam quocunque voluit, ambulauit, venitque in * Bardingauin. Et miſit poſt VVidochindum & Albionem & vtroſ-

*Skidnos-burg in pago Varzzauuaga in villa Luidi*

*Rimee*

*VVabarna*

*Concilium vero publicum*

*Lardinagaui*

que ad ſe cõduxit, & firmauit vt non ſe ſubtraxiſſent niſi in Frãciam ad eum veniſſent petentibus illis * ſecuritatem ſi veniſſent, quod & factũ eſt. Inde reuerſus in Frãciam miſit illis obſides per miſſum ſuum Amaluuonem. Quos cum recepiſſent, cum ipſis adiunxerunt ſe ad Domnum Regem Carolum ad villam Attiniacum. Ibi baptizati ſunt VVidochindus & Abio vna cũ ſociis eorum, & tunc tota Saxonia ſubiugata eſt. Eo anno in ipſa villa celebrauit Natale & Paſcha. Deinde miſit exercitum in Britaniã vna cum miſſo ſuo Audulfo ſiue ſcalco, & ibi * multa caſtella conquiſierũt & loca firma & multa paluſtria & incæſa, & Capitaneos Britonum repræſentauerunt in Sinodo domni Regis Caroli in VVarmatiã. Tunc proſpiciens ſe ex omni parte pacẽ habere, conſilium ſumit orationis cauſa pergeret, & ad limina beatorum Apoſtolorum iter pergendi & cauſas Italicas diſponẽdi & cum miſſis imprimis placitũ habẽdi de cõuenientiis eorum, quod & factum eſt, & celebrauit Natale domini in Florentia ciuitate. Igitur glorioſus Rex Carolus veniens Romam receptus eſt honorifice à domno Apoſtolico Adriano, & aliquot dies ibi moratus eſt. Argiſus dux Beneuenti

*credentias quod inlæſi fuiſſent,*

Sineſchalco

*multos Brittones conq. vna cum caſtellis & firmitatis eorum locis paluſtribus ſeu et inceſis.*

neuenti miſit filium ſuum Romaldum domno Regi Carolo cum multis muneribus, poſtulãs vt non intraret Beneuentũ, & faceret omnes volũtates domni Regis Caroli. Sed hoc Apoſtolicus minimè credebat neque optimates Francorum: & conſiliũ fecerunt cum domno Rege Carolo vt Beneuentum intraret ad cauſas firmandas. Et ita factum eſt. Et dum Capuam veniſſet, reliquit Aregiſus dux Beneuentum, & in Salerno ſe recluſit: Et timore perterritus, non fuit auſus videre faciem domni Regis Caroli, ſed miſit ei ambos filios ſuos Romaldum & Grimaldũ cum multis muneribus & obſidibus vt obtẽperaret petitioni eius. Domnus verò glorioſus Rex Carolus vna cum ſacerdotibus & optimatibus ſuis proſpexit vt non deleretur illa terra, nec deſertarentur Epiſcopia & monaſteria, elegitque XII. obſides & tertium decimum filium Ducis Grimaldum. Et acceptis muneribus, iurauerunt omnes Beneuentani domno Regi Carolo. Et reuerſus eſt Rex piiſſimus Carolus & celebrauit Romæ Paſcha cum domno Apoſtolico. Ecce orta eſt contentio per dies feſtos Paſchæ inter cantores Romanorum & Gallorum. Dicebant ſe Galli melius cantare &

pulchrius quam Romani. Dicebant ſe Romani doctiſſime cantilenas Eccleſiaſticas proferre, ſicut docti fuerant à ſancto Gregorio Papa, Gallos corrupte cantare & cãtilenam ſanam deſtruendo dilacerare. Quę contẽtio ante domnũ Regem Carolũ peruenit. Galli verò propter ſècuritatẽ domni Regis Caroli valde exprobrabant cantoribus Romanis. Romani verò propter auctoritatem magnæ doctrinæ, eos ſtultos, ruſticos & indoctos, velut bruta animalia, affirmabant, & doctrinam ſancti Gregorij præferebant ruſticitati eorum. Et cum altercatio de neutra parte finiret, ait domnus piiſſimus Rex Carolus ad ſuos cantores: Dicite palam, quis purior eſt, & quis melior, aut fons viuus, aut riuuli eius longe decurrentes? Reſponderũt omnes vna voce, Fõtem, velut caput & originem, puriorem eſſe: riuulos autem eius, quantò longius à fonte receſſerint, tanto turbulentos & ſordibus ac immunditiis corruptos. Et ait dõnus Rex Carolus, reuertimini vos ad fontẽ ſancti Gregorij, quia manifeſte corrupiſtis cantilenam Eccleſiaſticam. Mox petiit dõnus Rex Carolus ab Adriano Papa cantores qui Franciam corrigerent de cantu. At ille dedit ei Theodorum & Benedictum Romanæ Eccleſiæ doctiſſimos cantores

qui à ſancto Gregorio eruditi fuerant, tribuitque antiphonarios ſācti Gregorij quos ipſe notauerat nota Romana. Domnus verò Rex carolus reuertens in Franciam, miſit vnum cantorem in Metis ciuitate, alterum in Sueſſionis ciuitate, præcipiens de omnibus ciuitatibus Franciæ magiſtros ſcholæ Antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis diſcere cantare. Correcti ſunt ergo Antiphonarij Francorum, quos vnuſquiſque pro arbitrio ſuo vitiauerat, addens vel minuens, & omnes Frāciæ cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam Franciſcā: Excepto quod tremulas vel vinnulas, ſiue colliſibiles vel ſecabiles voces in cantu nō poterant perfectè exprimere Franci naturali voce barbarica, frangentes in gutture voces quā potius exprimentes. Maius autē magiſterium cantandi in Metis ciuitate remāſit. Quantumque magiſteriū Romanum ſuperat Metenſe in arte cantilenæ, tanto ſuperat Metenſis cantilena cæteras ſcholas Gallorum. Similiter erudierunt Romani cantores ſupradicti cantores Frācorum in arte organandi. Et domnus Rex Carolus iterum à Roma artis Grammaticæ & computatoriæ magiſtros ſecum adduxit in Frā-

ciam, & vbique ſtudium literarum expandere iuſſit. Ante ipſum enim Domnum Regem Carolum, in Gallia nullum ſtudiũ fuerat liberalium artium. Per ipſos dies Paſchæ venerunt Romã ad domnum piiſſimũ Regem Carolũ miſſi Taſſilonis ducis Epiſcopus * Iſarnus & abbas Henricus, petierũtque Apoſtolicum vt pacẽ faceret inter domnum Regem Carolũ & Taſſilonẽ ducẽ Baioariorum. Et domnus Apoſtolicus multum ſe interpoſuit poſtulando piiſſimũ Regem. Cui ipſe reſpondit, hoc ſe voluiſſe & per multa tempora quæſiſſe, & minime inuenire potuiſſe: & proferebat ſtatim fieri. Voluitque mox in præſentia Papæ cum ipſis miſſis pacem firmare. Et renuentibus miſſis quia nõ auſi fuiſſent de eius parte vllã firmitatem facere, cũ cognouiſſet Apoſtolicus inſtabilitatem & mendacium eorum, anathema poſuit ſupra ducem eorum & ſuos conſentaneos, ſi ipſe dux ſacramenta quæ promiſerat Pipino & domno Carolo Regi, non adimpleſſet. Et obteſtatus eſt ſupra dictos miſſos, vt conteſtarentur Taſſilonem, vt non aliter faceret, niſi in omnibus obediret domno Regi Carolo & filiis eius ac genti Francorum, ne ſanguinis effuſio proueniret vel læſio terræ ipſius.

* *Arnus*

Et ſi ipſe dux obdurato corde verbis Apoſtolici minime obediret, tunc domnus Rex Carolus & ſuus exercitus abſoluti eſſent ab omni periculo peccati, & quicquid in ipſa terra de incendiis eueniret, vel de qualicunque malicia, hoc ſuper Taſſilonem & eius cõſentaneos eueniret, & domnus Rex Carolus ac Franci innoxij ab omni culpa exinde permanſiſſent. His verbis expletis, miſſi Taſſilonis abſoluti ſunt. Tunc in inuicem ſibi domnus Apoſtolicus, & domnus Rex glorioſus Carolus vale dicentes, benedictione aſſumpta & oratione peracta in Franciam cum gloria reuerſus eſt, adducens ſecum, cantores Romanorum & Grãmaticos peritiſſimos & calculatores. Peruenitque idem mitiſſimus Rex Carolus ad cõiugem ſuam domnam Faſtardam reginam in ciuitate VVarmatia, & ibi ad inuicem gauiſi ſunt lætificantes ac domini miſericordiam conlaudantes: Vbi Synodum cõgregauit, & deinde miſit ad Taſſilonem vt omnia adimpleret ſecundum iuſſionem Apoſtolici, vel ſicut iuſtitia erat, eo quod ſub iureiurando promiſſum habebat, vt in omnibus obediens & fidelis eſſet ei & filiis eius & Francis, & ad eius præſentiam veniret. Quod renuit & venire contempſit. Tũc

domnus Rex Carolus ſentiens iuſtitiam ſuam, pergit Baioariam, venitque in loco qui dicitur Lecfeld ſuper ciuitatem Auguſtam. Et iuſſit fieri alium exercitum de Auſtraſiis & Toringis & Saxonibus, & coniũxerunt ſuper Danubium fluuium in loco qui dicitur Faringa. Et tertium exercitum iuſſit fieri de Italicis, vt filius eius Pipinus Rex veniret vſque ad Triantum, & ipſe ibi maneret & exercitum ſuum pleniter in ante mitteret vſque ad Bauzarũ. Taſſilo vidẽs ſe circundatum ex omni parte, videnſque quod omnes Baioarij plus eſſent fideles domno Regi Carolo quã ſibi, & cognouiſſent iuſtitiã domni Regis, & magis vellent iuſtitiam conſentire, quã contrarij eſſe, cõtriſtatus vndeque tradidit ſeipſum domno Regi Carolo manibus in manibus in vaſſaticũ, & reddidit ei ducatũ ſibi cõmiſſum à domno Pipino Rege, & confeſſus eſt ſe in omnibus peccaſſe & male egiſſe. Et denuo renouãs ſacramenta dedit XII. electos obſides, & tertium decimum filium ſuũ Theudonem. Receptiſque obſidibus & ſacramẽtis, reuerſus eſt domnus glorioſus Rex Carolus in Franciam, & celebrauit Natale & Paſcha in villa quæ dicitur Ingilenhaim.

Domnus igitur Carolus habuit ſyno-

dum ad iam dictã villam Ingilenhaim, ibique venit Taſſilo ex iuſſione eius, ſicut & cæteri vaſſi, dixeruntque fideles Baioarij quod Taſſilo fidem ſuam ſaluam non haberet, ſed poſtea fraudulentus apparuit ſuadente vxore ſua Liutberga. Quod & Taſſilo denegare non potuit, ſed confeſſus eſt poſtea ſe tranſmiſiſſe ad Auaros vt ſibi conſentirent contra domnum Regem, & homines ſuos, quando iurabant, iubebat vt aliter in mente retinerent, & ſub dolo iurarent. Et quia dixerat, ſi decẽ filios haberet, ante voluiſſet omnes amittere quam placita ſic manerẽt ſicut iurauerat, & quia dixerat, melius ſe eſſe mori quam ita viuere. Et dũ incriminarẽtur eum de multis aliis infidelitatibus Franci, & Baioarij, & Lãgobardi, & Saxones, & quia in exercitu dereliquerat domnum Pipinum Regem, & omnes acclamarent eum eſſe reum mortis, & vt capitali ſententia damnaretur, Domnus piiſſimus Rex Carolus motus miſericordia, ob amorem Dei, & quia conſãguineus eius erat, continuit vt non moreretur. Et interrogauit Taſſilonem, quid agere vellet. Ille vero poſtulauit licentiam ſibi tonſorandi & in monaſterium introeundi, & pro tantis peccatis pœnitentiam agendi, vt ſuam

ſaluaret animā. Similiter filius eius Theodo iudicatus eſt: & monachi ambo facti ſunt in Olto monaſterio vbi ſanctus Bonefacius requieſcit. Pauci verò Baioarij qui in aduerſitate domni Regis Caroli perdurare volebant, miſſi ſunt in exilium. Eodem anno commiſſum eſt bellum inter Græcos & Lāgobardos, id eſt à ducibus Spolitanis Hildebrando & Grimaldo quem poſuerat domnus Rex ducem ſuper Beneuentum. fuitque VVinigiſus Francus miſſus domni Regis Caroli cum paucis Francis ex parte Lāgobardorum, & victoriam habuit. Auari quoque bellum inierunt cum Frācis qui erant in Italia, & victi cum confuſione fugati ſunt, & victoriam Franci habuerunt. Tertia pugna commiſſa eſt inter Auaros & Baioarios in campo Hiboſe, & miſſi domni Regis Caroli * Garamandus & Audacrus cum paucis Francis fuerunt ex parte Baioariorum, & Auari victi ſunt. Et hæc omnia dux Taſſilo & vxor eius Deo odibilis Liutberga conſiliati fuerant. Quarta fuit pugna cum Auaris & Baioariis. Ibique fuerunt miſſi domni Regis Caroli, & victoria fuit Chriſtianorum, domno protegente. De Auaris occiſi ſunt ad decem milia, & alij in Danubium fluuium ſubmerſi ſunt dū

*Grahamannus*

gladium fugiunt. Poſt hæc domnus Rex Carolus ad Reganeſburg peruenit, & ibi fines vel marcas Baioariorum diſpoſuit, quomodo ſaluę contra Auaros eſſe potuiſſent. Inde reuerſus celebrauit Natale & Paſcha in Aquis Palatio. Inde iter egit in Sclauaniã & ad locum VVilze peruenit, & vna cum conſilio Francorum & Saxonum tranſiit Renum & venit ad Albiam fluuium, ibique duos pontes conſtruxit, & ad vnum fecit caſtellum ex ligno & terra ex vtraque parte. Inde pergens vltra, Sclauos ſub ſuo dominio conquiſiuit. Fuerunt in exercitu eius Franci & Saxones & Freſones, qui nauigio per Labola fluuium cum quibuſdam Francis ad eum coniunxerunt. Fuerunt etiam Sclaui cum eo * Suurbi & Abotri, quorum dux fuit VVitzan. Ibi obſidibus & ſacramẽtis ab eis receptis, domino ducente, in Frãciam reuertitur, & celebrauit Natale & Paſcha in VVarmatia. In anno ſequẽti nullum fecit iter, ſed in eadẽ ciuitate celebrauit Natale & Paſcha. Inde in itinere ad Baioariam * Reneſburgum peruenit. Ibi exercitu coniuncto cum conſilio Francorum, Saxonum & Freſonum, deſtinauit iter, cum Dei adiutorio, in partes Auarorum propter nimiam maliciam

*Suburbi nec non Aboltriti.*

*Reganeſburg*

quam fecerant contra ſanctam Eccleſiam & populumChriſtianum, vnde iuſtitias per miſſos impetrare non valuerunt. Et properans ad Aniſam fluuium, ibi conſtituerunt Letanias facere per triduum, & miſſarum ſolemnia celebrare pro ſalute exercitus & victoria & adiutorio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vindicta ſuper Auaros. Dõnus verò Rex Carolus de Auſtrali parte Danubij iter egit cum Francis: Saxones autẽ cum quibuſdã Francis & plurima turba Friſonum de Aquilonali parte Danubij abierunt, & venerunt omnes ad Auarorũ firmitates. Domnus vero Rex Carolus ad Cũmeoberg. Alij vero in ripa quæ dicitur Campi, quia ſic vocatur ille fluuius qui cõfluit in Danubiũ. Et cum Auari viderẽt vtraſque ripas exercitũ continere, & nauigia per medium fluuium venire, terrore adeo perterriti dereliquerũt loca firmiſſima & fugerunt. Et, Chriſto ducente populum ſuum, vterque exercituus peruenit ad fluuium Raba, proſtraueruntque Auarorum innumerabilem multitudinem, & reuerſi ſunt ex vtraque ripa ad propria, magnificantes Deum pro tanta victoria. Et celebrauit domnus Rex Carolus Natale & Paſcha in Rageneſburg. Ibi tenuit ſynodum,

vbi primo condemnata eſt hęreſis Feliciana: quem Angilbertus ad pręſẽtiam Adriani Apoſtolici adduxit, & confeſſione facta ſuam hæreſim iterum abdicauit. Eodem anno nullum iter exercitale factum eſt, ſed fecit pontem ſuper nauigia flumina tranſeuntem, anchoris & funibus ita cohærentẽ vt iungi & diſſolui poſſet. Ibi Natale & Paſcha celebrauit ipſo anno. Anno ſequenti domnus Rex Carolus de Rageneſburg iter fecit nauigio vſque ad foſſatum magnum inter * Alamanniam & Radantiã Ibi cum muneribus magnis miſſi Apoſtolici præſentati ſunt, & nunciatum eſt ei Saxones iterum rebellaſſe. Inde per Radantiam nauali itinere abiit in Mochin, & Natale celebrauit ad ſanctum Chilianum in VVirzinburg, & Paſcha in Franconofurt, & ibi congregata eſt ſynodus magna Epiſcoporum Galliarum, Germanorum, Italorum, in præſentia eius. Ibi fuerunt miſſi domini Apoſtolici Adriani Theophilactus & Stephanus Epiſcopi: & ibi tertio damnauerunt hæreſim Felicianam. Quam damnationem per auctoritatem ſanctorum patrum in libro conſcripſerunt, quem librum omnes ſacerdotes propriis manibus ſubſcribendo confirmarunt. Ibi

*Alemana & Radãtia*

obiit Faſtrada regina, & ad ſanctum Albanum ſepulta eſt. Pſeudoſynodus Græcorum quam falſo ſeptimam vocabant pro imaginibus reiecta eſt à pontificibus. Inde motus eſt exercitus in Saxoniam per duas turmas. In vna fuit domnus glorioſiſſimus Rex Carolus, in altera miſit Carolum filium ſuum per Coloniam. Saxones autem congregati præparauerunt ſe ad bellum in campo † Sinitfelt. Sed cũ audiſſent ſe ex duabus partibus eſſe circundatos, timore pleni promiſerunt ſe eſſe Chriſtianos & fideles domno Regi Carolo. Et Rex ad palatium Aquis rediit, ibíque Natale & Paſcha celebrauit. Habuitque placitum ſuum ad locum * Cuſſiſtain in ſuburbio Maguntiæ vrbis. Saxones verò fecerunt irritum placitum ſuum de habenda Chriſtianitate & fide Regis tenenda, & domnus Rex Carolus in Saxoniam intrãs, peruenit ad fluuium Albin in locum † Luini: vbi facto prœlio VVinutzin Abodritorum Rex à Saxonibus occiſus eſt. Ibi venerunt miſſi Tuduin, qui in gente Auarorum magnam poteſtatem habebat, qui dixerunt quod idem Tuduin cum terra & populo ſuo ſe Regi dedere vellet. Rex verò afflictis Saxonibus valde &

Sinaſſelt

Cuſſinſtãg

Liuns

cęſis gladio triginta milibus pugnatorũ ex eis, terra vaſtata, & acceptis obſidibus, rediit Aquis, & ibi natale & Paſcha celebrauit. Alio anno Adrianus Papa obiit, & Leo mox vt in locum eius ſucceſſit, miſit Legatos cum muneribus ad Regem. Claues etiam confeſſionis ſancti Petri & vexillum vrbis Romæ, ei direxit. † Eenricus autem dux Furiulienſis miſſo in Pannoniam VVonomirro Sclauo principe ſuo † Ringũ ducem Auarorum interficere fecit, & Caganum & Iugurram ſpoliare fecit, & theſaurorum multitudinem multa prolixitate ſeculorum à regibus Auarorum collectum domno Regi Carolo Aquis Palatio miſit. Quo theſauro accepto gratiarum actiones Deo largitori omnium bonorum peregit, & inde magnam partem ad limina Apoſtolorum miſit per Angilbertum dilectum ſuum abbatem, & reliquam partem optimatibus ſuis & clericis & monachis largitus eſt. Ipſo anno Tuduin ſecundum pollicitationem ſuam, cum multitudine Auarorum ad Regem venit, & ſe ei dedit cum populo & patria ſua, & ipſe & populus eius Chriſtiani facti baptizati ſunt, & honorifice muneribus ditati redierunt. Rex collectis exercitibus Saxoniam ingreſſus, Pipi-

*Sed et Heinricus* *Hrigum*

num filium ſuum Regem Italiæ in Pannoniam miſit. Qui Pipinus commiſſo bello cum Auaris victor extitit, & diu reſedit in Ringo villa, & cum multis theſauris rediit ad domnum Regem Carolum patrẽ ſuum in Aquis palatiũ, & celebrauit ibi domnus Rex Carolus Natale & Paſcha. Tunc Barcinona ciuitas Hiſpaniæ quæ iampridem à nobis deſciuerat, per Zatum præfectum ipſius reddita eſt. Nam ipſe ad Palatiũ veniens domno Regi ſemetipſum cum ciuitate commendauit. Deindeglorioſus Rex facta expeditione in Saxoniã trans omnes paludes & inuia loca vſque ad Hadulo-ba (hoc enim loco nomen vbi Oceanus Saxoniam adluit) tranſiit. Et tota Saxonũ gente in deditionem per obſides accepta, reuerſus eſt Aquis palatio. Ibi Abdella Sarracenus filius Ibimauge Regis à fratre regno pulſus in Mauritania exulans ei ſe manibus commendauit. Ibi venit Theoctiſtus * filius Nicetę qui tunc Siciliam regebat, portans imperatoris epiſtolã, quẽ magnifice ſuſcipiens poſt paucos dies abſoluit. Et Nouembrio menſe mediante, ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intrauit: Poſitiſque caſtris apud VViſoram fluuium, locum caſtrorum Heriſtelli voca-

*legatus*

ri iuſſit. Illuc venerunt legati Auarorum cum muneribus multis. Inde Abdellam Sarracenum cum filio ſuo Ludouico in Hiſpania reuerti fecit, & filium ſuum Pipinum ad Italiam miſit: ipſe ad diſponēdam Saxoniam totū hiemis tempus impendit, & ibi natale Domini & Paſcha celebrauit. Venit autē ad eum legatus † Adefonſi Regis Galliciæ & Aſturiæ nomine Froia præſentans papilionē miræ pulchritudinis. In ipſo quoque Paſchę tempore Nortliudi trans Albiam ſedentes ſeditione commota, legatos eius qui ad iuſtitias faciendas apud eos conuerſabantur, quoſdam occiderunt, quoſdam ad redimendum reſeruauerunt: ex quibus aliqui fugerunt, cæteri redempti ſunt. Rex Carolus collecto exercitu de Heriſtelli ad locū qui dicitur Minda perrexit, & contra deſertores inter Albim & VViſoram peragrauit totam Saxoniam. Nortliudi cum Traſicone duce Abodritorum & Eburiſo legato domni Regis commiſſo prælio victi ſunt, & cæſi ex eis quatuor milia. Cæteri qui euaſerunt de pacis conditione tractauerunt. Et Rex acceptis obſidibus, reuerſus eſt in Aquis grani palatium. Ibi legationem à Conſtantinopoli ſuſcepit, erátque legatus Michaël

† al. Hadefoſi

patricius Frigiæ & Theophilus presbyter epiſtolam Herenæ Imperatricis deferētes, quia filius eius Conſtātinus Imperator anno ſuperiore à ſuis comprehenſus excæcatus eſt. Hæc tamen legatio tantum de pace fuit. Quos cùm abſoluiſſet, abſoluit etiam cum eis & Siſinnium fratrem Taraſij Conſtantinopolitani Epiſcopi, iandudum in Italia prælio captum. Hoc anno, id eſt ab

DCCXCVIII. incarnatione Domini DCCXCVIII. ſydus Martis à ſuperioris anni Iulio vſque ad huius anni Iulium nuſquam in toto cælo videri potuit. Tunc inſulæ Baleares à Sarracenis & Mauris deprædatæ ſunt. Adefonſus Rex Galliciæ & Aſturiæ prædata Oliſippona vltima Hiſpaniæ ciuitate, inſignia

multas victoriæ ſuæ βοάνοσας, † mulos, captiuóſque Mauros domno regi Carolo per legatos ſuos Frolam & Baſiliſcum hiemis tempore miſit, & in ipſo palatio domnus Rex celebrauit Natale & Paſcha. Romani vero Leonem Papam lætania maiore excæcauerunt, & linguam ei amputauerūt. Qui in cuſtodiam miſſus, noctu euaſit per murū, & ad legatos domni Regis qui tunc erant in baſilica ſancti Petri, VVirundū ſcilicet Abbatem & VVinigiſum Spoletanum Ducem, venit, & Spoletium ductus eſt.

Domnus

Domnus Rex profectus in Saxoniam trãſiit Hrenum ad Lippiam, & in Padabruno poſitis caſtris, inde Carolum filium ſuum cũ medietate exercitus direxit ad Sclauorum colloquium, & vt reciperet Saxones qui de Norliudis in Bardingauium venerant. Ibi Leonem Papam cum ſummo honore ſuſcepit, & reuerſo proſperè filio ſuo, Leonem Papam cum honore dimiſit Romam, & ipſe reuerſus eſt Aquiſgrani palatium. Ibi venit ad eum Daniel legatus Michaelis præfecti Siciliæ, & cum magno honore dimiſſus eſt. Eodem anno gens Auarorum à fide quam promiſerat, defecit, & Hericus dux Foroiuliẽſis poſt tot res proſpere geſtas iuxta Tarſaticã Liburniæ ciuitatẽ inſidiis oppidanorum occiſus eſt, & Geraldus comes Baioariæ præfectus, commiſſo prælio cũ Auaris, cecidit. Inſulæ Baleares quæ anno priore deprædatæ ſunt à Mauris & Sarracenis, poſtulato & accepto à domno Rege auxilio, tradiderunt ſe illi & defenſæ ſunt à prædonibus. Nam prælio facto Frãci Mauros & Sarracenos proſtrauerunt, & ſigna ſublata domno Regi repręſentauerunt. VVido comes qui in Marca Brittãniæ præſidebat, vna cum ſociis Brittanniam ingreſſus, totam eam recepit in

deditionē, & domno Regi Carolo de Saxonia reuerſo arma ducum qui ſe dediderant inſcriptis ſingulorum nominibus, prę-ſentauit, & ſic tota Britānia Frācis ſubdita fuit. Tunc monachus quidam de Hieroſolimis veniens, benedictionem de reliquiis ſepulchri Domini, quā patriarcha miſerat domno Regi Carolo detulit. Azan præfectus ciuitatis quę dicitur Oſca, claues vrbis per Legatum ſuum cum muneribus miſit. Celebrauit domnus Rex Natale domini in eodem Palatio, & abſolutum Hieroſolimitanum monachum reuerti fecit, mittēs cum eo Zachariam presbyterum de Palatio ſuo, qui donaria eius per illa loca ſancta deferret. Et medio Martio menſe Aquiſgrani palatio digrediēs, litus Oceani Gallici perluſtrauit, & in ipſo mari quod tunc piratis infeſtū erat, claſſem inſtituit & præſidia diſpoſuit. Paſcha in Cētulo apud ſanctum Richarium celebrauit. Inde iterū per litus Oceani Rotomagum ciuitatem profectus eſt, ibique Sequana amne tranſmiſſo, Turonis ad ſanctum Martinum orationis cauſa peruenit: Moratus eſt ibi dies aliquot propter aduerſam domnæ Liutgardę coniugis valetudinem, quæ ibidē defuncta & humata eſt. Inde per Aurelianos & Pari-

ſios menſe Iulio regreſſus Aquaſgrani reuerſus eſt. & pridie Nonas & VII. Id. Iulias inſolito more aſpera pruina fuit, ſed nil incommoditatis fructibus attulit. Menſe Auguſto Mágontiam veniens, iter in Italiam condixit & Rauennam peruenit. Ibi ordinata in Beneuentanos expeditione, poſt ſeptem dierum inducias Romæ iter conuertit, & exercitum cum Pipino filio ſuo in Beneuentanorũ terras prædatum ire iuſſit. Romam verò venienti occurrit pridie Leo Papa & Romani cum eo apud Nomẽtum duodecimo ab vrbe lapide, & ſumma cum humilitate ſummoque honore ſuſcepit. Prandenſque cum eo in loco prædicto, ſtatim eum ad vrbem præceſſit, & craſtino in gradibus baſilicæ beati Petri Apoſtoli ſtans, miſſis obuiam Romanæ vrbis vexillis, ordinatis etiam atque diſpoſitis per cõgrua loca tam peregrinorum quam ciuium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipſe cum clero & Epiſcopis equo deſcẽdentem graduſque aſcendentem ſuſcepit: dataque oratione, in Baſilicam beati Petri pſallentibus cũctis introduxit. Facta ſunt hæc ſub die VIII. Kal. Decemb. Poſt VII. verò dies Rex cõcione vocata, cur veniſſet Romam omnibus patefecit, & exinde cotidie ad

ea quæ erant facienda operam dedit. Inter quæ vel maximum & difficillimum erat, de diſcutiendis Papæ obiectis criminibus. Et dum nullus probator criminũ eſſe potuit, domnus Papa coram omni populo in Baſilica beati Petri Euangelium portans, ambonem conſcẽdit, & inuocato ſanctæ Trinitatis nomine, iureiurando ab obiectis criminibus ſe purgauit. Eadem die Zacharias cum duobus monachis, vno de monte Olіueti, altero de ſancto Saba de Oriente reuerſus Romam venit, quos Patriarcha ad regem miſit. Qui benedictionis cauſa claues Sepulchri dominici ac loci Caluariæ, claues etiam ciuitatis & mõtis Olіueti cum vexillo detulerunt: quos Rex benignè ſuſcipiens, aliquot dies ſecum detinuit, & Aprili menſe remuneratos abſoluit, celebrauitque Natale Domini Romæ. Ipſa autem ſacratiſſima Natalis domini cum Rex ad miſſam ante confeſſionem beati Petri Apoſtoli ab oratione ſurgeret, domnus Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, & à cuncto Romanorum populo acclamatum eſt: CAROLO AVGVSTO A DEO CORONATO MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORVM VITA ET VICTORIA. Antea enim dom-

nus Carolus vocabatur ab omnibus, Rex Francorum & Patricius Romanorum: ſed poſt laudes à domno Apoſtolico more antiquorum principum adoratus eſt, atque ablato Patricij nomine, Imperator & Auguſtus eſt appellatus. Poſt paucos autem dies iuſſit eos qui Papã anno ſuperiori dehoneſtauerant exhiberi, & habita decies quæſtione ſecundum legem Romanam, vt maieſtatis rei, capite damnati ſũt. Pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem interceſſit, & vita & membra eis cõceſſa ſunt, ſed pro facinoris magnitudine exilio deportati ſunt. Huius factionis principes fuere Paſchalis nomenculator & Cãpulus ſacellarius & multi alij Romanæ vrbis nobiles. Ordinatis deinde Romanę vrbis & Apoſtolici totiuſque Italiæ non tantum publicis, ſed etiam Eccleſiaſticis & priuatis rebus (nam tota hieme non aliud fecit Imperator) miſit iterum in Beneuentanos expeditionẽ cũ Pipino filio ſuo. Ipſe poſt Paſcha VII. Cal. Maij Roma profectus, Spoletum venit. Et dum eſſet ibi, II. Cal. Maij hora noctis ſecunda terræ motus maximus factus eſt, quo tota Italia grauiter cõcuſſa eſt: Quo motu tectũ baſilicæ beati Pauli Apoſtoli magna ex parte cum ſuis

trabibus decidit, & in quibuſdam locis vrbes monteſque ruerunt. Tremuerunt eodem anno quædam loca circa Renum fluuium & in Gallia & Germania, & facta eſt peſtilentia propter mollitiem hiberni temporis. Imperator de Spoletio Rauennam veniens, aliquot dies ibi moratus Papiam perrexit. Ibi nunciatur ei legatos Aaron Ammiralmummini Regis Perſarum Piſas intraſſe. Quibus obuiam mittēs, inter Vercellis & Eporeiam, eos ſibi fecit pręſentari. Vnus enim ex eis erat Perſa de Oriente legatus Regis Perſarum: alter Sarracenus de Africa legatus Ammirati Abraham, qui in confinio Africæ in foſſato præſidebat; Qui Iſaac Iudæum quem Imperator ante quadrienniũ ad Regem Perſarũ cum Lanfredo & Sigimũdo miſerat, reuerſum cum magnis muneribus nuntiauerunt. Nã Lanfredus ac Sigimundus ambo defuncti erãt. Tunc illę miſit Arcanbaldum notarium in Liguriam, ad claſſem parãdam, qua Elefãs & quæ cum eo deferebantur, ſubueherentur. Ipſe verò celebrato Natali ſancti Ioannis baptiſtæ apud Epocriam, Alpes tranſgreſſus in Galliam reuerſus eſt. Ipſa æſtate capta eſt à Chriſtianis Barcinona ciuitas Hiſpaniæ iam biennio obſeſſa, & † Zatus

reiam

Zatun

præfectus eius, & alij complures Sarraceni comprehenſi. Et in Italia Teate ciuitas à Francis capta & incenſa eſt, eiuſque Præfectus Roſelmus comprehenſus. Caſtella quę ad ipſam ciuitatem pertinebant, in deditionem accepta ſunt, Zatus & Roſelmus vna die ad præſentiam Imperatoris deducti exilio damnati ſunt. Menſe Octobrio Iſaac Iudæus de Africa cum Elefante reuerſus portũ Veneris intrauit. Et quia propter niues non potuit tranſire Alpes, Vercellis hiemauit. Et Imperator Aquiſgrani palatio Natale Domini celebrauit. * Helena igitur Imperatrix miſit de Conſtantinopoli legatum Spatarium nomine Leonem de pace confirmanda inter Francos & Græcos. Timebant enim Græci ne piiſſimus Imperator Carolus ſuper eos irrueret. & Imperator viciſſim propter ipſum abſoluto illo, miſit Ieſſe Epiſcopum Ambianenſem & * Elingandum comitem in Conſtantinopoli vt pacem cum Græcis conſtituerent. Celebratum eſt Paſcha Aquiſgrani palatio. Menſe autem Iulio venit Iſaac cum Elefante & cæteris muneribus quæ à Rege Perſarum miſſa ſunt, & Aquiſgrani omnia Imperatori detulit. Nomen Elefantis erat Abulabaz. Ortona ci-

*Herena*

*al. Hemgaldum*

uitas Italiæ in deditionem accepta eſt. * Luceria quoque frequẽti obſidione fatigata, & ipſa in deditionẽ venit, præſidiumque Francorum in ea poſitum eſt. Imperator æſtatis tempore in Ardenna venatibus operam dedit, & miſſo Saxonum exercitu Trãſalbianos Saxones vaſtauit. Tunc Grimoaldus Beneuẽtanorum dux in Luceria VVinigiſum comitem Spoletij qui præſidio præerat, aduerſa valetudine fatigatum obſedit & in deditionem accepit, captumque honorifice habuit, & Imperator Aquiſgrani Natale Domini celebrauit. Ipſa hieme circa ipſũ Palatiũ & finitimas regiones terræ motus factus eſt, & mortalitas ſubſecuta eſt. VVinigiſus à Grimaldo redditus eſt, & miſſi domni Imperatoris de Conſtãtinopoli reuerſi ſunt: Et venerunt cum eis legati Nikifori Imperatoris, qui tunc rempublicam regebat (Nam Herenã poſt aduentum legationis Franciæ depoſuerunt) quorum nomina fuerunt, Michael Epiſcopus, Petrus abbas, Caliſtus Abbas, Candidatus Abbas. Qui venerunt ad Imperatorem in Germaniam ſuper fluuium Sala, in loco qui dicitur Salts, & pactum faciendæ pacis in ſcripto ſuſceperunt. Et dimiſſi cum epiſtola imperatoris Romam regreſſi, &

*al. Lucerna*

Conſtantinopolin reuerſi ſunt. Imperator autem in Baioariam profectus, diſpoſitis Pannoniarum cauſis, Decembrio menſe Aquiſgrani reuerſus eſt, & ibi celebrauit natale Domini & hiemauit. Æſtate autē in Saxoniam ducto exercitu, omnes qui trans Albiam & in VVimuadi habitabant Saxones, cum mulieribus & infantibus tranſtulit in Franciam, & pagos tranſalbianos Abodritis dedit. Eodem anno Godofridus Rex Danorum venit cum claſſe ſua, necnon & omni equitatu regni ſui ad locū qui dicitur Slietorp, in confinio Regni ſui & Saxoniæ. Promiſit enim ſe ad colloquiū Imperatoris venturum, ſed conſilio ſuorū territus propius non acceſſit, ſed quicquid voluit per legatos mandauit. Nam Imperator ſuper Albiam fluuium ſedebat in loco qui dicitur * Ondulſtetin, & miſſa ad Godefridum legatione pro perfugis reddendis, medio Septembrio Coloniam venit. Dimiſſóque exercitu primo Aquiſgrani, dein Ardennam petit, & venationibus indulgens, Aquiſgrani reuerſus eſt. Medio Nouembrio allatum eſt ei Leonem Papā natale Domini cū eo celebrare velle, vbicunque hoc contingere potuiſſet. Quem ſtatim miſſo ad ſanctum Mauritium Caro-

*al. Lieſthorp.*

*al. Hodunſtem*

lo filio ſuo, honorificè ſuſcipere iuſſit. Ipſe obuiam illi ad Remorum ciuitatem profectus eſt, ibique ſuſceptum, primò Cariſiacum villam, vbi natale Domini celebrauit, deinde Aquaſgrani perduxit. Et donatum magnis muneribus per Baioariam ire volentem reduci fecit vſque Rauēnam. Cauſa aduentus eius hæc erat. Perlatum eſt ad Imperatorem æſtate præterita Chriſti ſanguinem in Mantua ciuitate fuiſſe repertū. Propter hoc miſit ad Papam, petens vt huius famæ veritatē inquireret. Qui accepta occaſione exeundi, primo in Langobardiam quaſi pro inquiſitione iſta profectus eſt, inde ad Imperatorem veniens manſit cum eo dies VIII. reuerſuſque eſt Romam.

Non multò poſt princeps Hunorum * Capcanus propter neceſſitatem populi ſui Imperatorem adiit, poſtulās ſibi locum dari ad habitādum inter Sabariam & Carnuntum, quia propter infeſtationem Sclauorum in priſtinis ſedibus eſſe nō poterat. Quem Imperator benigne ſuſcepit (erat enim Capcanus Chriſtianus in baptiſmo nomine Theodorus) & precibus eius annuens, muneribus donatum redire permiſit. Qui rediens ad populum ſuum pauco tempore tranſacto diem obiit. Miſitque

*al. Cappanus*

* Capcanus vnum de optimatibus ſuis petens ſibi honorem antiquum, quem Capçanus apud Hunos habere ſolebat. Cuius precibus Imperator aſſenſum præbuit, & ſummam totius regni iuxta priſcum eorũ ritum Capcanũ habere præcepit. Eodem anno miſit filium ſuum Carolum in Sclauaniam ad illos qui vocantur † Beheimi, qui omnem patriam illorum depopulatus, ducem eorum nomine Lechoneogo occidit. Inde regreſſus in ſilua Voſegum venit ad Imperatorẽ, in loco qui dicitur Camp: Nam Imperator mẽſe Iulio de Aquis grani profectus Theodonis-villam, & per Metis tranſiens Voſegum petiit. Ibi venationi operam dans, poſt reuerſionem filij caſtellum profectus * Adrumerici, ibi aliquantum temporis moratus ad hiemandum in Theodonis villa palatio ſuo ſecedit. Ibi ad eum ambo filij ſui Pipinus & Ludouicus venerunt, & ibi celebrauit Natale Domini. Statim poſt Natale venerunt duces Venetiæ VVilericus & Beatus & Paulus dux Iodeæ & Donatus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus legati Dalmatiarum cũ magnis donis. Et facta eſt ibi ordinatio ab Imperatore de ducibus & populis tam Venetiæ quam Dalmatiæ, Illiſque abſolutis

Caganus

al. Bebehimi

ad Rumarico

conuentum habuit Imperator cum primoribus & optimatibus Francorũ de pace conſtituenda & conſeruanda inter filios ſuos, & diuiſione regni facienda in tres partes, vt ſciret vnuſquiſque illorum quã partem tueri & regere debuiſſet ſi ſuperſtes ei viueret. De hac partitione teſtamentum factum eſt & iureiurando à Francis confirmatum, & conſtitutiones pacis cõſeruandæ cauſa factæ. Atque hæc omnia literis mãdata ſunt, & Leoni Papæ vt his ſua manu ſubſcriberet, per Einhardum miſſa. Quibus Pontifex lectis & aſſenſum præbuit, & propria manu ſubſcripſit. Imperator vero dimiſſo vtroque filio in regnũ ſibi deputatum, ipſe per Moſellam & Renum, Nouiomagum nauigauit, & ibi ſanctum quadrageſimale ieiunium, & ſanctum Paſcha celebrauit. Inde Aquiſgrani veniens miſit Carolum filium ſuum in * Sclauaniã qui dicũtur Sorabi ſuper Albiam fluuium. In qua expeditione Miliduohc Sclauorum dux interfectus eſt. Duóq; caſtella Carolus tunc ibi fecit, vnum ſuper ripam fluminis Salæ, alterum iuxta fluuium Albin: Sclauiſque pacatis, Carolus regreſſus in loco qui dicitur Silli ſuper ripam Moſæ fluminis, venit ad patrem. Iterum in Beheim

* terrã Sclauorum

Sclauaniam miſit Carolũ filium cum Baioariis & Alamannis & Burgundionibus ſicut anno ſuperiore, vaſtatáq; terra Sclauorum cum gaudio regreſſi ſunt. Eodem anno Pipinus de Italia miſit claſsẽ in Corſicam inſulam contra Mauros, qui eam vaſtabant, cuius aduentum Mauri non expectantes, fugerunt. Vnus tamen de Francis * Ademarus comes ciuitatis Genuæ, imprudenter contra eos dimicans occiſus eſt. In Hiſpania verò Nauarri & Pãpilonẽſes qui ſuperioribus annis ad Sarracenos defecerant, in fidem reuerſi ſunt domini Imperatoris. Tũc claſſis à Nicephoro Imperatore cui Niceta patricius præerat, mittitur ad recuperandam Dalmatiam, & legati qui dudum ante quatuor fere annos ad regem Perſarũ miſſi ſunt, per ipſas Græcarum nauium ſtationes trãſuecti ad Taruiſianum portum nullo aduerſariorũ ſentiente regreſſi ſunt, & Imperator in Aquis grani celebrauit natale Domini.

*Hadumarus al.*

Anno ſuperiore IIII. Non. Septẽb. fuit Eclipſis Lunæ, & ſtabat Sol in ſexta decima parte Virginis, Luna autem in ſexta decima parte Piſcium. Hoc autem anno id eſt ab incarnatione Domini DCCCVII. prid. Kal. Febr. fuit Luna XVII. quando

ſtella Iouis quaſi per eam tranſire viſa eſt. & III. Id. Febr. fuit Eclipſis Solis media die ſtante vtroque ſidere in viceſima quinta parte Aquarij. Iterum IIII. Kal. Mart. fuit Eclipſis Lunæ, & apparuerunt acies eadē nocte miræ magnitudinis, & Sol ſtetit in vndecima parte piſcium, & Luna in vndecima parte Virginis. Et ſtella Mercurij XVI. Kal. April. viſa eſt in Sole quaſi parua macula nigra: tamen paululum ſuperius medio centro eiuſdē ſideris, quæ octo dies à* Francis conſpecta eſt. Sed quando primam intrauit vel exiit, nubibus impedientibus minime potuit adnotari. Iterum menſe Auguſto XI. kal. Sept. eclipſis Lunæ facta eſt hora noctis tertia, Sole poſito in quinta parte Virginis, & Luna in quinta parte Piſcium. Sicque ab anni ſuperioris Septembrio vſq; ad anni præſentis Septēbrium ter obſcurata eſt Luna & Sol ſemel. Ratbertus miſſus Imperatoris qui de Oriente reuertebatur, defunctus eſt, & legatus regis Perſarum nomine Abdella, cum monachis de Hieruſalem qui legati erant Thomæ patriarchæ, quorū nomina fuerūt Georgius & Felix (quorum Georgius Abbas in mōte Oliueti patria Germanus proprio nomine Engelbaldus dicebatur) per-

*a nobis cōſpicitur*

uenerunt ad Imperatorem munera deferentes, quę Rex Perſarum miſerat Imperatori, papilionem & tentoria atrij vario colore facta miræ magnitudinis & pulchritudinis, omnia ex biſſo cum funibus. Præterea pallia ſerica precioſiſſima, odores, aromata & balſama, & horologium ex auricalco arte mechanica mirifice compoſitũ, in quo XII. horarum curſus ad clepſidram vertebatur, cum totidem æreis pillulis quæ ad completionem horarum decidebant, & caſu ſuo ſubiectum ſibi cimbalum tinnire faciebant. Erantque in ipſo XII. * Caballarij qui per XII. feneſtras completis horis exibant, & impetu egreſſionis ſuæ XII. feneſtras quæ prius erant apertæ, claudebant: & alia multa erant in ipſo horologio, quæ nunc enumerare longum eſt. Prę-terea cãdelabra duo ex auricalco mirę magnitudinis & proceritatis. Quæ omnia Aquis palatio ad Imperatorem delata ſũt. Imperator legatum & monachos per aliquantum tempus ſecum retinens, in Italiã direxit, atque ibi eos tempus nauigationis expectare iuſſit. Eódem anno Burchardũ comitẽ ſtabuli ſui cum claſſe miſit in Corſicã, vt eam à Mauris, qui ſuperioribus annis illuc prædatum venire conſueuerant,

*al. equites*

defenderet. Mauri autem, ſolito more, de Hiſpania egreſſi, primo Sardiniam appulſi ſunt, ibique cum Sardis prælio inito victi
tria al. ſunt, & occiſi ſunt * quinque milia Maurorum. Inde in Corſicam peruenerunt. Ibi cum Burcardo præliantes, victi & fugati ſunt, amiſſis tredecim nauibus. Illo anno Mauri in omnibus locis aduerſa fortuna periclitati ſunt, ſicut ipſi teſtabantur, eo quod anno ſuperiore contra omnem iuſtitiam de Datalaria inſula ſexaginta monachos aſportatos in Hiſpania vendiderunt, quorum aliqui per liberalitatẽ domni Imperatoris Caroli iterum in ſua loca conuerſi ſunt. Niceta verò patricius qui cum claſſe Conſtantinopolitana ſedebat in Venetia, pace facta cum Pipino rege, & indutiis vſque ad menſem Auguſtum conſtitucis, ſtatione ſoluta Conſtantinopolim regreſſus eſt. Et domnus Imperator celebrauit Aquis Natale & Paſcha. Ipſo tempore hiems molliſſima ac peſtilens fuit, & vere inchoante, Imperator Nouiomagum profectus eſt, vbi quadrageſimale ieiunium & Paſcha celebrauit, & regreſſus eſt Aquis. Et quia nuntiabatur Godofridum Regem Danorum in Abodritos cum exercitu traieciſſe,

Carolum filium ſuum ad Albiam cum valida Francorum & Saxonum manu miſit, iubens væſano regi reſiſtere, ſi Saxoniæ terminos aggredi tẽtaret. Sed Rex Danorum ſtatiuis per aliquot dies in littore habitis, & expugnatis aliquot Sclauorum caſtellis & captis, audito aduẽtu Frãcorum cum damno reuerſus eſt. Draſconem ducem Abodritorum iam pepulerat à loco, & Godelaibum alium ducem dolo captum patibulo ſuſpẽderat, & duas partes Abodritorum ſibi vectigales fecerat: ſed optimos militũ ſuorũ & manu prõptiſſimos amiſit, & filiũ fratris ſui nomine Reginoldum, qui in oppugnatione cuiuſdam oppidi cum plurimis Danorũ primoribus interfectus eſt. Filius autẽ Imperatoris domnus Carolus Albiã ponte iunxit, & ad Linones & Smeldingos qui & ipſi ad Godofredum defecerãt, celeriter venit, & populatis illis circũquaque, tranſito iterum flumine cum incolumi exercitu in Saxoniã ſe recepit. Erant cũ Godofrido in expeditione Sclaui qui dicuntur VVilzi, qui propter antiquas inimicitias, quas cum Abodritis habere ſolebant, ſponte ſe copiis eius coniunxerãt: qui ſimiliter ad propria fugerunt. Gotefridus verò deſtructo emporio quod in Oceani

littore conſtitutum lingua Danorum Reric dicitur, & magnã regno illius commoditatem vectigalium perſolutione præſtabat, trãſlatis inde negotiatoribus ad portũ * Lieſtrop veniens, vallum ibi conſtituit ab Orientali maris ſinu quem illi Oeſtarſalt vocant, vſque ad Occidẽtalem Oceanum totam Ægidoræ fluminis Aquilonalem ripam munimento prætexens, dimiſſa vna tantum porta per quã carri & equites emitti & recipi poſſent. Interea Rex Nordanimbrorum * id eſt de Irlanda inſula Britanniæ, nomine Eardulfus regno & patria pulſus ad Imperatorem venit, dum adhuc Nouiomago moraretur. Et patefacto aduentus ſui negotio Romam proficiſcitur, Romaque rediens per Legatos Leonis Papæ & domni Imperatoris in regnum ſuum deductus honorificè receptus eſt. Legatus Papæ fuit Aldulfus diaconus de ipſa Britanniæ natione Saxo, & miſſi Imperatoris fuerunt duo Abbates Hruotfridus notarius & Nantarius de ſancto Otmaro. Imperator verò ædificatis per legatos ſuos duobus caſtellis ad Albin fluuium & præſidio in eis contra Sclauorum incurſiones diſpoſito, Aquiſgrani hiemauit, & ibi celebrauit Natale domini & ſan-

*Scieſthrop*

*de Britannia*

ctum Paſcha. Tunc claſſis de Conſtantinopoli miſſa primo Dalmatiam, dein Venetiam appulit. Inde ad inſulam Comiadũ acceſſit, & commiſſo prælio * cum caſtellanis Francorum victa & fugata Venetiã rediit. Paulus autem dux qui claſſi præerat, cum de pace inter Francos & Græcos conſtituenda, quaſi hoc ſibi eſſet iniunctum, apud domnum Pipinum Regẽ Italiæ moliretur agere, VVilarenus & Beatus duces Venetiæ inſidias ei parabant, & ille eorum fraude cognita diſceſſit. At in Occiduis partibus domnus Ludouicus Rex Hiſpaniam intrans Dertoſam ciuitatem in ripa Hiberi fluminis obſedit: & poſt menſis vnius circulum, cum eam videret non poſſe cito capi, & omnis Hiſpania de Sarracenis contra eum congregaretur, dimiſſa obſidione cum incolumi exercitu in Aquitaniam ſe recepit. Miſſis vero Papæ & Imperatoris de Irlanda reuertentibus, Aldulfus diaconus vnus ex eis captus eſt à piratis, & ductus in Britanniam, & à quodam regis Cœnulfi homine redemptus Romam reuerſus eſt. Cæteri ſani in Franciam reuerſi ſunt. Tũc deprædata eſt à Græcis qui Orobiotæ vocantur, Populonium ciuitas Tuſciæ. Mauri quoque de Hiſpania Corſicã

*cõtra præſidium. al.*

ingreſſi in ſabbato ſancto Paſchę ciuitatem quandā diripuerūt, & pręter Epiſcopum & paucos ſenes & infirmos nihil in ea reliquerunt. In terra Gotefridus Rex Danorū per negociatores quoſdam mandauit ſe audiſſe, quod Imperator eſſet ei iratus propter exercitum in Abodritos anno ſuperiore ſeductum vt ſuas vlciſceretur iniurias, & quia obiiciebatur & fœderis irruptio, petiit vt conuētus comitum Francorum & ſuorum iuxta terminos Regni ſui trans Albiā fieret, profeſſus ſe emēdare velle domno Imperatori ſi quid contra eum egiſſet. Timebat enim ne domnus Imperator Carolus exercitum Francorum mitteret ſuper Danos. Nō refutauit Imperator, colloquiumque trans Albiam habitum cum primoribus Danorum in loco qui dicitur Melac, ſed non bene finito placito diſceſſum eſt. Traſco verò dux Abodritorum petiit auxilium ab Imperatore, poſtquam filium ſuū poſtulanti Gotefredo obſidē dederat, qui miſit cum eo Saxones ſuper VVilzos & agros eorum igni & gentē ferro deuaſtauerunt, & cū magna præda reuerſi ſunt. Iterū Franci cum Saxonibus Smeldingorū maximam ciuitatem expugnant, & his ſucceſſibus omnes qui ab Imperatore defece-

rant, ad ſuam ditionem reuertuntur.

His ita geſtis Imperator de Ardenna Aquis reuerſus menſe Nouembri, Cōcilium habuit de Spirituſancto procedente à Patre & filio. Quam quæſtionē Iohannes quidam monachus Hieroſolymis primo cōmouit. Cuius definiendæ cauſa Bernarius Epiſcopus Cormaricēſis, & Aſius Epiſcopus VVarmantiæ, & Adalardus Abbas monaſterij Corbeiæ miſſi ſunt Romam ad Leonem Papam. Agitatum eſt & in codē concilio de ſtatu eccleſiarum & conuerſatione eorū qui in eis domino ſeruiūt. Nec aliquid tamen definitum eſt propter rerū, vt videbatur, magnitudinem. Imperator autem cùm ei multa de iactantia & ſuperbia Regis Danorum nunciarentur, ſtatuit trans Albiam fluuium ciuitatem ædificare, Francorúmque in ea ponere præſidium. Cumque ad hoc per Galliam atque Germaniam exercitum cōgregaſſet, armíſque ac cæteris ad vſum neceſſariis rebus inſtructos per Freſiam ad locum deſtinatum ducere iuſſiſſet, Traſco dux Abodritorum in emporio Reric ab hominibus Godefridi per dolum interfectus eſt. Sed Imperator poſtquam locus ciuitati conſtituendæ fuerat exploratus, Ægbertum comitem huic

negotio exequendo præficiens, Albiam traiicere & locum iuſſit occupare. Eſt autē locus ſuper ripā Sturiæ fluminis vocabulo Eſſelfelt, & occupatus ab Ægberto & comitibus Saxonicis circa Idus Martias, & muniri cœptus eſt. Ipſo tempore Aureolus comes * de genere Felicis Aureoli Petragoricēſis Comitis qui in cōmercio Hiſpaniæ atque Galliæ trans Pyreneum contra Oſcam & Cæſar-Auguſtam reſidebat, defunctus eſt, & Amoroz præfectus Cæſar-Auguſtæ & Oſcæ miniſterium eius inuaſit, & in caſtellis illius præſidia diſpoſuit. miſſáque ad Imperatorem legatione, ſeſe cum omnibus quæ habebat in deditionē illi venire velle prōmiſit. Tunc eclipſis Lunę VII. Kal. Ian. contigit. Et Amoroz Cæſar-Auguſtæ præfectus, poſtquam Imperatoris legati ad eum peruenerunt, petiit vt colloquium fieret inter ipſum & Hiſpanici limitis cuſtodes, promittens ſe in eo colloquio cum ſuis omnibus in Imperatoris ditionem eſſe venturum. Imperator autem hoc annuit, ſed multis interuenientibus cauſis, remanſit imperfectum. Mauri verò de tota Hiſpania cum maxima claſſe primo Sardiniam, deinde Corſicam appulerunt, & nullo in ea inuento præſidio, inſulā pene

*deſunt hæc in plurib. ex.*

totam ſubegerunt. Interea Pipinus Rex perfidia ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terra maríque iuſſit appetere. Subiectáque Venetia ac ducibus eius in deditionem acceptis, eandem claſſem ad Dalmatiæ littora vaſtanda miſit. Et cũ Paulus Ceſalaniæ præfectus cum Orientali claſſe ad auxilium Dalmatis ferendum aduentaret, regia claſſis ad propria regreditur.* Rotrudis filia Imperatoris quæ natu maior erat, VIII. Id. Iun. obiit. *Hrudtrud* Imperator verò Aquiſgrani adhuc agens, & contra Gotefridum regem expeditionem meditans, nuntium accepit claſſem ducẽtarum nauium de Nortmannia Friſiam appuliſſe, totáſque inſulas Freſiaco litori adiacentes eſſe vaſtatas, & iam exercitum illum in continẽti eſſe, ternáque pręlia cum Freſonibus commiſſa, & Danos victores tributum victis impoſuiſſe, & vectigalis nomine centum libras argenti à Freſonibus iam eſſe ſolutas, regem verò Gotefredum domum eſſe reuerſum. & reuera ita erat. Imperator valde concitatus congregauit exercitum de omnibus regionibus imperij ſui, & ipſe ſine mora à Palatio exiit volens primitus claſſi occurrere, deinde trãſmiſſo Reno in loco qui dicitur Lippia, copias

quæ nondum conuenerãt expectabat. Vbi dum aliquot dies moraretur, Elephas ille quem ei rex Sarracenorum Aarõ miſerat, morte ſubita moritur. Congregato exercitu, celeriter ad Alaram fluuium contendit, & caſtra poſuit iuxta * fluuium Corug qui in VViſoræ fluuio coniungitur, & Gotefredi regis præſtolatur aduẽtum. Nam ille Rex Daniſcus inflatus vana ſpe victoriæ, iactabat ſe congredi velle in acie cum domno Imperatore. Dum Imperator per dies xv. ibi cum expectaret veniũt, ad eum nuntij qui dixerunt, quod claſſis quæ Freſones vaſtabat regreſſa eſt, & Gotefredus Rex à ſuo ſatellite interfectus eſt: & quia caſtrum * Obuoki Albiæ flumini appoſitum, in quo erat Odo legatus Imperatoris & Orientalium Saxonum præſidium, captum eſt à VVilzis: & quod Pipinus Rex filius eius obierat. Duæ quoque aliæ legationes venerunt ei, vna de Conſtantinopoli, altera de Corduba pacem facere cum eo. Quibus ille acceptis, & diſpoſita pro tẽporis conditione Saxonia, reuerſus eſt in Franciam. Tanta fuit in ea expeditione boum peſtilentia, vt pene nullus tanto exercitui ſupereſſet. Et non ſolum ibi, ſed etiam per omnes Imperatori ſubie-

*al. confluẽtem eius*

*hohbuoki*

ctas prouincias mortalitas boum valde graſſata eſt. Imperator Aquiſgrani veniẽs, menſe Octobri memoratas legationes audiuit, & pacem fecit cum Niceforo Imperatore, & cum Ambulaz rege Hiſpaniæ: Nam Niciforo Venetiam reddidit, & Adimricum Comitem olim à Sarracenis captum Ambulaz remittente, recepit. Eo anno Sol & Luna bis defecerũt. Sol * VIII. *al.* VII
Id. Iunij & pridie Kal. Decemb. Luna XI. Cal. Iulij & * VIII. Cal. Ianuar. Corſica *al.* XVIII
vero inſula iterum à Mauris capta eſt, & Amorroz ab Ambulaz filio Abdirraman de Cæſar-Auguſta expulſus, & Oſcam intrare compulſus eſt. Gotefredo Danorum rege mortuo, Emmingus filius fratris eius in regnum ſucceſſit, & pacem cũ domno Carolo Imperatore fecit.

Abſoluto itaque & dimiſſo Arſafio Spatario legato Nicifori Imperatoris, eiuſdem pacis confirmandæ gratia legati ab Imperatore Conſtantinopolin mittũtur, Haido Epiſcopus Baſlenſis, & Hug Comes Turonicus, & * Aigo comes de Foro-Iulij, & *Aio Langobard*
Leo quidam Spatharius natione Siculus, & VVilericus Dux Veneticorum: quorum alter ante annos x. Romę ad Imperatorem cum ibi eſſet de Sicilia profugus, & redire

volens in patriam remittitur: alter propter perfidiam honore ſpoliatus, Conſtantinopolim ad dominum ſuum duci iubetur. Cōdicta inter Imperatorem & Hemmingum regem Danorum pax propter hiemis aſperitatem qua inter partes commeandi via claudebatur, in armis tātum iurata ſeruatur, donec redeunte veris temperie, apertis viis, congregati ſunt ex vtraque parte Francorum & Danorum duodecim primores: ex vtraque parte ſuper fluuium Egidorā in loco qui vocatur † datis viciſſim ſecundum ritum ac morē ſuum ſacramentis, pacem firmauerunt. Primores de parte Francorum hij fuere: VVala Comes filius Bernardi, Burchardus Comes, Vnrocus Comes, Vodo Comes, Bernardus Comes, Egbertus Comes, Theodericus Comes, Abo Comes, Oſdag Comes, VVignan Comes. Imperator pace confirmata cum Emingo, placitum ſuum habuit Aquis, & in tres partes regni ſui totidem exercitus dimiſit, vnū trās Albiam in Linones quos vaſtauit, & caſtellum Heobuoki ſuperiori anno à VVilzis deſtructum in ripa Albiæ fluminis reſtaurauit: Alterū in Pannonias ad controuerſiam Hunorum & Sclauorū finiendas: Tertium in Britones ad eorum

perfidiam puniendam. Qui omnes rebus proſpere geſtis, incolumes regreſſi ſunt ad Imperatorem. Ipſe autem propter claſſem quam anno ſuperiore fieri imperauit videndam, ad Bononiam ciuitatem maritimam acceſſit. Farúmque ibi ad nauigantiũ curſus dirigendos antiquitus conſtitutam reſtaurauit, & in ſummitate eius nocturnũ ignem accendit. & inde ad Scaldim veniens fluuium in loco qui dicitur Gant, naues ad eandem claſſem ædificatas aſpexit, & medio Nouembrio Aquas rediit, & obuiauerunt ei legati Emmingi regis Aiouim & Hebbi, cum muneribus & pacificis verbis. Venerunt etiam Aquas de Pannonia duci principes Auarum & Tudun & alij Canzauci & primores Sclauorũ circa Danubium habitãtium cum muneribus. Carolus verò filius domni Imperatoris qui maior natu erat, obiit II. Non. Decemb. Imperator Aquis hiemauit. Non multo poſt Hemmingus Danorum Rex defunctus eſt. Cui cum ſuccedere voluiſſent in regno Sigefredus nepos Gotefredi regis & Anulo nepos Herioldi & ipſius Regis, commiſſo inter ſe prælio ambo moriuntur. Pars tamen Anulonis adepta victoria, fratres eius Herioldum & Raginfre-

Burgaris

dum Reges ſibi conſtituit, & omnes in eis conſenſerunt. Cæciderunt in eo prælio ex vtraque parte decem millia nongenti XL. Niciforus Imperator poſt multas & inſignes victorias in Moeſia prouincia cõmiſſo cum * Bolgris prælio moritur, & Michael gener eius Imperator factus eſt. Qui legatos domni Imperatoris Caroli qui ad Niceforum miſſi fuerãt, Conſtantinopoli ſuſcepit & abſoluit. Cum quibus & legatos ſuos direxit Michaelem Epiſcopum & Arſaphium & Theognoſtum protoſpatarios & per eos pacem à Niceforo inceptam cõfirmauit. Nam Aquiſgrani venientes ad Imperatorẽ ſcriptum pacis ab eo in Eccleſia ſuſceperunt, & Græca lingua laudes ei dixerunt Baſileum eum appellantes. Et reuertentes Romam in Baſilica ſancti Petri eiuſdem fœderis libellum à Leone Papa denuo ſuſceperunt. Tunc Imperator generali conuentu Aquis ſolemniter habito, Bernardum filium Pipini nepotem ſuum in Italiam miſit, & propter famam claſſis quæ de Africa & Hiſpania ad vaſtandam Italiam ventura dicebatur, VValanem filium Bernardi patruelis ſui cum illo eſſe iuſſit, quoaduſque rerum euentus ſecuritatem noſtris adferret. Hæc claſſis partim in

Corſicam, partim in Sardiniam venit: & ea quæ ad Sardiniam eſt delata, tota deleta eſt. Tunc claſſis Normannorum Hiberniam Scotorum inſulam aggreſſa, commiſſo prælio cum Scotis, innumerabilis multitudo Normannorum extincta eſt, & turpiter fugiendo reuerſi ſunt. Pax facta eſt cum Ambulaz Rege Sarracenorum & cum duce Beneuentanorũ Grimoaldo, & tributi nomine xxv. milia ſolidorum auri à Beneuentanis ſoluta. Tunc expeditionem fecit ad VVilzos, & ab eis obſides accepit.* Eroldus autem & Reginfredus reges Danorum miſſa ad Imperatorem legatione, pacem petunt, & fratrem ſuum Emmingum ſibi remitti rogant. Hoc anno Idibus Maij poſt meridiem, eclipſis ſolis fuit, & Imperator Aquiſgrani hiemauit. Incipiẽte quoque verno Amalharium Treuerẽſem Epiſcopum & Petrum Abbatem monaſterij Nonantulas, propter pacẽ confirmãdam cum Michaele Imperatore Cõſtãtinopolim miſit. Deinde habito Aquiſgrani generali conuentu, filio ſuo Ludouico Regi Aquitaniæ coronam impoſuit, & Imperialis nominis ſibi conſortem fecit, & Bernardum nepotem ſuum filium Pipini filij ſui Italiæ præfecit, & Regem appellari iuſſit. Concilia quoque iuſſu domni

*Harioldus*

Caroli Imperatoris ſuper ſtatum Eccleſiarum corrigendum, per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt. Quorum vnum Mogontiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartũ Cabillone, quintũ Arelati congregatum eſt. * Cõſtitutiones quę in ſingulis factæ ſunt, coram Imperatore perlectę ſunt, quas qui noſſe voluerit, in ipſis ciuitatibus inuenire poterit, quãquam & in Archiuo Palatij exemplaria illorum habeantur. De hoc conuentu Imperator miſit primores Francorum & Saxonum trans Albiam ad cõfinia Nordmannorum, qui pacem cum eis facerent ſecundum petitionem Regum illorum, & fratrem eorũ redderent. Occurrerunt ipſis ſedecim de primatibus Danorum, & iuramentis factis ex vtraque parte, pax confirmata, & Regũ frater eis redditus eſt. Dani vero euntes ad VVeſtarfoldam, quæ regio vltima regni eorum inter Septentrionem & Occidẽtem ſita contra Aquilonem Britanniæ ſummitatem reſpicit, perdomuerunt ipſam regionem. Cumque reuerterentur, alij Dani cum filiis Gotefredi regis inſidias eis parantes congreſſi ſunt cum eis, & eos de regno expulerunt. Mauris præterea de Corſica ad Hiſpaniam cum præda multa redeunti-

*vet. Collatio coram Imperatore in illo cõuentu habita, quas qui*

bus, Ermengarius comes Emporitanus in Maiorica inſidias poſuit, & octo naues eorum cepit, in quibus quingentos & eo amplius captiuos Chriſtianos inuenit. Hoc Mauri vindicare volentes, Centum-cellas Tuſciæ ciuitatem, & prouinciam Narbonenſem vaſtant. Inde Sardiniã aggreſſi, cõmiſſo cum Chriſtianis prælio victi ſunt, & multis ſuorum amiſſis, fuga reuerſi ſunt. At Michael Imperator Bulgaros bello appetens victus eſt, & domum reuerſus depoſito diademate Monachus efficitur, dicens ſe eſſe indignum Imperio quia victus fuerat. In cuius locum Leo Imperator cõſtituitur filius Patricij pardi. Crumas verò Rex Bulgarorum qui Niceforum Imperatorem ante duos annos interfecerat, & Michaelem de Moeſia fugauerat, ſecundis rebus elatus, cum magno exercitu Conſtantinopolim obſedit & iuxta portam ciuitatis caſtra poſuit. Quem ante mœnia vrbis equitantem, Leo Imperator, eruptione ſolus facta ſuper eum irruens, grauiter vulneratum fugere compulit, & in patriam turpiter redire, vbi de ipſo vulnere poſt tres dies mortuus eſt. Domnus verò piiſſimus & glorioſiſſimus Imperator Carolus dum Aquiſgrani hiemaret, anno Septua-

geſimo primo ætatis ſuæ, regni autem quadrageſimo ſeptimo, ſubactæ autem Italiæ XLIII. ex quo verò Imperator & Auguſtus appellatus eſt anno XIIII. quintodecimo Cal. Feb. rebus humanis exceſſit, ſepultus Aquis in Baſilica ſanctę Dei genitricis quã ipſe conſtruxerat. Corpus eius aromatizatum eſt, & in ſede aurea ſedens poſitũ eſt, in curuatura ſepulchri, enſe aureo accinctus, Euangelium aureum tenens in manibus & genibus reclinatis humeris in cathedra, & capite honeſte erecto ligato aurea cathena ad diadema. Et in diademate lignum ſanctæ Crucis poſitum eſt. Et repleuerunt ſepulchrum eius aromatibus, pigmentis & balſamo, & muſco, & theſauris multis in auro. Veſtitum eſt corpus eius veſtimentis Imperialibus, & ſudario ſub diademate facies eius operta eſt. Cilicium ad carnem eius poſitum eſt, quod ſecreto ſemper induebatur, & ſuper veſtimentis Imperialibus pera peregrinalis aurea poſita eſt, quam Romam portare ſolitus erat. Sceptrum aureum & ſcutum aureum quod Leo Papa conſecrauerat, ante eam poſita ſunt dependentia. & clauſum & ſigillatum eſt ſepulchrum eius. Nemo autem referre poteſt quantus planctus & luctus pro eo fuerit per

vniuerſam

vniuerſam terram: etiã inter paganos plangebatur quaſi pater orbis. Maximus verò planctus inter Chriſtianos fuit, & præcipue per vniuerſum Regnum eius. Oleo autem ſancto inunctus ab Epiſcopis, & viatico ſũpto, & omnibus ſuis diſpoſitis, cõmendans domino ſpiritum ſuum, obiit in pace anno octingenteſimo quarto decimo ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui viuit & regnat ſolus Deus in ſecula ſeculorum.

*In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.*

IMPERATOR Cæſar Karolus Rex Francorum inuictiſſimus & Romani Rector Imperij pius fœlix ac Triũphator ſemper Auguſtus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & cuncto populo Catholico præſenti & futuro gentium ac nationũ quæ ſub eius Imperio & regimine conſtitutæ ſunt.

Sicut omnibus vobis notum eſſe & neminem veſtrum latere credimus quomodo nos diuina clementia, cuius nutu ad occaſum tẽdentia ſecula per ſucceſſiones generationum reparantur, tres nobis dando filios magnæ miſerationis ac benedictionis ſuæ ditauit munere, quia per eos, ſecundum vota noſtra, & ſpem noſtram de regno confirmauit, & curam obliuioni obnoxiæ poſteritatis leuiorem fecit: Ita & hoc vobis notum fieri volumus quod eoſdem per Dei gratiam filios no-

ſtros regni à Deo nobis conceſſi donec in corpore ſumus & poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum huius à Deo conſeruandi regni vel imperij noſtri herèdes relinquere, ſi ſic diuina maieſtas annuerit, optamus: non vt confuſe atque inordinate aut ſub totiùs regni dominatione iurgij cõtrouerſiam eis relinquamus, ſed trina partitione totum regni corpus diuidentes, quam quiſquis illorum tueri vel regere debeat portionem, diſtribuere & deſignare volumus, eo videlicet modo, vt ſua quiſque portione contentus, iuxta ordinationem noſtram, & fines regni ſui quæ ad alienigenas extenduntur, cum Dei adiutorio, nitatur defendere, & pacem atque charitatem cum fratre cuſtodire.

Diuiſiones vero à Deo conſeruati & conſeruandi imperij vel regni noſtri tales facere placuit, vt Aquitaniam totam & VVaſconiam, excepto pago Turonico & quicquid inde ad Occidentem atque Hiſpaniam reſpicit, & de ciuitate Niuernis quæ eſt ſita ſuper fluuium Ligerim cum ipſo pago Niuernenſe, pagum Aualenſem atque Alſenſem, Cabillionenſem, Matiſconẽſem, Lugdunenſem, Saboiam, Moriennam, Tarentaſiam, Montem Ciniſium, Vallem Seguſianam vſque ad cluſas, & inde per terminos Italicorum montium vſque ad mare, hos pagos cum ſuis ciuitatibus, & quicquid ab eis contra meridiem & occidentem vſque ad mare vel vſque ad Hiſpanias continetur, hoc eſt illam portionem Burgundiæ & Prouinciam ac Septimaniam vel Gothiam Ludouico dilecto filio noſtro conſignauimus.

Italiam vero, quæ & Langobardia dicitur, & Baioariam ſicut Taſſilo tenuit, exceptis duabus villis quarum nomina ſunt Ingoldeſtat & Lutrahahof, quas nos quondam Taſsiloni beneficiauimus, & pertinet ad pagum qui dicitur Northgouue, & de Alamania partem quæ in Auſtrali ripa Danubij fluminis eſt, & de ipſo flumine Danubij currente limite vſque ad Renum fluuium in confinio pagorum Chletgouue & Hegouue in locum qui dicitur Enge, & inde per Renum fluuium ſurſum verſus vſque ad Alpes, quicquid inter hos terminos fuerit & ad meridiem vel Orientem reſpicit, vna cum Ducatu Curienſi & pago Durgouue, Pippino dilecto filio noſtro.

Quicquid autē de regno noſtro extra hos terminos fuerit, id eſt Franciam & Burgundiam, excepta illa parte quam Ludouuico dedimus, atque Alamanniam, excepta portione quam Pippino aſſcripſimus, Auſtriam, Nuiſtriam, Turingiam, Saxoniam, Friſiam, & partem Baioariæ quæ dicitur Northgovv, dilecto filio noſtro Karolo conceſſimus: ita vt Karolus & Lodouuicus viam habere poſſint in Italiam ad auxilium ferēdum fratri ſuo ſi ita neceſsitas extiterit, Karolus per vallē Auguſtanam quæ ad regnum eius pertinet, & Lodeuuicus per vallem Seguſianā, Pipinus vero & exitum & ingreſſum per Alpes Noricas atque Cariam.

Hæc autem tali ordine diſponimus, vt ſi karolus qui maior natu eſt priuſquam cæteri fratres diem obierit, pars regni quam habebat, diuidatur inter Pippinum & Lodeuuicum, ſicut quondam

diuiſum eſt inter nos & fratrem noſtrum karlomannum, eo modo, vt Pippinus illam portionem habeat quam frater noſter karlomannus habuit, Lodeuuicus vero illam partem quam nos in illa partitione ſuſcepimus. Si vero karolo & Lodeuuico viuentibus, Pippinus debitum humanæ ſortis compleuerit, karolus & Ludeuuicus diuidant inter ſe regnum quod ille habuit, & hæc diuiſio tali modo fiat, vt ab ingreſſu Italiæ per Auguſtam ciuitatem accipiat: karolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluuium termino currente vſque ad fines Regenſium, & ipſam Regium, & Ciuitatem nouam, atque Mutinam vſque ad terminos ſancti Petri. Has ciuitates cũ ſuburbanis & territoriis ſuis atque Comitatibus quæ ad ipſas pertinent, & quicquid inde Romam pergenti ad leuã reſpicit, de regno quod Pippinus habuit vna cum Ducatu Spoletano hãc portionem, ſicut prædiximus, accipiat karolus. Quicquid autem à prædictis ciuitatibus vel Comitatibus Romam eunti ad dextrã iacet, de prædicto regno, id eſt portionem quæ remanſit de regione Tranſpadana vna cum Ducatu Tuſcano vſque ad mare Auſtrale & vſque ad Prouinciam, Ludeuuicus ad augmentum ſui regni ſortiatur. Quod ſi cæteris ſuperſtitibus Ludeuuicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ quam regno eius adiunximus cum Prouincia & Septimania ſiue Gothia vſque ad Hiſpaniam Pippinus accipiat, karolus verò Aquitaniam atque VVaſconiã.

Quod ſi talis filius cuilibet iſtorum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere velit vt

patri ſuo ſuccedat in regni hereditate, volumus vt hoc conſentiant patrui ipſius pueri & regnare permittant filium fratris ſui in portione regni quam pater eius eorum frater habuit.

Poſt hanc noſtræ auctoritatis diſpoſitionem placuit inter prædictos filios noſtros ſtatuere atque præcipere propter pacem quā inter eos perpetuo permanere deſideramus, vt nullus eorum fratris ſui terminos vel regni limites inuadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum eius vel marcas minuendas, ſed adiuuet vnuſquiſque illorum fratrem ſuum, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationem & poſsibilitatem ſiue infra patriam ſiue contra exteras nationes.

II. Neque aliquis illorum hominem fratris ſui pro quibuſlibet cauſis ſiue culpis ad ſe confugiētem ſuſcipiat, ad interceſsionem pro eo faciendam, quia volumus vt quilibet homo peccans & interceſsione indigens intra regnum Domini ſui vel ad loca ſancta vel ad honoratos homines cōfugiat, & inde iuſtam interceſsionem mereatur.

III. Similiter præcipimus vt quemlibet liberum hominem qui Dominum ſuum contra voluntatem eius dimiſerit, & de vno regno in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat vt talem hominem recipiant, vel iniuſte retinere præſumant. Hoc non ſolum de liberis, ſed etiam de ſeruis fugitiuis ſtatuimus ordinādum, vt nulla diſcordiis relinquātur occaſio.

IIII. Quapropter præcipiendum nobis videtur,

vt poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum homines vniuſcuiuſque eorum accipiant beneficia vnuſquiſque in regno Domini ſui & non in alterius, ne forte per hoc ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod accidere poſsit. Hereditatē autem ſuam habeat vnuſquiſque illorum hominum abſque contradictione in quocunque regno hoc eum legitime habere contigerit.

v. Et vnuſquiſque liber homo poſt mortem Domini ſui licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria regna ad quodcunque voluerit, ſimiliter & ille qui nondum alicui eſt commendatus.

vi. De traditionibus autem atque venditionibus quæ inter partes fieri ſolent: Præcipimus vt nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem vel venditionem rerum immobilium, hoc eſt terrarum, vinearum atque ſiluarum, ſeruorumque qui iam caſati ſunt, ſiue cæterarum quæ hæreditatis nomine cenſentur áuro argēto & gemmis, armis ac veſtibus, nec nō & mancipiis non caſatis, & his ſpeciebus quæ proprie ad negotiatores pertinere noſcuntur. Cæteris vero liberis hominibus hoc minime interdicendum iudicauimus.

vii. Si quæ autem fæminæ, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna fuerint ad coniugium poſtulatæ, non denegentur iuſte poſcentibus, ſed liceat eas viciſſim dare & accipere & affinitatibus populos inter ſe ſociari. Ipſæ vero fæminæ poteſtatem habeant rerum ſuarum in regno vnde exierāt, quanquam in alio propter mariti ſocietatem habitare debeant.

VII. De obſidibus autem qui propter credentias dati ſunt & a nobis per diuerſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, volumus vt ille Rex in cuius regno ſunt abſque voluntate fratris ſui de cuius regno ſublati ſunt, in patriam eos redire non permittat: ſed potius in futurum in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtulauerit. Idem iubemus & de his qui pro ſuis facinoribus in exilium miſſi vel mittendi ſunt.

VIIII. Si cauſa vel intentio controuerſiæ talis inter partes propter terminos aut confinia regnorũ orta fuerit quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſit, tunc volumus vt ad declarationem rei dubiæ, iudicio crucis, Dei volũtas & rerum veritas inquiratur, nec vnquam pro tali cauſa cuiuſlibet generis pugna vel cãpus ad examinationem iudicetur. Si vero quilibet homo de vno regno hominem de altero regno de infidelitate contra fratrem domini ſui apud dominum ſuum accuſauerit, mittat eum dominus ſuus ad fratrem ſuum, vt ibi comprobet quod de homine illius dixit.

X. Super omnia autem iubemus vt ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ Sancti Petri ſimul ſuſcipiant ſicut quondam ab auo noſtro karolo & beatæ memoriæ genitore Pippino rege & à nobis poſtea ſuſcepta eſt, vt eam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitãtur, & iuſtitiã ſuam quantum ad ipſos pertinet & ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter & de cęteris Eccleſiis quę ſub illorum fuerint poteſtate pręcipimus,

vt iuſtitiam ſuam & honorem habeant, & paſtores atque rectores venerabilium locorum habe͂t poteſtatem rerum quæ ad ipſa loca pia pertinent in quocumque de his tribus regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

XI. Quod ſi de his ſtatutis atque conuenientiis aliquid caſu quolibet vel ignorantia, quod non optamus, fuerit irruptum, præcipimus vt quam citiſſime ſecundum iuſtitiam emendare ſtudeant, ne forte propter dilationem maius damnum poſſit accreſcere.

XII. *De filiabus autem noſtris*, ſororibus ſcilicet prædictorum filiorum noſtrorum, iubemus vt poſt noſtrum ab hoc corpore diſceſſum licẽtiam habeat vnaquæque eligendi ſub cuius fratris tutela & defenſione ſe conferre velit. Et qualiſcunque ex illis monaſticam vitam elegerit, liceat ei honorifice viuere ſub defenſione fratris ſui in cuius regno degere voluerit. Quæ autem iuſte & rationabiliter à condigno viro ad coniugium quæſita fuerit, & ei coniugalis vita placuerit, non ei denegetur à fratribus ſuis, ſi & viri poſtulantis & fœminæ conſentientis honeſta & rationabilis fuerit voluntas.

XIII. De nepotibus vero noſtris, ſcilicet filiis prędictorum filiorum noſtrorũ qui eis vel iam nati ſunt vel adhuc naſcituri ſunt, placuit nobis præcipere vt nullus eorum per quaſlibet occaſiones quemlibet ex illis apud ſe accuſatũ ſine iuſta diſcuſſione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excecare, aut inuitum tõdere faciat, ſed volumus vt honorati ſint apud pa-

tres vel patruos ſuos, & obediẽtes ſint cum omni ſubiectione quã decet in tali cõſanguinitate eſſe.

XIIII. Hoc poſtremo ſtatuẽdum nobis videtur, vt quicquid adhuc de rebus & conſtitutionibus quæ ad profectum & vtilitatem eorum pertinẽt, his noſtris decretis atque præceptis addere voluerimus, ſic à prædictis dilectis filiis noſtris obſeruetur atque cuſtodiatur, ſicut ea quę in his iam ſtatuta & deſcripta ſunt cuſtodire & obſeruare præcipimus.

XV. Hæc autem omnia ita diſpoſuimus atque ex ordine firmare decreuimus, vt quamdiu diuinæ maieſtati placuerit nos hãc corporalẽ agere vitã, poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo cõſeruatum regnũ atque imperium iſtud, ſicut hactenus fuit in regimine atque ordinatione & omni dominatu Regali atque imperiali; & vt obedientes habeamus prædictos dilectos filios noſtros atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubiectione quæ patri à filiis & imperatori ac regi à ſuis populis exhibetur.

FINIT.

## *FRAGMENTVM EX LIBRO Pauli VVarnefridi Langobardi filij, Diaconi Foroiulienſis de Epiſcopis Metenſis Eccleſiæ.*

Tõ. 4 hiſt. S pag. 714.

*

POſt Pappolum ad regimen Eccleſiæ beatiſſimus Arnulfus XXIX. adſcitus eſt vir per omnia lumine ſanctitatis & ſplendore generis clarus; qui ex nobiliſſimo fortiſsimoque Francorum

ſtemmate ortus, ita Dei Eccleſiæ præfuit, vt & palatij moderator ſub honore Maiordomatus exiſteret. Hic iuuentutis ſuę tempore ex legitimi matrimonij copula tres filios procreauit, Anchiſum, VValachiſum & Clodulfum: ex quibus Anchiſus genuit Pipinum, quo nihil vnquam potuit eſſe audacius. Pipinus genuit Carolum viris omnino fortiſsimis conferendum, qui inter cętera & magna bella quæ geſsit, ita pręcipue Saracenos detriuit, vt vſque hodie gens illa truculenta & perfida Francorum arma formidet. Hic porro genuit Pipinum, ſapientia nihilominus & fortitudine ſatis clarum, qui inter reliqua quæ patrauit, Vaſcones iamdudum Francorum ditioni rebelles, cum VVaifario ſuo principe felicitate mira debellauit & ſubdidit. Huius item filius magnus Rex Carolus extitit, qui Francorum Regnum ſicut numquam antea fuit, dilatauit. Denique inter plura & miranda quæ geſsit, Longobardorum gentem, bis iam à patre deuictam, altero eorum Rege, cui Deſiderius nomen erat, capto; alteroque qui dicebatur Adalgiſus & cum genitore regnabat ſuo, Conſtantinopolim pulſo, vniuerſam ſine graui pręlio ſuæ ſubdidit ditioni, &, quod raro fieri aſſolet, clementi moderamine victoriam temperauit. Romanos prætereа ipſamque vrbem Romuleam, iampridem eius præſentiam deſiderantem, quæ aliquando mundi totius domina fuerat, & tunc à Longobardis depreſſa gemebat, duris anguſtiis eximens, ſuis addidit ſceptris, cunctaq; nihilominus Italia miti dominatione potitus eſt. de quo viro neſcias, virtutem

Lambert Scafnaburg sub Othone II
Ann. M. Imperator oſsa Karoli Magni Aquisgrani a pluribus ... eo ignorata inuenit.

in eo bellicam, an ſapientiæ claritatem, omniumque liberalium artium magis admireris peritiam. Hic ex Hildegarde coniuge quattuor filios & quinque filias procreauit, habuit tamen ante legale connubium ex Himiltruda nobili puella filium nomine Pipinum. Natorum ſane eius quos ei Hildegardis peperit, iſta nomina: primus dictus eſt Carolus, ſcilicet patris ac proaui vocabulo nuncupatus; ſecundus item Pipinus fratri atque auo æquiuocus; tertius Ludouicus qui cum Clotario, qui biennis occubuit, vno partu eſt genitus. Ex quibus iam, Deo fauente, minor Pipinus regnum Italiæ, Ludouicus Aquitaniæ tenent. Mortua autem Hildegarde, Rex excellentiſsimus Carolus Fraſtradam duxit vxorem. Porro Hildegardis apud vrbem Metenſem in beati Arnulphi oratorio requieſcit. Pro eo denique, quod à beato Arnulpho iam dicti Reges originem ducerét, ſuorum ibi charorum defuncta corpora poſuere. Nam ibi humatæ ſunt duæ regis Pipini filiæ, quarum vna * Rothaidis, altera Adelhaidis appellata eſt: Ibi quoque & iunioris Regis Caroli duæ nihilominus natæ ſunt tumulatæ, ſcilicet Adelhaidis & Hildegardis: quæ Hildegardis materno nuncupata nomine matrem morientem citius ſubſecuta eſt.

Rhotrudis

* [illegible] elogium [illegible] Dicti [illegible] in martyrologio [illegible] anno 1583 [illegible] pag. 21.

* * Ex Martyrologio Eccleſiæ Aquiſgrani.

V Kl. Febr. Aquiſgrani baſilica natale ſancti Karoli confeſſoris primi de ſtirpe Francorum ordinatione diuina Romanor. Auguſti: qui ab ineunte ætate ſeculi pompam deſpiciens, imperialis potentia gloria dei et [illegible] ampliatione [illegible] verbo vitaque ſalutans exemplo conuertit Guaſconiam ... Hiſpaniam atque Gallaciam vbi corpus B. Jacobi Apoſtoli [illegible] [illegible] ſuo [illegible] honori reſtituit. Conuertit quoque ad Dominum Friſiam Alemanniam atque triplici trophæo Saxoniam. Ædificauit quoque primus ſuſtinet ad laudem et honorem S. Trinitatis XXVIII Eccleſias quarum excellentior [illegible] obtinet Aquenſis præſentibus ſuffragiis glorioſa. Hic fide ſtudioſiſsime [illegible] ſtatu Eccleſiæ religioſe ordinato, regno [illegible] [illegible] anno Dni DCCCXIIII ætatis ſuæ LXX. imperii vero XIIII quieuit in pace et pro magnitudine fidei et operum Magnus cognominatus eſt. [illegible] diplomate Paſcalis II [illegible]

# DE KAROLO MAGNO IMP.

## Ex Conſtantini Manaſſis Chronica ſynopſi ad Irenem Andronici Sebaſtocratoris coniugem Manuelis Imp. Conſtantinop. fratriam.

Τότε καὶ ῥώμῃ τῇ λαμπρᾷ τῇ μεγάλᾳ ῥώμῃ,
Λόγου καὶ μνήμης ἄξιον πρᾶγμά τι συνηνέχθη.
Ἦν ἀρχιθύων ἐν αὐτῇ τὰς ἱερὰς θυσίας,
Τῶν ἄλλων τι πρωτάρχος ἱεροπόλων Λέων.
Πάπας ὀνομάζεται τῇ τῶν ῥωμαίων γλώσσῃ.
Τούτῳ πικρῶς βασκαίνοντες ἄνδρες τινὲς ἐκ ῥώμης,
Οἱ προσγενεῖς Ἀδριανοῦ τοῦ πρεσβεχέος πάπα,
Καὶ στάσεως κλυδώνιον κυλάναντες βαρύθρουν,
Τοῦ θρόνου καὶ τῆς πόλεως ἐλαύνουσι φυγάδα.
Ὁ δὲ σημάνας ἐν γραφῇ ταῦτα τῇ βασιλίδι,
Ἐπιεικείαν τι τυχεῖν ἐκ ταύτης ἱκέτευσε,
Ὡς ἔγνω πάντα μάταια πεπονημένος καὶ πράττων,
Καὶ γράφειν τὸ λεγόμενον ἐπιγράφειν εἰς ὕδωρ:
Καὶ πανταχόθεν ἄπορος προσφεύγει τῷ Καρούλλῳ.
Ἦν δὲ τῶν φράγγων φύλαρχος ὁ κάρουλλος ἐκεῖνος.
Ῥῆγας τοὺς σφῶν καθάρχοντας οἴδασι φράγγοι λέγειν.
Καὶ δεῖται τούτου τῆς χειρὸς ὡς μεγαλοδυνάμου.
Ὡς ἐπαρκέσειεν αὐτῷ κατὰ τῶν ἀδικούντων.
Καὶ δέχεται τοῦτον Κάρουλλος. ὢν γὰρ παπποπατρόθεν
Ἀπὸ χριστοῦ καλούμενος, καὶ σέβων χριστοῦ νόμους
Αἰδεῖται λιπαζόμενον τὸν ἱεροθύτην ταῦτα.
Δίδωσι τούτῳ σύμμαχον μεγασθενῆ παλάμην.
Καὶ πάλιν ἐγκαθίστησι τῇ πόλει καὶ τῷ θρόνῳ.
Ἐντεῦθεν ἀμειβόμενος τὸν κάρουλλον ὁ λέων,
Ἀναγορεύει κράτορα τῆς παλαιτέρας ῥώμης,
Καὶ στέφος περιτίθησιν ὡς οἱ ῥωμαίων νόμοι.

Innoc. 3. in cap. de sacra unctione.

Οὐ μὴν ἀλλὰ χρισάμενος καὶ νόμοις ἰουδαίων,
Κάκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει.
Οὐκ οἶδα τίσι λογισμοῖς ἢ ποίαις ἐπινοίαις.
Οὕτως ὁ πρώην σύνδεσμος τῶν πόλεων ἐρράγη.
Οὕτως μητρὸς καὶ θυγατρὸς μέσον ἐπέστη σπάθη,
Διχάζουσα καὶ τέμνουσα μετὰ θυμοῦ ῥομφαίας
Νεάνιν τὴν δὲ πρόσωπον τὴν νεωτέραν ῥώμην,
Ἐκ τῆς ῥυσῆς καὶ παλαιᾶς καὶ περιπεμπτέας ῥώμης.
Καὶ ταῦτα μὲν τετύχηκε τοιουτοτρόπου τέλους.
Ἡ βασιλὶς εἰρήνη δὲ πολλὰ προθυμουμένη,
Μανίαν τὴν περιβδέλυρον ἐκείνην ἀφανίσαι.

*Vide Zonar. Tom. III. pag. 83. & 93.*

---

# VVALAFRIDI STRABONIS ABBATIS AVGIENSIS AD THEGANVM PRÆFATIO.

*Hoc opuſculum in morem Annalium, Thegan natione Francus Treuirenſis Eccleſiæ Chorepiſcopus breuiter quidem & vere, potius quã lepide compoſuit. In cuius quibuſdam ſententiis quod effuſior & ardentior in loquendo videatur, vt vir nobilis & acris animi, quod de indignitate vilium perſonarum dolor ſuggeſsit, tacere nõ potuit. præterea nimius amor iuſtitiæ & executoris eius Chriſtianiſsimi imperatoris, zeli naturalis exaggerauit dolo-*

*rem. Vnde, quantum ſit, opus eius pro bona voluntate non faſtidiendum pro quantulacunque ruſticitate. Nonimus & nos virum multa lectione inſtructum, ſed prædicationis & correctionis ſtudiis occupatũ. Huic opuſculo ego* STRABO *quaſdam inciſiones & capitula inſerui, quia ſanctæ memoriæ Lodeuuici Imperatoris geſta & laudes ſæpius audire cupio vel proferre, vt facilius volentibus ſcire, ſingula pateant titulorum compendio.*

I. *Series regij generis Frãcorum à Beato Arnulfo vſque ad Karolum magnum & eius conſecratio.*
II. *De Hiltigarda & filiis eius tribus.*
III. *De Lodeuuico iuniore duobus & de bonitate eius cum exẽplis antiquorũ.*
IIII. *De Irmingarta regina & filiis ex ea natis.*
V. *Mors Pippini & Karoli filiorum Imperatoris Karoli.*
VI. *Qualiter Karolus Imperator Lodeuuico cum conſenſu Francorum regni ſummam commiſit.*
VII. *Quid circa vltima tẽpora idẽ Imperator fecerit, et mors ac ſepultura eiꝰ.*
VIII. *Ludeuuicus patri ſuccedens qualiter res paternas diſtribuit.*

VIIII. *Legatos diuerſos & maxime Græcorum ſuſcepit & abſoluit.*

X. *Quomodo decreta patrum ſuorum roborauerit.*

XI. *Beneuentanorum legatio cenſum profeſſa.*

XII. *Bernhardus Pippini filius patruo ſe ſubdidit.*

XIII. *Quomodo legatis in totum regnum directis quæquæ emendanda didicit & correxit.*

XIIII. *Habito in Saxonia placito Danorum legatos & Bernhardum ſuſcepit & remiſit.*

XV. *Contra Sclauos exercitum miſit & vicit.*

XVI. *Qualiter Stephanus Papa Leoni ſuccedens in Franciam venit & Remis Regi occurrit.*

XVII. *Quomodo idem Papa eum Imperatorem conſecrauit, & mutuis donis ſe honorarunt.*

XVII. *Mortuo Stephano Paſchalis ſucceſsit.*

XIX. *De moribus Pij Imperatoris & quotidiano vſu et multiplici laude eius.*

XX. *De incongrua ignobiliũ ad Eccleſiaſticas dignitates ꝓmotione et vitiis.*

XXI. *Lotharium pater Imperatorem deſignauit.*

XXII. *Coniuratio Bernhardi contra Imperatorem detecta atque deuicta.*

XXIII. *Penitudo Imperatoris pro morte Bernhardi.*

XXIIII. *Imperator fratres ſuos habitum mutare fecit.*

XXV. *Murmanus Britto occiditur, & Irmingardis moritur.*

XXVI. *Iudith in regnum aſſumpta.*

XXVII. *Exercitus contra Liduit miſſus.*

XXVIII. *Quando Lotharius Irmingardam accepit vxorem.*

XXIX. *Lotharius in Italiam miſſus.*

XXX. *Purgatio Paſchalis Papæ de obiectis corã legatis Imperatoris: quo mortuo ſucceſsit Eugenius Papa.*

XXXI. *Imperator rurſus Britanniã vaſtauit.*

XXXII. *Legati Bulgarum ſuſcepti & remiſsi.*

XXXIII. *Herioldus Nortmannus cum ſuis Chriſtianus effectus.*

XXXIIII. *Exercitus obuiam Saracenis miſſus.*

XXXV. *Imperator Karolo filio ſuo Alamãniam & Retiam dedit.*

XXXVI. *Quam vim Pippinus cum perfidis primoribus patri intulit, & dehoneſtatio Iudith ac fratrum eius.*

XXXVII. *Qua auctoritate Imperator inimicos deuicit & Reginam accepit.*

XXVIII. *Vbi ſe Bernhardus purgauit de obiectis.*

XXXIX. *Prima eruptio Ludeuuici contra patrem, quæ recōciliatione ſancta eſt.*

XL. *Lotharius ab huius eruptionis conſilio ſe immunem voluit approbare.*

XLI. *Quando Pippinus à patre iuſſus ire in Franciam fuga relapſus eſt.*

XLII. *Quæ geſta ſunt apud campum mendacij.*

XLIII. *Quam grauia ſuſtinuit piiſsimus Imperator maxime apud Compēdium.*

XLIIII. *Inuectio in Hebonem & ſimiles.*

XLV. *Legati Ludeuuici ad Lotharium pro patre mittuntur.*

XLVI. *Collocutio eorum apud Mogontiam.*

XLVII. *Legati Ludeuuici ad patrem veniūt.*

XLVIII. *Qualiter liberatus eſt à Lothario Imperator & Hebo comprehenſus.*

XLIX. *De indulgentia Pij Imperatoris & patientia.*

L. *De ignobilibus conſiliariis vitandis vel ſuprimendis.*

LI. *Reuocatio Iudith Imperatricis de Italia.*

LII. *Geſta apud ciuitatem Cauallonum à*

*Lothario.*

LIII. *Ammonitio patris ad Lotharium per legatos directa.*

LIIII. *Quomodo ad patrem Lotharius reuerti conſenſit.*

LV. *Quibus pactis ab inuicem diſceſſerũt & quæ pœna perfidorum.*

LVI. *Hebo à gradu Epiſcopali deiectus.*

LVII. *Mittuntur legati Imperatoris à Lugduno ad Lotharium.*

LVIII. *Mors Berngarij & concluſio libelli*

*Expliciunt capitula.*

# INCIPIT OPVS THEGANI CHOREPISCOPI TREVIRENSIS DE GESTIS DOMNI LODE-VVICI IMPERATORIS.

REGNANTE Domino noſtro Ieſu Chriſto Anno incarnationis eius octingẽteſimo tredecimo, qui eſt annus regni glorioſi & orthodoxi Imperatoris Karoli quadrageſimus quintus, illius Karoli qui de proſapia Sancti Arnulfi pontificis Chriſti ortus eſt, ſicut paterno relatu didicimus & multæ teſtantur hiſtoriæ: Sanctus Arnulfus cum eſſet in iuuentute dux genuit Anſgiſum Ducem. Anſgiſus dux genuit Pippinum ſeniorem & ducẽ. Pippinus ſenior & dux genuit Karolũ ſeniorem & ducem. Karolus ſenior & dux genuit Pippinum quem Stephanus Pontifex conſecrauit & vnxit in regem. Pippinus rex genuit Karolum quem Leo Papa Romanus conſecrauit & vnxit ad impe-

ratorem in Eccleſia vbi beatiſſimum corpus principis Apoſtolorum Petri requieſcit, die natalis Domini noſtri Ieſu Chriſti.
II. Qui cum in iuuentute erat ſupradictus Imperator ſibi nobiliſſimi generis Sueuorum puellam nomine Hiltegardam, quæ erat de cognatione Gothefridi ducis Alamannorum. Gothefridux dux genuit Houchingum, Houchingus genuit Nebi, Nebi autem genuit Immam, Imma verò peperit Hilthegardam beatiſſimã reginam. Poſtquam eam ſupradictus Imperator in matrimonio aſſumpſit, genuit ex ea tres filios, quorum vnus vocabatur nomine patris ſui Karolus, alter vero Pippinus qui erat Rex ſuper Italiam: Tertius vero vocabatur Ludeuuicus, qui erat Rex ſuper Aquitaniam. Dum viuebat pater eorũ cum eis, feliciter & vtiliter inſtruebat eos liberalibus diſciplinis & mundanis legibus.
III. Sed ille qui iunior natu erat, ſemper ab infantia ſua timere Deum & amare didicerat, & quicquid ſuper ſe habebat propter nomen Domini pauperibus diſtribuebat. Erat enim optimus filiorum eius, ſicut ab exordio mundi frequenter iunior frater ſeniorem fratrem meritis præcedebat. In filiis primi parentis generis humani

primo declaratum eſt quod Dominus in Euangelio ſuo Abel iuſtum nominauit. Abraham duos filios habuit, ſed iunior melior ſeniore effectus eſt. Ieſſe multos filios habuit, ſed nouiſſim⁹ qui erat paſtor ouiũ, ad regni gubernacula ſuper omnem Iſraëlem Domino iubente in regem electus & vnctus eſt. De cuius ſemine olim Chriſtus promiſſus incarnari dignatus eſt. Talia & ſimilia enumerare prolixum eſt.

IIII. Suprafatus vero Ludeuuicus poſtquam ad ętatem peruenit, deſponſauit ſibi filiam nobiliſſimi ducis Ingorrammi, qui erat filius fratris Ruthgangi ſancti pontificis. Supradicta vero virgo Irmingarta vocabatur, quam conſilio & conſenſu patris reginam conſtituit, atque ex ea tres filios habuit adhuc patre viuente, quorum vnus vocabatur Lotharius, alter Pippinus, tertius æquiuocus eius Ludeuuicus.

V. Imperator autem magnus Karolus bene & vtiliter regebat & diligebat regnum ſuum. Anno regni eius quadrageſimo ſecundo obiit Pippinus filius eius anno ætatis ſuæ XXXIII. Sequenti vero anno Karolus primogenitus eius, & regina ſupradicta Hiltegarda obiit. ſolus Ludeuuicus ad regni gubernacula remanſit.

VI. Supradictus vero Imperator cum iam intellexiſſet appropinquare ſibi diem obitus ſui (ſenuerat enim valde) vocauit filiũ ſuum Ludeuuicum ad ſe cũ omni exercitu, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco poſitis, habuit grande colloquiũ cum eis Aquiſgrani palatio, pacifice & honeſte ammonens vt fidem erga filium ſuũ oſtenderent, interrogãs omnes à maximo vſque ad minimum, ſi eis placuiſſet vt nomen ſuum, id eſt Imperatoris, filio ſuo Ludeuuico tradidiſſet. Illi omnes reſponderũt Dei eſſe admonitionem illius rei. Quo facto in prima die Dominica ornauit ſe cultu regis & coronã capiti ſuo impoſuit, incedebátque clare veſtitus & ornatus ſicut eum decuerat. Perrexit ad Eccleſiam quam ipſe à fundamentis cõſtruxerat, peruenitque ante altare in eminentiori loco conſtructum cæteris altaribus & conſecratum in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuper quod coronam aureã aliam quam ipſe geſtabat in capite ſuo, iuſſit poni. Poſtquam diu orauerunt ipſe & filius eius, locutus eſt ad filium ſuũ coram omni multitudine pontificum & optimatum ſuorum, ammonens eum imprimis omnipotentem Deum diligere & timere, eius

præcepta ſeruare in omnibus, Eccleſias Dei gubernare & defendere à prauis hominibus: Sororibus ſuis & fratribus qui erant natu iuniores, & nepotibus & omnibus propinquis ſuis indeficientem miſericordiam ſemper oſtendere præcepit, deinde ſacerdotes honorare vt patres, populũ diligere vt filios, ſuperbos & nequiſſimos homines in viam ſalutis coactos dirigere, cœnobiorum cõſolator & pauperum eſſe. Fideles miniſtros & Deum timentes conſtitueret, qui munera iniuſta odio haberẽt. Nullum ab honore ſuo ſine cauſa diſcretionis eiiceret, ſemetipſum omni tempore coram Deo & omni populo irreprehenſibilem demonſtraret. Poſtquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio ſuo oſtenderat, interrogauit ſi obediẽs voluiſſet eſſe præceptis ſuis. At ille reſpondit: Libenter obedire, & cum Dei adiutorio omnia præcepta quæ mandauerat ei pater, cuſtodire. Tunc iuſſit eum pater vt propriis manibus coronam quæ erat ſuper altare eleuaret, & capiti ſuo imponeret ob recordationem omniũ præceptorum quę mandauerat ei pater. At ille iuſſionem patris impleuit. Quo facto audientes miſſarum ſolemnia ibant ad palatiũ. Suſtinuit enim

filius patrem eundo & redeundo quamdiu cum eo fuerat filius. Non poſt multos dies magnificis donis honorauit eũ pater ſuus, & dimiſit eũ ire in Aquitaniam. Antequã diuiſi eſſent, amplexantes ſe & oſculantes propter gaudium amoris flere ceperunt. Ille perrexit in Aquitaniam, & Dominus Imperator tenuit regnum & nomen ſuum honorificè ſicut dignum erat.

VII. Poſtquam diuiſi fuerant, Dominus Imperator nihil aliud cepit agere niſi in orationibus & eleemoſinis vacare, & libros corrigere. Nam quatuor Euangelia Chriſti quæ intitulãtur nomine Matthei, Marci, Lucę & Iohannis, in vltimo ante obitus ſui diem cum Græcis & Syris optime correxerat. Sequenti vero anno qui eſt annus regni eius XLVI. menſe Ianuario accepit Dominum Imperatorem febris poſt balneum. cumque per ſingulos dies laboribus ingraueſceret, nihil comedens neque bibens, niſi modicum aquę ad recreationem corporis, ſeptimo die poſtquam laborare cœpit, iuſſit familiariſſimum pontificem ſuum Hiltibaldum venire ad ſe vt ei ſacramenta Dominici corporis & ſanguinis tribueret, vt exitum ſuum confirmaret. Quo facto laborauit in infirmitate diem illum

& noctem ſequentem. In craſtinum vero luce adueniente, ſciẽs quod facturus erat, extenſa manu dextera virtute qua poterat ſignum ſanctæ crucis fronti imprimens & ſuper pectus & omne corpus conſignauit. Nouiſſimè autem colligens pedes ſuos, extendens brachia & manus ſuper corpus, clauſit oculos pſallens hunc verſum leniter: In manus tuas commendabo ſpiritum meum. Statim poſt hæc in ſenectute bona plenus dierum perrexit in pace, ipſóque die humatum eſt corpus eius in Eccleſia quam ipſe conſtruxerat Aquiſgrani palatio anno ætatis ſuæ LXXII. Indict. VII.

VIII. Poſt obitum glorioſiſſimi Imperatoris Karoli perrexit Ludeuuicus de partibus Aquitaniæ, & venit Aquiſgrani palatium, & ſuſcepit omnia regna quæ Deus tradidit patri ſuo ſine vlla contradictione. Qui eſt annus incarnationis Domini octingenteſimus decimus quartus, qui eſt primus annus regni eius, poſt patrem ſedit in ſupradicto palatio, & in primis cum maxima feſtinatione iuſſit oſtendere ſibi omnes theſauros patris in auro, in argento, in gemmis precioſiſſimis, & in omni ſupellectili. Dedit ſororibus ſuis partẽ earum legalem, & quicquid remanſerat dedit pro

anima patris. Maximam partem theſauri miſit Romam temporibus beati Leonis Papæ, & quicquid ſuper hoc remãſerat, ſacerdotibus & pauperibus, aduenis, viduis orphaniſque omnia diſtribuit, nihil ſibi reſeruans præter vnam menſam argenteam quæ triformis eſt in medio quaſi tres clipei in vnum coniuncti: ipſam ſibi retinuit ob amorem patris, & tamen eam alio precio redemit quod pro patre tradidit.

VIIII. Hoc facto legati venerunt ad eum ex omnibus regnis & prouinciis, & ex ceteris nationibus, & omnes qui ſub ditione erant patris ſui, nuntiantes pacem & fidem erga eum obſeruare, & ſpontaneum obſequium non coacti obtulerũt. Inter eos venerunt legati Græcorum cum Amalhario Treuirenſi Epiſcopo, qui erat legatus piæ memoriæ Karoli ad principem Conſtantinopolitanũ, cuius nomen modo non occurrit. Illi venientes in ſolio patris collocatum dominum Ludeuuicum inuenerũt, quia ſic Deus ordinauit. Ille eos benigne ſuſcipiens, & dona eorum cum gratiarum actione accipiens, & colloquium familiare interim quouſque cum eo erant, habebat. non poſt multos autem dies magnis honoribus decorauit eos, & dimiſit ire ad pro-

pria, & ante eos miſit miſſos ſuos præparare eis quicquid deſiderabant ad opus eorũ quouſque forent in regno.

x. Eodem anno iuſſit ſupradictus princeps renouare omnia præcepta quæ ſub temporibus patrum ſuorum geſta erant & Eccleſiis Dei, & ipſe manu propria ea cum ſubſcriptione roborauit.

xi. Interim venerunt legati Beneuentanorum qui omnem terram Beneuenti ſuæ poteſtati tradiderũt, & multa milia aureorum per annos ſingulos ad cenſum tradere promiſerunt: quod ita perfecerunt vſque in hodiernum diem.

xii. Eodem tempore venit Bernhardus filius fratris ſui Pippini, & tradidit ſemetipſum ei ad procerem, & fidelitatem ei cum iuramẽto promiſit. Suſcepit eum libenter dominus Ludeuuicus, & magnis cum ac honorificis donis honorauit, & permiſit iterum ire in Italiam.

xiii. Eodem tempore ſupradictus princeps miſit legatos ſuos ſupra omnia regna ſua inquirere & inueſtigare ſi alicui aliqua iniuſtitia perpetrata eſſet, & ſi aliquem inueniſſent qui hoc dicere vellet, & cum veriſſimis teſtibus hoc probare potuiſſet, ſtatim cum eis in prouinciam eius venire pre-

Miſſi

cepit. Qui egreſſi inuenerunt innumeram multitudinem oppreſſorum aut ablatione patrimonij, aut exſpoliatione libertatis. quod iniqui miniſtri, Comites, & loco poſiti per malum ingenium exercebant. Omnia ſupradictus princeps deſtruere iuſſit acta quæ impie in diebus patris ſui per iniquorũ miniſtrorũ ingenia facta fuerãt. Patrimonia oppreſſis reddidit, iniuſte ad ſeruitiũ inclinatos abſoluit, & omnibus præcepta iuſſit facere, & manu propria cũ ſubſcriptione cõfirmauit. Fecit hoc diu tempore.

XIIII. Alio anno regni ſui habuit generale placitum ſuum in partibus Saxoniæ, & ibi multa bona cõſtituit, & legatio Danorum ad eũ venit poſtulans pacẽ, & omnes qui in circuitu erant paganarum nationum ad eũ venit, & ſupradictus Bernhardus ibi ad eũ venit, quem dimiſit ire iterum in Italiã. Dominus Ludeuuicus, poſtquã cõfirmauit confinia regni ſui illis in partibus, rediit ad ſedẽ ſuam Aquis, ibique hiemen tranſegit.

XV. Anno ſequenti miſit exercitum ſuum contra Sclauos in Oriẽte poſitos, qui valde oppreſſerũt eos & victores Deo donante extiterũt. Hoc facto vnuſquiſque rediit ad propria.

XVI. Eodem anno Leo Papa Romanus

obiit & Stephanus poſt eum ſucceſſit, qui ſtatim poſtquam põtificatum ſuſcepit, iuſſit omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludeuuico, & dirigẽs legatos ſuos ad ſupradictum principem, nuncians ei vt libenter eum videre voluiſſet in loco vbicunque ſibi placuiſſet. Quod audiens magno tripudio repletus cepit gaudere, & cõfeſtim iuſſit miſſos ſuos obuiã ire ſancto Pontifici cum ſalutationibus maximis & ſeruitia prȩparare. Perrexit poſt miſſos dominus Ludeuuicus obuiam ſupra dicto pontifici, obuians ei in campo magno Remẽſium. Deſcẽdit vterque de equo ſuo, & princeps ſe proſternẽs omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti pontificis, & tertia vice erectus ſalutauit pontificem iſtis verbis dicẽs, Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus dominus & illuxit nobis. Et reſpondit põtifex, Benedictus ſit Dominus Deus noſter qui tribuit oculis noſtris ſecundum Dauid regem videre. Amplexantes enim ſe & oſculantes pacifice perrexerunt ad Eccleſiam, qui cum diu orauerũt, erexit ſe pontifex & excelſa voce cum clero ſuo fecit ei laudes regales.

Hanc hiſt. habet pleraque Flodoard in hiſt. Remẽ. epiſc. ſub Ebone.

XVII. Poſtea Põtifex honorauit eum ma-

gnis honoribus & multis, & reginam Irmingardam, & omnes optimates & miniſtros eius, & in proxima die Dominica in Eccleſia ante miſſarum ſolemnia coram clero & omni populo conſecrauit eum & vnxit ad Imperatorem, & coronam aureã miræ pulchritudinis & precioſiſſimis gemmis ornatam, quam ſecum apportauerat, poſuit ſupra caput eius. Et Irmingardam reginam appellauit Auguſtã, & poſuit coronam auream ſuper caput eius. Quamdiu ibi erat beatiſſimus Papa, quotidie colloquium habebant de vtilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ. Poſt quod dominus Imperator eum honorauit magnis & innumeris donis tripliciter & amplius quam ſuſcepiſſet ab eo, ſicut ſemper ſolebat agere, magis dare quam accipere, dimiſit eum ire Romam cũ legatis ſuis, quibus præcepit vbique in itinere ſuo honeſtum exhibere ſeruitium.

XVIII. Poſtquam Romam venit, non poſt multos dies ſupra modum claruit Dei manifeſtatione in nonnullis miraculis, quod ipſe verus erat viuens Dei cultor. Poſt eum ſucceſſit Paſchalis papa.

XVIIII. Inde reuertens dominus Imperator venit Aquiſgrani palatium ad ſedem ſuã. Pollebat enim de die in diem virtuti-

bus ſacris, quod prolixum eſt enumerare. Erat enim ſtatura mediocri, oculis magnis & claris, vultu lucido, naſo longo & recto, labris non nimis dēſis nec nimis tenuibus, forti pectore, ſcapulis latis, brachiis fortiſſimis, ita vt nullus ei in arcu vel lancea ſagittando æquiperare poterat, manibus lōgis, digitis rectis, tibiis longis & ad menſuram gracilibus, pedibus longis, voce virili, lingua Grȩca & Latina valde eruditus, ſed Græcam magis intelligere poterat quam loqui, Latinam vero ſicut naturalē æqualiter loqui poterat. Senſum vero in omnibus ſcripturis ſpiritalem, & moralē, nec nō & anagogē optime nouerat. Poëtica carmina gentilia quæ in iuuentute didicerat reſpuit, nec legere nec audire nec docere voluit. Erat fortis in membris ſuis, agilis & impiger, tardus ad iraſcendum, facilis ad miſerandū. Quotiens mane in cottidianis diebus ad Eccleſiam perrexerat cauſa orationis, flexis genibus frōte tetigit pauimētum, humiliter diu orās, aliquādo cum lachrimis: & omnibus moribus bonis ſēper ornatus intantū largus, vt antea nec in antiquis libris nec in modernis temporibus auditum eſt, vt villas regias quæ erant ſui & aui, & tritaui, fidelibus ſuis tradidit, eas in

poſſeſſiones ſempiternas & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria roborauit. Fecit enim hoc diu tempore. Erat in cibo potuque ſobrius, & indumentis ſuis moderabilis. nunquã aureo reſplenduit indumento niſi tantum in ſummis feſtiuitatibus, ſicut patres eius ſolebãt agere. Nihil illis diebus ſe induit præter camiſiam & feminalia niſi cũ auro texta, lembo aureo, baltheo præcinctus & enſe auro fulgẽte, ocreas aureas & clamidem auro textã, & coronam auream auro fulgentem in capite geſtans, & baculum aureum in manu tenens. Numquam in riſu exaltauit vocem ſuam, nec quãdo in feſtiuitatibus ad lætitiam populi procedebãt themelici ſcurræ & mimi cum coraulis & cithariſtis ad mẽſam coram eo. tunc ad menſurã corã eo ridebat populus, ille numquam vel dentes candidos ſuos in riſu oſtendit. Quotidie ante cibum eleemoſinarum largitionem exhibuit, & vbicumque erat, Xenodochia ſecum habebat. In menſe autem Auguſto quando cerui pinguiſſimi ſunt, venationi vacabat vſque dum aprorum tempus aduenerat.

xx. Omnia prudenter & caute agens nihil indiſcrete faciebat, præterquam quod

conſi-

conſiliariis ſuis magis credidit quam opus eſſet: quod ei fecit pſalmodiæ occupato & lectionum aſſiduitas, & aliud quod ille nō incipiebat. Quia iamdudum illa peſſima cōſuetudo erat, vt ex viliſſimis ſeruis ſummi pontifices fierēt, & hoc non prohibuit; quod tamen maximum eſt malum in populo Chriſtiano, ſicut teſtatur Regum hiſtoria de Ieroboam filio Nabath, qui erat ſeruus regis Salomonis, & poſt eum principatum habebat ſuper decem tribus filiorum Iſrael. Refert enim ſcriptura de eo in hæc verba: Non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſſima, ſed econtrario fecit de nouiſſimis populi ſacerdotes excelſorum, & propter hanc cauſam peccauit domus Ieroboam, & euerſa eſt & deleta de ſuperficie terræ. Poſtquam tales culmen accipiunt, numquam ſunt ſicut antea tam manſueti & ſic domeſtici, vt non ſtatim incipiant eſſe iracundi, rixoſi, maliloqui, obſtinati, iniurioſi & minas omnibus ſubiectis promittentes, & per huiuſmodi negotia cupiunt ab hominibus timeri & laudari. Turpiſſimam cognationem eorum à iugo debitæ ſeruitutis nituntur eripere & libertatē imponere. Tunc aliquos eorum liberalibus ſtudiis inſtruunt, alios nobilibus fœminis

coniungũt, & propinquas eorum filios nobilium cogunt accipere. Nullus cum eis æquanimiter viuere poteſt, niſi hi ſoli qui talem coniunctionem habent: cæteri vero cum maxima triſtitia, gemẽdo, flendo, ducunt dies ſuos. Propinqui autem ſupradictorum poſtquam aliquid intelligũt, ſenes nobiles derident atque deſpiciunt, ſunt elati, inſtabiles, inuerecũdi; vnicuique tamẽ paruum bonũ remanet poſtquam à ſe ſanctam verecũdiam proicit. Domini eorum nolunt intelligere ſcripturam canonicam quod Apoſtolorum concilium nominatur. ibi enim præcipit dicens: Quod ſi Epiſcopus pauperes parẽtes habuerit, tribuatur eis quaſi pauperibus vt non res Eccleſiaſtica pereat. Librum ſancti Gregorij qui prætitulatur Paſtoralis, nolunt audire. Nullus enim credere poteſt quomodo ſe continent, niſi hi ſoli qui hoc malum ſine vlla intermiſſione patiuntur. Propinqui vero eorum poſtquam aliquid intelligunt, quod maximum periculum eſt dantibus & accipientibus, ad ſacrum ordinem pertrahuntur, & licet aliqui ſint periti, tamen ſuperat eorum doctrinam criminum multitudo, ſic plerũque vt paſtor in Eccleſia aliquos negligentes noxios auſus non eſt canonica iuſtitia prouocare propter crimina

propinquorum, & illud ſacrum miniſteriũ plerumque à nonnullis valde deſpicitur, propter quod à talibus exhibetur. Et ideo omnipotẽs Deus cum regibus ſuis & principibus hanc peſſimam conſuetudinem à modo & deinceps eradicare & ſuffocare dignetur, vt amplius non fiat in populo Chriſtiano. Amen.

XXI. Supradictus verò Imperator denominauit filium ſuum Lotharium, vt poſt obitum ſuum omnia regna quæ ei tradidit Deus per manus patris ſui, ſuſciperet, atque haberet nomen & Imperium patris: & ob hoc cæteri filij indignati ſunt.

XXII. Ipſo eodémque anno Bernhardus filius Pippini & ex cõcubina natus per exhortationem malorum hominum, extollens ſe aduerſus patruum ſuum, voluit eum à regno expellere, habebátque impios cõſiliarios hinc inde. Quod audiẽs Dominus Imperator perrexit Aquiſgrani palatio & peruenit Cauillonis, vbi obuiã venit Bernhardus cum cõſiliariis ſuis impiis, & commendati ſunt. Imperator vero celebrauit ibidem Natalem Domini, & inde reuertẽs venit ad ſedem ſuam Aquis, & poſt Paſcha habuit magnum conuentum populorum, & omnes inueſtigauit infidelium nequiſſi-

mas conſpirationes huius rei. Inuenti ſunt autem nonnulli in hac ſeductione eſſe lapſi ex vtraque parte Francorum atque Longobardorum, qui omnes iudicati ſunt ad mortem, præter Epiſcopos qui poſtmodum depoſiti in confeſſione eorum facti ſunt. Hoc fuit Anshelmus Mediolanenſis & VVoluodus Cremonẽſis, & Theodulfus Aurelianẽſis. Illud iudicium mortale quod cęteris factum eſt, Imperator exercere noluit, ſed conſiliarij Bernhardum luminibus priuarunt, ſimiliter & exhortatores ſuos Egitteum, Reinhardum & Reginharium qui erat filius filiæ Hardiati, qui erat dux Auſtriæ infideliſſimus, qui iamdudum inſurgere in Dominũ Karolum voluit, & ei regnum minuere, qui eodem ſupplicio deputatus eſt, ſicut filiæ ſuæ filius ſuſtinuit cum conſentaneis ſuis.

XXIII. Tertio die poſt amiſſionem luminum Bernhardus obiit. Quod audiens Imperator magno eum dolore fleuit multo tempore, & confeſſionem dedit corã omnibus Epiſcopis ſuis, & iudicio eorum pœnitentiam ſuſcepit propter hoc tãtum quia non prohibuit conſiliarios hanc crudelitatẽ agere. Ob hanc cauſam multa dedit pauperibus propter purgationem animæ ſuæ.

XXVIII. Eodem tempore iuſſit fratres ſuos tonſurari, Drugonem, Hugonem & Theodoricum ad diſcordiam mitigãdam, & liberalibus diſciplinis iuſſit inſtrui, quos poſtmodum honorifice cõſtituit; Drugoni Epiſcopatum dedit, & Hugoni cœnobialia monaſteria.

XXV. Tunc perrexit dominus Imperator in partes Brittanniæ cum exercitu, & ibi Murmannus dux eorum interfectus eſt, & omnem terram eorum ſuæ ditioni ſubegit. Inde regrediens inuenit Irmingardam reginam febricitantem, quæ nõ poſt multos dies obiit in pace.

XXVI. Sequenti vero anno accepit filiam VVelfi ducis qui erat de nobiliſſima ſtirpe Bauarorum, & nomen virginis Iudith quæ erat ex parte matris nobiliſſimi generis Saxonici, eamque reginam conſtituit. Erat enim pulchra valde. Eodem anno, Ingulenheim villa regia generale placitum ſuum habuit.

XXVII. Sequenti anno exercitum ſuum miſit aduerſus Orientales Sclauos, quorum dux nominabatur Liduit, quem in fugam verterunt, & terram illam vaſtauerũt. Inde regredientes venerunt domum.

XXVIII. Sequenti anno habuit palatium

ſuum generale *, & ibi Lotharius filius ſuus primogenitus ex regina ſuſcepit in coniugium filiam Hugonis Comitis, qui erat de ſtirpe cuiuſdam Ducis nomine Edith, qui erat timidus ſuper omnes homines. Sic enim cecinerũt ei domeſtici ſui, vt aliquãdo pedem foris ſeptem auſus ponere non fuiſſet. Iam tunc imminebat ei infidelitas, quam per ſuggeſtionem ſupradicti ſoceri ſui & aliorum iniquorum multorum oſtẽdit in patre. Inde regrediens Lotharius venit VVormaciam cum vxore.

XXIX. Sequenti anno habuit generale placitum ſuum Attiniaco palatio. Inde direxit filium ſuum Lotharium cum cõiuge Irmingarda in Italiam. Dominus vero Imperator perrexit inde & venit ad Franconofurt, ibique natalẽ Domini celebrauit.

XXX. Poſtea miſit legatos ſuos Adalungum venerabilem abbatem & presbyterum, & Hunfridum qui erat dux ſuper Rethiam, in partibus Romæ propter quandam inſolentiam quam Romanorum populus ſuper Romanum pontificem Paſchalem dixit, imputantes ei quod nonnullorum homicida fuiſſet. Qui ſupradictus Pontifex cum iuramento purificauit ſe in Lateranẽſi patriarchio coram ſupradictis legatis &

populo Romano cum Epiſcopis XXXIIII. & presbyteris & Diaconibus quinque. Illis miſſis abeuntibus ſtatim ſupradictus Papa obiit, cuius funus Romanus populus in Eccleſia B. Petri Apoſtoli humari noluit antequam Eugenius Papa poſt eum ſucceſſit, & ipſe iuſſit ſepelire corpus eius in loco quem ipſe viuus conſtruxerat.

XXXI. Anno ſequenti, Imperator perrexit alia vice in Britanniam, & omnem terram illam plaga magna vaſtauit propter infidelitatem eorum.

XXXII. Alio anno erat Aquiſgrani palatio cum magno exercitu, & ibi venerũt legati Bulgarorum ferẽtes dona: quos benigne ſuſcipiens dimiſit ire ad propria.

XXXIII. Sequenti vero anno erat in palatio Ingulenheim, & ibi ad eũ venit Eriolth de Danis, quẽ Dominus Imperator eleuauit de fonte baptiſmatis, & vxorẽ eius eleuauit de fõte Domina Iudith Auguſta. Tũc dominus Imperator magnam partẽ Friſonum dedit ei, & donis honorificis ornauit eũ, & cũ legatis ſuis dimiſit eũ ire in pace.

XXXIIII. Alio anno direxit exercitum obuiam Sarracenis. Sequenti vero anno perrexit de Ingulenheim, & poſt generale placitum peruenit ad Commerciacum.

XXXV. Alio anno venit VVormaciā, vbi & Karolo filio ſuo qui erat ex Iudith Auguſta natus, terram Alamānicam & Reticam & partem aliquam Burgundiæ coram filiis ſuis Lothario & ęquiuoco ſuo Ludouuico tradidit, & inde illi indignati vna cum Pippino germano eorum.

XXXVI. Alio vero anno perrexit Dominus Imperator de Aquiſgrani palatio, & peruenit ad Compendium, ibique venit ei obuiam Pippinus filius eius cum magnatibus primis patris ſui, Hilduino archicapellano, & Ieſſe Abianēſi Epiſcopo, Hugone & Mathfrido, & multis aliis perfidis, & voluerūt dominum Imperatorem de regno expellere. quod prohibuit dilectus æquiuocus filius eius. Supradicti impij obiiciētes ei multa contraria, dixerunt Iudith reginam violatam eſſe à quodā duce Bernhardo qui erat de ſtirpe regali, & domini Imperatoris ex ſacro fonte baptiſmatis filius, mentientes omnia, ſuſcipientes reginam Iudith, eamque vi velantes & in monaſterium mittētes, & fratres eius Conradum & Rudolfum tondentes & in monaſterium mittentes &c.

XXXVII. Ipſo anno peruenit Dominus Imperator ad Nouiomagum caſtrum, quod

ſitum eſt ſuper fluuiũ quod dicitur * Valũ, *Vahalia*
& multitudo hominum ex omnibus regnis ſuis venit ad eum, inter quos venerũt ſupradicti aduerſarij eius, & ſuperauit eos Dominus Imperator, & dimiſit eos atque commẽdauit. Et Lotharius filius eius cum iuramento fidelitatem promiſit vt poſthac nũquam talia committere debuiſſet. Et ibi Ieſſe iuſto iudicio Epiſcoporum depoſitus eſt. Ibi fuit ęquiuocus filius eius qui in omnibus laboribus patris adiutor eius extitit. Inde venit Dominus Imperator Aquis ad ſedem ſuam, & ſupradicta coniux venit ibi obuiam ei, quam honorifice ſuſcepit iubẽte Gregorio Romano pontifice cum aliorum Epiſcoporum iuſto iudicio.

XXXVIII. Sequenti vero anno in palatio Theodonis erat cum filiis ſuis Lothario & Lodeuuico, & ibi ſupradictus dux Bernhardus purificauit ſe de obiecto ſtupro, poſt quam nullus inuentus eſt qui auſus fuiſſet cum armis iam dictam rem ei imponere.

XXXIX. Alio vero anno poſt Paſcha auditum eſt, quod æquiuocus filius eius cum conſilio Lotharij voluiſſet viſitare patrem inhoneſte, & venit vſque ad monaſterium ſancti Nazarij, & modico tempore ibi reſidens vſque dum pater eius Mogonciã ve-

niens & coadunato exercitu ſecutus eſt eum. Filius vero eius ſupradictus reuertẽs domum expectauit aduẽtum patris & voluit ſe defendere. Pater itaque veniens iuſſit eum venire ad ſe: quem benigne ſuſcipiens habuerunt colloquium pacificum, & non poſt multos dies cum gaudio magno amore diuiſerũt ſe. Filius domi ſedebat, & pater reuerſus eſt in Franciam.

XL. Cum ergo venit ad palatium Franconofurt, ibi obuiam ei venit Lotharius filius eius, poſtulans patrem vt ſemetipſum purificare licuiſſet, quod nec per voluntatem eius, nec per exhortationem frater eius vllas moleſtias patri feciſſet. ſet quod verum hoc ſit, nonnullis eſt cognitum.

quam

XLI. Interim quo Rex ibi manebat, auditum eſt quod Pippinus filius eius aliquam commotionem patri facere voluiſſet. Qui concite perrexit Lemouicam ciuitatẽ obuiam ei, iuſſitque filium ire cum vxore & liberis in Franciam. In primis audiens imperium patris, incipiebat ire vſque ad Theotuuadum palatium, inde reuertens perrexit in Aquitaniam, & Imperator rediens venit ad Aquis ſedem ſuam & fuit ibi non multum tempus. Inde digrediens venit VVormatiã ante ſanctũ tẽpus quadrageſimalæ.

XLII. Poſt Paſcha audiuit quod iterum filij ſui ad eum venire voluiſſent non pacifice. qui cõgregauit exercitum & perrexit obuiam eis vſque in campum magnũ qui eſt inter Argentariam & Baſileam, qui vſque hodie nominatur campus mendacij, eo quod ibi plurimorum fidelitas extincta ſit. Filij autem eius perrexerunt ei obuiam cum Gregorio Romano pontifice, & quicquid poſtulabant nihil erat eis pater conſentiens. Non poſt multos dies venerunt ad colloquium Imperator & iam dictus Pontifex: qui non diu loquentes, honorauit eum Pontifex in primis magnis & innumeris donis. Poſtquam vterque rediit ad tabernaculum, miſit Imperator dona regalia per Alungum venerabilem abbatẽ & presbyterum ſupradicto pontifici. Tunc conſiliati ſunt nonnulli vt Imperatorem derelinquerẽt, & ad filios eius peruenirẽt, in primis illi qui eum antea offendebant cæteris ſequentibus. Quadam nocte maxima pars dimiſit eum, & tentoria eorum derelinquentes peruenerunt ad filios. In craſtinum vero aliqui qui remãſerant, venerunt ad Imperatorem: quibus præcepit dicẽs: Ite ad filios meos: Nolo vt vllus propter me vitam aut membra dimittat. Illi

r 39 A.
1303
Lugenfeld.

infuſi lachrymis recedebant ab eo. Iā tunc ſeparatam ab eo habebant vxorem ſuam, cum iuramento cōfirmans vt nec ad mortem, nec ad debilitatem eam habere deſiderarent. Quam ſtatim miſerunt partibus Italiæ in ciuitatem Dartonam ibi eam habentes. Non multo tempore poſtea ſuſceperunt patrē & duxerunt eū cum illis. quo facto diuiſerunt ſe ibi. Pippinus perrexit in Aquitaniam, Lodeuuicus in Bauuariam.

XLIII. Lotharius vero duxit ſecum patrē ad Compendium palatium, &ibi valde afflixit eum cum Epiſcopis & cæteris nonnullis. Iuſſerunt enim eum ire in monaſterium & ibi eſſe omnibus diebus vitæ ſuæ. Quod ille renuens non conſenſit volūtati eorum. Omnes enim Epiſcopi moleſti fuerūt ei, & maxime hi quos ex ſeruili cōditione honoratos habebat, cum his qui ex barbaris nationibus ad hoc faſtigium perducti ſunt.

XLIIII. Elegerunt tunc vnum impudicum & crudeliſſimum, qui dicebatur Hebo, Remenſis Epiſcopus, qui erat ex originalium ſeruorum ſtirpe, vt eum immaniter afflixiſſet cum confinctionibus cæterorū. Inaudita locuti ſunt, inaudita fecerunt cottidie improperantes ei. Abſtulerunt ei gla-

dium de femore ſuo indicio ſeruorum ſuorum induentes eum cilicio. Tunc impletum eſt elogium Ieremiæ Prophetæ dicẽtis: Serui dominati ſunt noſtri. O qualem remunerationẽ reddidiſti ei! Fecit te liberum, non nobilẽ, quod impoſſibile eſt poſt libertatem: veſtiuit te purpura & pallio, & tu eum induiſti cilicio. Ille pertraxit te immeritum ad culmen pontificale. Tu eum falſo iudicio voluiſti expellere à ſolio patrum ſuorum. Crudelis, cur nõ intellexiſti præcepta Domini, Non eſt ſeruus ſupra Dominum ſuum? Quamobrem contempſiſti præcepta Apoſtolica illius qui ad tertium cœlum raptus erat, vt inter Angelos diſceret quod hominibus ille ſic præciperet: Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubiecti eſtote. Nõ eſt poteſtas niſi à Deo. & iterum alius dicit, Deum timete, Regem honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore non tantum bonis & modeſtis, ſed etiã diſcolis, hoc eſt enim gratia. Tu vero Deum non timuiſti, nec Regem honoraſti. Si vnuſquiſque gratiam Dei adipiſci poterit talia faciendo, profecto iram Dei habebit talia contemnẽdo. Crudelis, quis conſiliarius tuus fuit aut ductor tuus? Nonne ille qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ?

qui dicebat creatori ſuo, Hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me? O Domine Ieſu vbi erat Angelus tuus qui omnia primogenita Ægypti vna nocte deleuit: & ille qui in caſtris Aſſiriorũ ſub Sennacherib rege iniquo centum octoginta quinque milia perfidorũ extinxit teſtante Eſaia Propheta? Aut ille qui Herodem iuuenem concionãtem percuſſit, & ſtatim ſcatere cœpit vermibus? Et tu terra quę cũ ſuſtinuiſti illo in tempore, quare non aperuiſti os tuum, vt deuorares eum ſicut iam olim feciſti Dathan & Abiron? Tu non intellexiſti triformem legem tuã quæ dicit, Cibaria & virga,& onus aſino; panis & diſciplina & opus ſeruo? Tibi vaticinauit Zacharias Propheta, Non viuas, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Deus manifeſtauit malitiam tuam, & conſeruauit illi regnum & gloriam ſuam. Crudelis adhuc imperfectum eſt canonicum iudiciũ tuum. Neceſſe eſt enim vt perfectum fiat iudicium ad maiorem ignominiam tuam. Patres tui fuerunt paſtores caprarum, non conſiliarij principum. Tu cum cæterorum iudicio Ieſſe à ſacerdotio depoſuiſti. Nũc iterum reuocaſti eum in gradum priſtinum. Aut tunc, aut nunc falſum iudicium

exhibuiſti. Imitator eius fuiſti de quo Poëta in libro VI. Æneidos canit: Infœlix Theſeus Flegraſque miſerrimus omnes Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras; Diſcite iuſtitiam moniti, & non tempnere Diuos. Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Impoſuit, fixit leges precio atque refixit. Quid poſſum tibi amplius dicere? Nam ſi linguam habuiſſem ferreã & labra ænea, omnes nequitias tuas explicare nec enumerare potuiſſem. Sed ſi aliquis poëtico carmine facinora tua rimari voluiſſet, forſitan Smyrneũ vatem vetuſtum Homerum Mincianumque Maronẽ cum Ouidio ſuperare potuiſſet. Sed temptatio piiſſimi principis quã pertulit à nequiſſimis, nihil ob aliud creditur fuiſſe, niſi vt probaretur eius bonitas, ſicut & patiẽtia beati Iob. Sed magna diſcretio erat in perſecutoribus vtriuſq;. Qui beato Iob inſultabant, reges fuiſſe leguntur in libro beati Thobiæ. Qui iſtum vero affligebant, legales ſerui eius erant ac patrum ſuorum.

XLV. De Compendio poſtea duxerunt piiſſimum principem ad Aquiſgrani palatium. Hoc audiens æquiuocus filius eius, receſſit à Bavvaria magno dolore compulſus ob iniuriam patris. Qui veniens ad

palatium Francónofurt, ſtatim inde direxit legatos ſuos Gozbaldum abbatem & Morhardum palatinum comitem, poſtulans & imperans vt erga patrem humaniorem exhiberet ſententiam. Quod frater eius Lotharius benigne non ſuſcepit. Poſtquam illi legati reuerſi ſunt, ſtatim alios deſtinauit ad patrem, qui prohibiti ſunt ne eum viderent.

XLVI. Poſtea perrexit Lotharius de Aquiſgrani palatio, & peruenit Mogontiam, vbi obuiam venit ei frater, & colloquium inæquale habuerunt ibi propter hoc, quia omnes quos Lotharius habebat ſecũ aduerſarij erant patris ſui iniuſte, quos autem Lodeuuicus habebat ſecum fideles erant patri ſuo ac ſibi. Inde reuertens Lotharius venit Aquiſpalatium, celebrauítque ibi natalem Domini adhuc clauſo patre.

XLVII. Poſt ſanctum diem Epiphaniæ iterum Lodeuuicus miſit legatos ſuos ad patrem, Grimoldum venerabilem abbatem atque presbyterum, & Gebehardum nobiliſſimum atque fideliſſimum ducem, qui venientes Aquis, conſenſit eis Lotharius vt viderent patrem cũ inſidiatoribus, quorum vnus vocabatur Otgarus Epiſcopus, alter vero Richhardus perfidus. Venientes

legati

legati ad conſpectum principis & humiliter proſternentes ſe pedibus ſuis, ſalutauerunt eum ab æquiuoco filio ſuo. Secreta vero noluerunt ei indicare propter inſidiatores prǫſentes, ſed aliquo motu ſignorum fecerunt eum intelligere quod æquiuocus eius hoc conſentire noluiſſet, ſcilicet ſupplicium patris.

XLVIII. Illis miſſis abeuntibus ſtatim Lotharius compulit patrem, vt cum eo veniret ad Compendium: qui conſentiens filio perrexit cum eo. Hoc audiēs Lodeuuicus coadunata multitudine ſecutus eſt eos; qui cum non longe abeſſet ab eis, Lotharius dimiſit patrem & receſſit ab eo cum cōſiliariis ſuis impiis. Lodeuuicus vero filius eius peruenit ad eum & honeſte ſuſcepit, & reduxit iterum ad Aquis ſedē ſuam, & Deo iubente reſtituit eum in regnum & locum ſuum. Et ibi ſimul ſanctum Paſcha Domini celebrarunt. Hoc audiens Hebo ſtatim fugam iniit, ſed comprehenſus coactus perductus eſt ad præſentiam principis, qui commendauit eum ad cuſtodiendum.

XLIX. Eodē anno, qui eſt annus regni eius XXI. omnibus indulgentiam præſtitit, qui eum coacti reliquerunt. Et hoc non fuit ei

oneroſum vel graue, qui eſt piiſſimus Imperatorum, quod antea pepercit inimicis ſuis, implens euangelicum pręceptum quo dictum eſt: Dimittite & dimittetur vobis. Præmium bonum & magnum præparat ei Deus qui hoc præceptum implet. Quem enim diligit corripit, & flagellat omnem filium quem recipit; & qui ſponte correptiones eius non ſuſcipit, filius eius fieri non poteſt.

L. Sed ſummopere cauendum eſt ne amplius fiat vt ſerui ſint conſiliarij ſui, quia ſi poſſunt, hoc maxime conſtruunt, vt nobiles opprimant, & eos cũ viliſſima propinquitate eorum exaltare ſtudeant. hoc non condecet ſanctæ dignitati ſuæ, quoniã hoc raro cõtigerat temporibus ſanctæ memoriæ genitoris ſui vt aliquis de talibus ad honorem conſcẽderet. quin eum maxima cum diſciplina regebat, ne ſuperbire inciperet. Hoc exemplum nunc exercere opus eſt, quãdo in temptatione erat mitiſſimus principum, hi tales tam moleſti ei fuerunt, Qui eis immeritis omnẽ benignitatẽ exhibuit. Quid ſubiectis faciant, nulli interrogare opus eſt.

LI. Poſtquam præualuit Imperator, miſit fideles legatos ſuos partibus Italiæ vt re-

ducerent coniugem ſuam ſæpe mendaciis afflictam. Qui venientes ſuſceperunt eam honorifice, & perduxerunt eam cum iocũditate & lætitia ad præſentiam principis qui erat tũc temporis Aquiſgrani palatio.

LII. Lotharius vero reſidens in ciuitate Cabullonum, vbi multa mala commiſerat exſpoliãdo Eccleſias Dei, fideles patris ſui vbicumque comprehẽdere potuerat, præter legatos tantum, martyres exhibuit. Inſuper & ſanctimonialem fœminam quæ erat ſoror ducis Bernhardi nomine Gerbirch, iuſſit in vaſe vinatico claudere, & proiicere in flumen Ararim, de quo poëta canit: Aut Ararim Partus bibat aut Germania Tigrim. ibi eã diu affligens extinxit iudicio impiorum conſiliariorum, implens pſalmodicam prophetiam: Cũ ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Parthus

LIII. Poſt hoc miſit Imperator legatos ſuos ad Lotharium, Marcuuardum venerabilem abbatem cum cæteris fidelibus ſuis cum epiſtolis exhortatoriis, quibus admonuit eum imprimis vt recordaretur omnipotentis Dei & mandatorum eius, vt auerteret ſe à via ſua praua, & intelligeret quam diſtrictum iudicium eſſet Deum contemnere in præceptis ſuis. Dicit enim Deus in-

ter alia pręcepta, Honora patrẽ & matrem; &, qui maledicit patri vel matri, morte moriatur. Hoc præceptum non per Prophetas mandauit neque per Apoſtolos, ſed ipſe Deus ſcribẽdo obſeruare præcepit, & quã graue ſit hoc prætermittere in libro Deuteronomij poſtmodum oſtendit dicens: Si genuerit homo filium contumacem & proteruum qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius iſte noſter proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat & luxuriæ atque cõuiuio: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur vt auferatur malum de medio veſtri.

LIIII. Poſtquam Lotharius locutus fuiſſet cum ſupradictis miſſis, legationem eorũ grauiter ac dure ſuſcepit, & minas eis promiſit, quod adhuc non eſt impletum, neque poſtmodum fiet. Illi redeuntes ab eo venerunt ad Imperatorem, nunciantes ei omnia quæ viderant & audiuerant. Inde pater eius ingemiſcens congregauit multitudinem copioſam, & perrexit poſt eum vbi audierat eum eſſe. Venerunt eius filij

obuiam ei, Pippinus ab occidente, & Lo-
deuuicus ab Oriente, vterque cum magna
multitudine ad obſequium patris. Cum-
que appropinquarent ad Aurelianenſium
ciuitatem, vbi erat Lotharius prope cum
ſeductoribus ſuis impiis de quibus ſupe-
rius mentio facta eſt, acquieſcere exhorta-
tionibus patris noluit, ſed quadam nocte
elongauit ſe ab eo quaſi fugiendo. Tunc
Imperator miſit legatos ſuos poſt eum Ba-
radadum Epiſcopum Saxonicum & Ge-
behardum nobiliſſimum ducem & Benga-
rium ſapiẽtem propinquum ſuum: qui ve-
nientes ad eum, ſtatim iam dictus Epiſco-
pus præcepit ei ſub edicto omnipotentis
Dei & ſanctorum eius, vt alienaret ſe à ſo-
cietate impiorũ ſeductorum eius, vt licuiſ-
ſet fideles Imperatoris oſtendere, ſi volun-
tas Dei eſſet, vt diſcordia eorum permane-
ret an non. Poſt legationem Epiſcopi ſu-
pradicti duces protulerunt quod eis impe-
ratum fuerat. Quos ſtatim rogauit ad mo-
dicum tempus egredi foras, & ſtatim reuo-
cauit, deprecans eos vt ei conſilium darent
de omnibus actibus ſuis. At illi inſtruxerũt
eum vt veniret ad præſentiam patris cum
cæteris ſeductoribus ſuis, promittẽtes pa-
cem. Et ille cum illis promiſit venire. Inde

reuertentes legati venerunt ad principem nuntiantes ei quicquid geſtum erat.

LV. Poſtquam venit Lotharius vbi erat Imperator pater eius ſedens in papilione ſuo, qui erat extẽſus valde in altum in campo magno vti cum exercitus omnis contemplabatur, & filij eius fideles ſteterunt iuxta eum. Tunc veniens Lotharius cecidit ad pedes patris, & poſt eum ſocer eius Hugo timidus. Tunc Mathfridus & cæteri omnes qui primi erãt in facinore illo, poſtquam ſurrexerunt de terra, confeſſi ſunt ſe valde deliquiſſe. Poſt hæc Lotharius iurauit patri ſuo fidelitatem, & vt omnibus imperiis ſuis obedire debuiſſet, & vt iret in Italiam, & ibi maneret, & inde non exiret niſi permiſsione patris. Tunc iurauerunt & cæteri. Poſt hæc piiſsimus princeps indulgentiam dedit eis ſi hoc iuramentum conſeruarent. Dimiſit eos habere patrimonia & omnia quæ habebant, præter quod ipſe manu propria tradidit eis. Diuiſerũt ſe ibi, & Lotharius perrexit in Italiam cum conſentaneis ſuis, & ſtatim Mathfridus qui erat maximus incentor omnium illorum malorũ, mortuus eſt & cæteri nonnulli. Hi vero qui remanſerant, febre correpti ſunt.

LVI. Imperator vero inde regrediens, ve-

nit ad palatium Theodonis, & ibi totam hiemem peregit. Poſt natalem Domini altero anno habuit cóuentum magnum populorum, & ibi Hebo turpiſsimus ruſticus venit, quem alij Epiſcopi firmiter amouere non auſi ſunt, timentes quod eorum proditor exiſtere debuiſſet. Et ideo ſuaſerunt ei vt ſibi oſtenderet miniſterium ſacerdotale minime poſſe habere. quod ita fecit, & ideo ſic plane dimiſſus eſt. Quod adhuc omnino emẽdare opus eſt, quia melius eſt iuſtum iudicium ſanctorum patrum exercere in eo, quam falſam pietatem ſub obtentu religionis demonſtrare.

LVII. Ipſo anno perrexit Imperator ad partes Lugdunenſium, vbi obuiam ei venerunt filij ſui Pippinus & Lodeuuicus qui natu iuniores erant. Ibi ſedebat Imperator cum filiis ſuis quoaduſque legati ſui in Italiam venirent ad Lotharium. Inde reuerſus eſt Imperator & venit ad Aquis ſedem ſuã, & Pippinus reuerſus eſt in Aquitaniã, Lodeuuicus perrexit ad partes Auſtriæ.

LVIII. Eodem anno in ipſo itinere obiit Berengarius dux fidelis & ſapiens, quem Imperator cum filiis ſuis luxit multo tempore. Iſte eſt annus XXIII. regni Domini Lodeuuici piiſſimi Imperatoris, quẽ con-

ſeruare & protegere diu in hoc ſæculo feliciter commorantem, & poſt hæc diſcurrentia tempora perducere dignetur ad ſocietatem omnium ſanctorum eius, ille qui eſt Deus benedictus in ſæcula. Amen.

Walafridus Strabo.

*Quæ ſequuntur geſta ſunt apud Compendium palatium contra Chriſtianiſsimum Imperatorem Ludouicū, poſtquam regno ad tempus priuatus eſt. Acta ſunt autem ſtudio non imitandæ deiectionis eius ab Hebone auctore eiuſdem mali & cæteris Epiſcopis, vel errore annitētibus, vel timore conſentientibus. Non ſunt autem hæc vt ſalubris concilij decreta amplectēda, ſed vt exitialis commenti molimina reſpuenda.*

OMNIBVS in Chriſtiana religione conſtitutis ſcire conuenit quale ſit miniſterium Epiſcoporum, qualiſque vigilantia atque ſollicitudo eis circa ſalutem cunctorum adhibenda ſit, quos conſtat eſſe vicarios Chriſti & clauigeros regni cælorum, quibus à Chriſto tanta collata eſt poteſtas vt quodcunque ligauerint ſuper terram, ſit ligatū & in cælo, & quodcunque ſoluerint ſuper terram, ſit ſolutum & in cælo: Et in quanto ſint ipſi periculo conſtituti ſi ouibus Chriſti pabulum vitæ

miniſtrare neglexerint, & errãtes ad viam veritatis arguendo, obſecrando reducere pro viribus nõ ſtuduerint, iuxta illud Propheticum, Si non annũtiaueris, inquit, iniquo iniquitatem ſuam, & ipſe in impietate ſua mortuus fuerit, ſanguinem eius de manu tua requirã; & multa his ſimilia ad magiſterium paſtorale pertinentia, quæ in diuinis ſparſim cõtinentur. Quapropter eiſdem paſtoribus Chriſti ſummopere ſtudendum eſt vt erga errata delinquentium moderationem diſcretiſſimam teneant, vt ſint, iuxta beati Gregorij doctrinam, documentum bene agentibus per humilitatem ſocij, contra delinquẽtium vero vitia per zelum iuſtitiæ erecti, quatinus poſthabito torpore aut ſegnitie vel humano fauore aut mundiali timore, ſic exerceãt miniſterium ſuũ, vt & præſentibus ſalubriter conſulant, & futuris ſint exemplum ſalutis. Verum quia in agro Dei, qui eſt Eccleſia Chriſti, noxia quæque inſtinctu hoſtis antiqui pullulare non ceſſant, quæ neceſſe eſt vt adhibito ſurculo paſtorali radicitus extirpentur; & propter maleuolos quoſque qui bene acta aut intelligere nolũt, aut maleuola intentione potius intelligere, quam ipſam veritatem delectantur amplecti,

oportet eoſdem paſtores vt quandocunque de generali vtilitate vel publica coercitione quippiam in conuentibus ſuis decreuerint, id iuxta morem Eccleſiaſticum ſcriptis committant, videlicet vt poſteris omnem ambiguitatē & occaſionem iuſte detrahēdi vel reprehendendi penitus amputent. Proinde notum eſſe neceſſarium duximus omnibus filiis ſanctæ Dei Eccleſię, pręſentibus ſcilicet, & futuris, qualiter nos Epiſcopi ſuper imperio domini & glorioſiſſimi Lotharij Imperatoris cōſtituti anno Incarnationis Domini Ieſu Chriſti octingenteſimo triceſimo tertio, indictione XVII. Anno ſiquidē eiuſdem principis primo, in mēſe videlicet Octobri, apud Compendium palatium generaliter conuenimus, & memoratum principem humiliter audiuimus; & hoc quidem illi ſiue optimatibus illius, ſeu omni generalitati populi quę vndique illuc confluxerat, manifeſtare iuxta iniunctum nobis miniſteriū curauimus, qualis ſit vigor & poteſtas ſiue miniſterium ſacerdotale, & quali meretur damnationis ſententia, qui monitis ſacerdotalibus obedire noluerit. Deinde tam memorato principi quam cuncto eius populo denunciare ſtuduimus, vt domino

deuotiſſime placere ſtuderēt, & in quibus cum offenderant, placere non differrent. * Etuimanta quippe ſũt multa quę per negligentiã in hoc imperio contigerunt, quę ad ſcandalum Eccleſiæ & ruinam populi vel regni interitum manifeſtis indiciis pertinebant, quę neceſſe erat vt cito corrigerentur, & in futuro omnibus modis vitarentur. Inter cætera etiam commemoratum eſt à nobis & omnibus ad memoriam reductum, qualiter Deus regnum iſtud per adminiſtrationem bonæ memoriæ Karoli præſtantiſſimi Imperatoris & per prædeceſſorum ſuorum laborem pacificum & vnitum atque nobiliter dilatatũ fuerit, & domino Ludeuuico Imperatori a Deo ad regendũ ſub magna pace commiſſum, dominoque protegente ſub eadē pace, quandiu idem princeps Deo ſtuduit, & paternis exemplis vti, ac bonorum hominum conſiliis acquieſcere curauit, cõſeruatum mãſerit. Et quomodo in proceſſu temporis, ſicut omnibus manifeſtũ erat, per eius inprouidentiam vel negligentiam in tantam venerit ignominiam & vilitatē, vt non ſolum amicis in mœſticiam, ſed etiã inimicis venerit in deriſionem. Sed quia idem princeps miniſterium ſibi commiſſum negli-

genter tractauerit & multa quę Deo & hominibus diſplicebant & fecerit & facere compulerit vel fieri permiſerit, & in multis nefandis conſiliis Deum irritauerit, & ſanctam Eccleſiam ſcandalizauerit; & vt cętera quæ innumera ſunt omittamus, nouiſſime omnem populum ſibi ſubiectum ad generalem interitum contraxerit, & ab eo diuino iuſtoque iudicio ſubito imperialis ſit ſubtracta poteſtas: Nos tamē memores præceptorū Dei, miniſteriique noſtri atq; beneficiorū eius, dignum duximus vt per licentiam memorati principis Lotharij legationem ad illum ex auctoritate ſacri cōuentus mitteremus, quæ eum de ſuis reatibus admoneat, quatenus certum cōſilium ſuæ ſalutis caperet, vt quia poteſtate priuatus erat terrena, iuxta diuinum conſilium & Eccleſiaſticam auctoritatem, ne ſecundam animam perderet, elaborare in extremis poſitus totis viribus ſtuderet. Quorū legatorum conſiliis & ſaluberrimis admonitionibus libenter aſſenſum præbuit, ſpacium popoſcit, diemque conſtituit qua de ſalubribus eorum monitis certum eis reſpōſum redderet. Cū autem ſupraſcriptus inſtaret dies, ſacer idem conuentus vnanimiter ad eundem venerabilem virum per-

rexit, eumque diligenter de quibus Deum offenderat, & ſanctam Eccleſiam ſcandalizauerat, ac populum ſibi commiſſum perturbauerat, admonere, & cuncta illi ad memoriam reducere curauit. Ille vero eorum ſalutiferam admonitionem & dignam cõgruamque exaggerationem libenter amplectẽs, promiſit ſe in omnibus illis acquieturum ſalutari conſilio & ſubiturum remediale iudicium. Porro de tanta ſalubri admonitione hilaris, ilico dilectum filium ſuum Lotharium Auguſtum ſibi feſtinato affuturum ſupplicauit, vt ille ruptis quibuſlibet morulis, cum ſuis primatibus veniret, quatinus primum inter eos mutua reconciliatio ſecũdum Chriſtianam doctrinam fieret, vt ſi quid in cordibus eorum næui aut diſcordiæ inerat, pura humiliſque poſtulatio veniæ expiaret, ac deinde coram omni multitudine iudicium ſacerdotale more pœnitentis ſuſciperet, quod & non multo poſt factum eſt. Veniẽs igitur idem dominus Lodeuuicus in baſilicam ſanctæ Dei genitricis Mariæ, vbi Sanctorum corpora requieſcũt, Medardi videlicet cõfeſſoris Chriſti atque pontificis, nec non Sebaſtiani præſtãtiſſimi martyris, aſtantibus presbyteris, diaconibus, & nõ parua mul-

titudine clericorum, pręſente etiam pręfato domino Lothario filio eius, eiuſq; proceribus atque totius populi generalitate, quotquot videlicet intra ſui ſeptum eadem continere potuit Eccleſia, & proſtratus in terram ſuper cilicium ante ſacroſanctum altare, confeſſus eſt coram omnibus miniſterium ſibi commiſſum ſatis indigne tractaſſe, & in eo multis modis Deũ offẽdiſſe, & Eccleſiam Chriſti ſcãdalizaſſe, populumque per ſuam negligentiam multifarie in perturbationem induxiſſe, & ideo ob tantorum reatuum expiationem publicam & Eccleſiaſticam ſe expetere velle dixit pœnitentiam, quo miſerante Domino per eorum miniſterium & adiutorium percipere mereretur abſolutionem tantorum criminum, quibus Deus ligãdi ac ſoluendi intulerat poteſtatem. Quem etiam idem Pontifices vtpote medici ſpiritales ſalubriter admonuerũt, aſſerentes ei quod puram & ſimplicem ſequeretur vera remiſſio peccatorum, vt aperte confiteretur errata ſua in quibus maxime ſe Deũ offendiſſe profitebatur, ne forte interius aliquid tegeret, aut in conſpectu Dei quippiam doloſe ageret, ſicut iampridem in Compendio Palatio ab alio ſacro conuentu cor-

reptus, coram omni Eccleſia eum feciſſe omnibus notum erat, ne ſicut tunc, ita & nunc per ſimulationem & calliditatem duplici ad Deum corde accedendo ad iram potius quam ad veniam ſuorum peccatorum prouocaret: quoniam ſcriptura teſtãte, ſimulatores & callidi prouocant iram Dei. Verum poſt huiuſmodi admonitionem profeſſus eſt ſe in omnibus iis præcipue deliquiſſe, vnde à memoratis ſacerdotibus fuerat familiariter ſiue verbis ſiue ſcriptis admonitus, vt digna increpatione correptus; ſuper quibus cartulã ſummam reatuum ſuorum vnde illud ſpecialiter redarguerent cõtinentem ei dederũt, quam ille in manibus geſtabat. *Cap.* I. Videlicet ſicut in eadem cartula plenius continetur, reatum ſacrilegij incurrendo & homicidij, eo quod paternam ammonitionem & terribilem cõteſtationem ſub diuina inuocatione ante ſacrum altare in præſentia ſacerdotum & maxima populi multitudine ſibi factam, ſecundum ſuam promiſſionem non conſeruauerit, eo quod fratribus & propinquis violentiam intulerit, & nepotem ſuum quem ipſe liberare potuerat interficere permiſerit, & quod immemor voti ſui ſignum ſanctæ religionis propter

vindictam ſuæ indignationis fieri poſtea iuſſerit.

II. Quod auctor ſcandali & perturbator pacis ac violator ſacramentorum exiſtendo, pactum quod propter pacem & vnanimitatem imperij Eccleſiæque tranquilitatem communi conſilio & conſenſu cunctorum fidelium ſuorum fuerat, inter filios ſuos factum & per ſacramentum confirmatũ ſuper illicita poteſtate corruperit, & in eo quod fideles ſuos in contrarietatem eiuſdem primi pacti & iuramenti aliud ſacramentum iurare compulerit, in periurij reatum præſtatorum violatione ſacramentorum inciderit, & quantum hoc Deo diſplicuerit, liquido claret; quia poſtea nec ipſe nec populus ſibi ſubiectus pacem habere meruit, ſed omnes in perturbationem pœnam peccati ſuſtinendo, iuſto Dei iudicio poſtea inducti ſunt.

III. Quia contra Chriſtianam religionem & contra votum ſuũ ſine vlla vtilitate publica aut certa neceſſitate prauorum conſilio deluſus in diebus quadrageſimæ expeditionem generalem fieri iuſſit, & in extremis imperij ſui finibus in cœna Domini quando Paſchalia ſacramenta ab omnibus Chriſtianis rite ſunt celebranda, placi-

tum

tum generale ſe habiturum conſtituit. in qua expeditione quantum in ipſo fuit, & populum in magnam murmurationẽ protraxit, & ſacerdotes Domini à ſuis officiis contra fas amouit, & pauperibus grauiſſimam oppreſſionem irrogauit.

IIII. Quod nonnullis ex ſuis fidelibus qui pro eius ſuorumque filiorum fidelitate & ſaluatione regníque nutantis recuperatione humiliter eum adierant & de inſidiis inimicorum ſibi præparatis certum reddiderant, violentiam intulerit, & quod contra omnem legem diuinam videlicet & humanam, eos & rebus propriis priuauerit & in exilio tradi iuſſerit, atque abſentes morti adiudicari fecerit, & iudicantes proculdubio ad falſum iudicium induxerit, & ſacerdotibus Domini ac monachis contra diuinam & canonicam auctoritatem præiudiciũ irrogauit & abſentes damnauit, & in hoc reatum homicidij incurrendo diuinarum ſeu humanarum legum violator extitiſſet.

V. De diuerſis ſacramentis ſibique contrariis atque pernicioſis à filiis ſiue à populo eo præcipiente & compellente irrationabiliter ſæpe factis, pro quibus non modicam in populo ſibi commiſſo peccati ma-

culam induxit, reatum periurij nihilominus incurriſſe, quoniam hæc proculdubio in auctorem per quem fieri cōpulſa ſunt, iure retorquentur. Sed in mulierum purgatione, in iniuſtis iudiciis, in falſis teſtimoniis atque periuriis quæ eo permittente coram ſe perpetrata ſunt, quantum Deũ offenderit ipſe nouit.

VI. De diuerſis expeditionibus quas in regno ſibi commiſſo non ſolum inutiliter, ſed etiam noxie ſine cōſilio & vtilitate fecit, in quibus nimirum multa & innumerabilia ſunt in populo Chriſtiano flagitia perpetrata in homicidiis & periuriis, in ſacrilegiis, in adulteriis, in rapinis, in incēdiis ſiue in Eccleſiis Dei ſiue in aliis diuerſis locis factis, in direptionibus & oppreſſionibus pauperum miſerabili & pene apud Chriſtianos inaudito patratu: quæ omnia ad auctorem, ſicut præmiſſum eſt, reflectũtur.

VII. In diuiſionibus imperij ab eo contra communem pacem & totius imperij ſalutem ad libitum ſuum temere factis, & in ſacramēto etiam quod iurare compulit omnem populum, vt contra filios ſuos ſicut contra inimicos ſuos agerēt, cum ipſe eos paterna auctoritate conſultúque fidelium ſuorum pacificare potuiſſet.

VIII. Quod non ſuffecerint ei tot mala & flagitia per ſuam negligentiam & improuidentiam in regno ſibi commiſſo perpetrata, quæ enumerari non poſſent, pro quibus & regni periclitatio & regis dehoneſtatio euidenter prouenerat: Sed inſuper ad cumulum miſeriarum nouiſſime omnem populum ſuæ poteſtatis ad communem interitũ traxerit, cum debuiſſet eſſe eidẽ populo dux ſalutis & pacis, cũ diuina pietas inaudito & inuiſibili modo ac noſtris ſeculis prędicãdo populo ſuo miſereri decreuiſſet.

Igitur pro his vel in his omnibus quæ ſupra memorata ſunt, reum ſe coram Deo & coram ſacerdotibus vel omni populo cum lachrymis confeſſus, & in cunctis ſe deliquiſſe proteſtatus eſt, & pœnitẽtiam publicam expetiit, quatinus Eccleſiæ quam peccando ſcandalizauerat, pœnitendo ſatisfaceret, & ſicut fuerat ſcandalum multa negligendo, ita nimirum ſe velle profeſſus eſt eſſe exemplum dignã pœnitentiam ſubeundo. Poſt hanc vero confeſſionem cartulam ſuorum reatuum & confeſſionis ob futuram memoriam ſacerdotibus tradidit, quam ipſi ſuper altare poſuerunt, ac deinde cingulum militię depoſuit & ſuper altare collocauit, & habitu ſe-

culi ſe exuens, habitum pœnitentis per impoſitionem manuum Epiſcoporum ſuſcepit, vt poſt tantam talémque pœnitentiam nemo vltra ad militiam ſecularem redeat. His itaque geſtis placuit vt vnuſquiſque Epiſcoporũ qualiter hæc res acta fuerit, in propriis cartulis inſereret, eâque ſua ſcriptione roboraret, & roborata memorato principi Lothario ob memoriam huius facti offerret. Ad extremum omnibus nobis qui interfuimus, viſum eſt omniũ cartularum immo tanti negotij ſummam in vnum breuiter ſtrictimque congerere, & cõgeſta propriis manuum noſtrarum ſubſcriptionibus roborare, ſicut ſequentia factum eſſe demonſtrant.

PRAECEPTUM DOMINI HLUDOUUICI PIISS. IMP. DE DIVISION IMPERII INTER FILIOS.

In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Ludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & cuncto catholico populo præſenti ſcilicet & futuro gentium ac nationi quæ ſub imperio ac regimine noſtro conſtitutæ ſunt. Notum fieri volumus omnium veſtrũ ſolertiæ, quod inter dilectos filios noſtros, Pipinum, Ludouuicũ, Karolum, regni nobis à Deo commiſſi talem diuiſionem fa-

cere decreuimus, vt poſt noſtrum ab hac mortalitate deceſſum vnuſquiſque illorũ ſcire valeat, ſi eos diuina pietas nobis ſuperſtites eſſe voluerit, quæ portio ſibi ad tenendum adque gubernandum à nobis adſignata ſit. Quam diuiſionem eo modo deſcribere ac deſignare volumus, vt ſinguli iuxta ordinationem noſtram & fines regni ſui qui in alienigenas extendũtur, cum Dei adiutorio defendere ſtudeant, & pacem ac fraternam caritatem inter ſe cuſtodire valeant. Cuius diuiſionis modum atque ordinationem talem nobis facere placuit.

I. Hæc autem tali ordinatione diſpoſuimus, vt ſi poſt noſtrum de hac luce diceſſum aliquis eorum, priuſquam fratres ſui, diem obierit, & talem filium reliquerit quem populus ipſius eligere velit vt patri ſuo ſuccedat in regni hereditate, volumus vt hoc conſentiant patrui ipſius pueri & regnare permittant filium fratris ſui in eo regno quod pater eius frater eorum habuit. Quod ſi talem filium non habuerit, tunc volumus vt illa pars regni quam idem habebat, diuidatur æqualiter inter illos fratres qui ſuperſtites remanſerunt.

II. Placuit etiam inter prædictos filios ſta-

tuere atque præcipere propter pacem & cōcordiam quam inter eos perpetuo permanere deſideramus, vt nullus eorum fratris ſui terminos vel regni limites inuadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum eius vel marcas minuendas, ſed potius adiuuet vnuſquiſque illorum fratrem ſuum, prout temporis oportunitas permiſerit, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationē & poſſibilitatem.

III. Nec aliquis vllum hominum fratris ſui pro quibuſlibet cauſis vel culpis ad ſe confugientem ſuſcipiat ad interceſſionem pro eo faciendam, quia volumus vt quilibet homo peccans & interceſſione indigens intra regnum Domini ſui vel ad loca ſancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde iuſtam interceſſionem mereatur.

IIII. Similiter præcipimus vt quemlibet illum qui dominum ſuum contra voluntatem eius dimiſerit, & de vno regno in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat vt talem hominē recipiant vel iniuſte retinere præſumant: nec ſolum de illis, ſed etiam de ſeruis fugitiuis ſtatuimus obſeruandum, vt

nulla diſcordiæ relinquatur occaſio. Sed & hoc pręcipimus, vt nullus ex his tribus fratribus nobis in corpore conſiſtentibus vel noſtrum vel cuiuſlibet alterius hominem ſacramentum fidelitatis ſibi promittere faciat, & per hoc eum vel à nobis vel ab altero Domino ſuo per huiuſmodi ſacramentum auertat & ad ſe adtrahat.

V. Quin etiam præcipiendum nobis videtur, vt poſt noſtrum ex hac mortalitate diſceſſum homines vniuſcuiuſque eorum accipiant beneficia, vnuſquiſque in regno Domini ſui & non alterius, ne quando per hoc, ſi aliter fuerit, ſcādalum aliquod poſſit accidere. Hæreditatem autem ſuam habeat vnuſquiſque hominum illorum abſque contradictione in quocunque regno hoc eum legitime habere cognouerit.

VI. Et vnuſquiſque liber homo poſt mortem Domini ſui licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria regna ad quemcunque voluerit, ſimiliter & ille qui nondum alicui commendatus eſt.

VII. De traditionibus autem atque venditionibus quę inter partes fieri ſolēt, præcipimus vt nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem vel venditionem rei im-

mobilis, hoc eſt terrarum, vinearum atque ſyluarum, ſeruorumque qui iã caſati ſunt, ſiue cæterarum rerum quæ hæreditatis nomine cenſentur, excepto auro, argento & gemmis, armis ac veſtibus, nec non & mãcipiis non caſatis & iis ſpeciebus quæ proprie ad negotiatores pertinere noſcuntur. Cæteris verò illis hominibus hoc minime interdicendum iudicamus.

VIII. Si autem fœminę, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna legitime fuerint ad coniugium poſtulatæ, nõ denegẽtur iuſtè poſcentibus, ſed liceat eas viciſſim dare & accipere, & adfinitatibus populos inter ſe ſociare: ipſæ vero fœminæ poteſtatẽ habeãt rerũ ſuarum in regno vnde exierint, quãquam in alio propter mariti ſocietatem habitare debeant.

IX. De obſidibus autem qui propter credentias dati ſunt & à nobis per diuerſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, volumus vt ille rex in cuius regno ſunt, abſque voluntate fratris ſui de cuius regno ſublati ſunt, ad patriam eos redire permittat; ſed potius in futuro in ſuſcipiendis obſedibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrẽ hoc facere rationabiliter poſtulauerit. Idem iubemus & de iis qui ob ſua

facinora in exilium miſſi vel mittẽdi ſunt.
x. Si cauſa vel intentio & controuerſia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſit, tunc volumus vt ad declarationem rei dubiæ vexillo crucis, Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, ne vnquam pro tali cauſa cuiuſlibet generis pugna vel campus ad exterminationem iudicetur. Si vero quiſlibet homo de vno regno hominẽ de altero regno de infidelitate contra fratrem domini ſui apud dominum ſuum accuſauerit, mittat eum dominus eius ad fratrem ſuum, vt ibi comprobet quod de homine illius dixit.
xi. Super omnia autem iubemus atque præcipimus, vt ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam à proauo noſtro Karolo & auo noſtro Pipino & beatæ memoriæ genitore noſtro Karolo Imperatore, & à nobis poſtea ſuſcepta eſt, vt etiam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet & ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccle-

ſiis quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus vt iuſtitiam ſuam & honorem habeant, & paſtores atque rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quę ad ipſa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

XII. Quod ſi de his ſtatutis atque conſentiis aliquid caſu quolibet vel ignorantia, quod non optamus, inrutum fuerit, præcipimus vt quam citiſſime ſecundum iuſtitiam emendare ſtudeant, ne quando propter dilationem maius damnum poſſit adcreſcere.

XIII. Hæc autem omnia ita diſpoſuimus atque eo ordine adfirmare decreuimus, vt quamdiu diuinæ maieſtati placuerit hanc corporalem nos agere vitam, poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo conſeruatum regnum atque imperium iſtud, ſicut hactenus fuit, in regimine atque ordinatione & omni dominatione regali atque imperiali, & vt obedientes habeamus prædictos filios noſtros atque Deo amabilem populum noſtrum cũ omni ſubiectione quæ patri à filiis & Imperatori ac regi à ſuis populis exhibetur. Et ſi aliquis ex his tribus filiis no-

ſtris per maiorem obedientiam ac bonam voluntatem imprimis Deo omnipotenti ac poſtea nobis placere cupiens, morum probitate promeruerit vt ei maiorem honorem ac poteſtatem conferre delectet, & hoc volumus vt in noſtra maneat poteſtate, vt illi de portione fratris ſui qui nõ placere curauerit, & regnum & honorem ac poteſtatem augeamus, & illum talem efficiamus, qualiter ille propriis meritis dignus oſtenderit.

XIIII. Hoc poſtremo ſtatuendum nobis videtur, vt quicquid adhuc de rebus & cõuentionibus quæ ad profectum & vtilitatem eorum pertineant, his noſtris decretis atque præceptis addiderimus, volumus ſic à prædictis dilectis filiis noſtris obſeruetur atque cuſtodiatur, ſicut ea quæ in his iam ſtatuta & deſcripta ſunt, cuſtodire & conſeruare præcipimus.

Ad Aquitaniam totam inter Ligerim & Sequanã & vltra Sequanã pagis XXVIII. id eſt Catalonis, Meltianum, Ambienſis & Pontium vſque in mare.

Ad Baiuuariam totam Toringiam, Ribuarias, Atoarias, Saxoniæ, Friſiæ, Ardenna, Asbania, Bragmento, Franderes, Men-

piſcon; Medenenti, Amau, Auſterban, Aderten. Teruunenſis. Bolenſ. Quentouico, Camalecenſis, Virdomadenſis.

Ad Alamaniam totam Burgũdiam, excepto quod Pipino datũ eſt. Totam Prouinciam & totam Gotiam, & de iſta media Francia VVarenſis, Vngenſis, Caſtrenſis, Potiano. Remegenſis, Laudunenſis, Moſellis, Treueris. * *

*Hic vetuſtiſsima membrana deficit.*

# VITA HLVDOVVICI PII IMPERATORIS KAROLI MAGNI F.

*Incerto auctore, ſed tamen coætaneo.*
ptre et medico ipſius Ludouici .

QVVM geſta priſcorum bona, malave, maxime principum ad memoriam reducuntur, gemina in eis vtilitas legentibus cõfertur. Alia enim eorum vtilitati & ædificationi proſunt, alia cautelæ. Quia enim primi in ſublimi veluti ſpecula conſiſtunt, & ideo latere nequeũt: eo fama eorum latius propagatur, quo & diffuſius cernitur; & tanto quique illorum bono plurimi alliciuntur, quanto præeminentiores ſe imitari gloriantur. Hæc ita ſe habere maiorum produnt monumenta: qui relatione ſua poſteritatem inſtruere ſtuduerunt, quiſque principum quo calle mortalium iter triuerit. Quorum nos ſtudium imitantes, nolumus eſſe vel præſen-

tibus inofficioſi, vel futuris inuidi, ſed actus vitamque Deo amabilis atque orthodoxi Imperatoris Ludouici, ſtilo licet minus docto, cõtradimus. Fateor enim, & abſque fuco adulationis dico, quia ſuccũbit cuiuſque, non dico meum quod perexiguum eſt, ſed magnorum ingenium, materiæ tantæ. Etenim auctoritate diuina diſcimus, ſanctam ſapientiam docere ſobrietatem, ſapientiam & iuſtitiam & virtutem, quibus nihil eſt dulcius in vita hominibus, quarum ille ita comitatui indiuiſe adhæſit, vt neſcires potius, quam in eo admirari deberes. Quid enim eius ſobrietate ſobrius? quæ alio nomine frugalitas ſiue temperantia nominatur. Ita enim ea vſus eſt, vt illud vetuſtiſſimum prouerbium, & ad cælum vſque celebratum, ei fuerit familiariſſimum, quo dicitur: Ne quid nimis. Sapiẽtia vero delectabatur ea, quam ſcripturæ auctoritate didicerat dicente: ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia. Iuſtitiam porro quanto coluerit affectu, teſtes ſunt, qui eius nouere ſtudium quo flagrabat, vt quiſque hominum ordo, ordini ſuo iuſta perſolueret, & Dominũ ſuper omnia, proximũ vero tãquã ſe diligeret. Iã vero virtus adeo ei coaluerat, vt tot ac tantis pulſatus

malis, laceſſitus tam priuatis, quã externis iniuriis, nullo tamen, Deo cuſtode, pectus eius inuincibile potuit iniuriarum pondere frangi. Vni tantummodo ab æmulis aſcribebatur culpę ſubcubuiſſe, eo quod nimis clemens eſſet. Nos autem cum Apoſtolo dicamus talibus: Dimitte illi hãc iniuriam. Sed hæc vtrum vera ſint nec ne, perlegens quiſque ſcire poterit. Porro quæ ſcripſi vſque ad tempora Imperij, Adhdemari nobiliſſimi & deuotiſſimi monachi relatione didici, qui ei coæuus & cõnutritus eſt. Poſteriora autem, quia ego interfui rebus palatinis, quæ vidi & comperire potui, ſtilo contradidi.

Famoſiſſimus regum, nullíque ſuo tempore poſtponendus Carolus, quum poſt obitum paternum, fratriſque Carlomanni infauſtum occubitum, populi regnique Francorum ſuſcepiſſet vnicum gubernaculum: inuincibile ſibi arbitratus eſt affore ſalutis proſperitatiſque ſuffragium, ſi Eccleſiæ paci concordiæque adminiculans, pacificos quidem ſub vnione fraterna arctius vinciret, rebelles autem ęqua ſeueritate perculleret, nec non & oppreſſis à paganis opem ferret: ſed & ipſos Chriſtiani nominis inimicos, ad agnitionem con-

feſſionemque veritatis quoquo modo perduceret. His igitur conatibus regni ſui auſpicia dedicans, & Chriſto tuenda & corroboranda committens, poſtquã res Frãciæ, prout libuit & vtile iudicauit, Deo annuente, compoſuit, ad Aquitaniam tranſiit, recidua bella meditantem, & Hunoldo quodam tyranno auctore, iam iamque in arma ruentem, bello aggreſſus eſt. Eius ergo terrore coactus eſt idem Hunoldus & Aquitaniam linquere, & fugæ ſubſidio, vitam delitеſcendo atque oberrando ſeruare. His peractis, & rebus tam publicis, quã priuatis pro oportunitate diſpoſitis, reliquit Hildegardam nobiliſſimam piiſſimãque reginam in villa regia, cuius vocabulum eſt Caſſinogilus, gemina grauidam prole, & tranſiit Garonnam fluuium Aquitanorum & Vaſconum conterminum: quam regionem iamdudum in deditionẽ ſuſceperat, Lupo principe ſe & ſua eius nutui dedente. Ibidem etiam quæ oportunitas vtilitaſque dictauit, explicitis ſtatuit Pyrenæi montis ſuperata difficultate ad Hyſpaniam pergere, laborantique Eccleſiæ ſub Sarracenorum acerbiſſimo iugo, Chriſto fautore ſuffragari. Qui mons cum altitudine cælum pene contingat, aſperi-

tate

tate cautium horreat, opacitate ſyluarum tenebreſcat, anguſtia viæ vel potius ſemitæ commeatum non modo tanto exercitui, ſed paucis admodum pene intercludat Chriſto tamen fauente proſpero eſt emenſus itinere. Neque enim regis animus Deo nobilitāte generoſiſſimus, vel impar Pompeio, vel ſegnior eſſe curabat Hānibale, qui cum magna ſui ſuorumque fatigatione, & perditione, iniquitatē eius loci olim euincere curarunt. Sed hanc facilitatem tranſitus, ſi dici fas eſt, fœdauit infidus, incertuſque fortunæ ac vertibilis ſucceſſus. Dum enim, quæ agi potuerunt in Hiſpania, peracta eſſent, & proſpero itinere reditum eſſet, infortunio obuiante, extremi quidam in eodem monte regij cæſi ſunt agminis. Quorum quia vulgata ſunt nomina, dicere ſuperſedi. Rediens ergo rex, reperit coniugem Hildegardam binam edidiſſe prolem maſculam. Quorum vnus immatura morte præreptus, ante pene mori, quam ſub luce viuere cœpit. Alter proſpero euētu, materno fuſus vtero, infantilibus nutriebatur impendiis. Nati ſunt autē anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octauo. DCCLXXVIII.
Sed eū qui viuidam promittebat qualita-

tem, quum per baptiſmatis ſacramentum renaſci contigiſſet, Ludouicum vocitari patri placuit: eique regnum, quod ſibi naſcendo dicauerat, cõtradidit. Sciens porro Rex ſapientiſſimus atque perſpicaciſſimus Carolus, regnum eſſe veluti corpus quoddam, & nunc iſto, nunc illo incommodo iactari, niſi conſilio & fortitudine, velut quibuſdam modicis, ſanitas accepta tueretur: Epiſcopos quidem modo, quo decuit, ſibi deuinxit, ordinauit autem per totam Aquitaniam Comites Abbatéſque, nec non alios plurimos, quos vaſſos vulgo vocant, ex gente Francorum; quorũ prudẽtiæ & fortitudini, nulla calliditate, nulla vi obuiare fuerit tutum: eiſque commiſit curam regni, prout vtile iudicauit, finium tutamen, villarumque regiarum ruralem prouiſionem; & Bituricæ ciuitati primo Humbertum, paulo poſt Sturbium præfecit comitem; porro Pictauis Albonem, Petragoricis autem VVidbodum, ſed & Aruernis Iterium, nec non VVallagię Bullum, ſed & Toloſæ Chorſonem, Burdegalis Siguinum, Albigenſibus vero Amio-
DCCLXXIX. nem, porro Lemouicis Rohtgarium. Qui-
II. bus rite peractis, Ligerim cũ reliquis trãſmeauit copiis: & Lutetias, quæ alio nomi-

ne Pariſius vocantur, ſeſe recepit. Poſt nõ multum ſane tempus incidit ei deſideriũ, dominam quõdam orbis videre Romam, principíſque Apoſtolorum atque doctoris gentium adire limina, ſeque ſuamque prolem eis commendare: vt talibus nitens ſuffragatoribus, quibus cæli terræque poteſtas attributa eſt, ipſe quoque ſubiectis conſulere, perduellionúmque, ſi emerſiſſent, proteruiam proterere poſſet, ratus etiam non mediocre ſibi ſubſidium cõferri, ſi à vicario eorum, cum benedictione ſacerdotali, tam ipſe, quàm & filij eius, regalia ſumerent inſignia. Quæ res Deo proſperante, pro voto ceſſit. Ibidémque Ludouicus eius filius, cunarum adhuc vtens geſtatorio, benedictione regnaturo congrua, & regali inſignitus eſt diademate, per manus venerãdi Adriani antiſtitis. Peractis igitur omnibus quæ Romæ agenda viſa ſunt, Rex Carolus cum filiis, & exercitu pacifice Frãciam repetiit: filiumque ſuum Ludouicum regem regnaturum in Aquitaniam miſit, præponens illi baiulum Arnoldum, alióſque miniſtros ordinabiliter, decentérque conſtituens tutelæ puerili congruos. Qui vſque Aurelianam ciuitatem cunali eſt euectus geſtamine, ſed ibi

DCCLXXX.

DCCLXXXI.

DCCLXX- congruentibus eius ætati armis accinctus,
XII. equo impoſitus,& in Aquitaniam eſt, Deo
DCCLXX- annuente,tranſpoſitus. Vbi dum non mul-
XIII. VI. tis moratur annis,id eſt,quatuor,glorioſus
DCCLXX Rex Carolus aſſiduos duróſque Saxoni-
XIIII. bus inferebat referebátque conflictus: In-
DCCLXX- ter quos cauens, ne aut Aquitanorum po-
XV.VIII. pulus propter eius longum abſceſſum in-
ſoleſceret, aut filius in tenerioribus annis
peregrinorum aliquid diſceret morũ, qui-
bus difficulter expeditur ætas ſemel imbu-
ta,miſit & accerſiuit filium iam bene equi-
tantem, cum omni populo militari, reli-
ctis tantum Marchionibus: qui fines regni
tuentes,omnes ſi forte ingruerẽt, hoſtium
DCCLXX- arcerẽt incurſus. Cui filius Ludouicus pro
XVI.VIIII ſapere & poſſe, obedienter parens, occur-
rit ad Patrisbrunam, habitu Vaſconum cũ
coëuis ſibi pueris indutus,amiculo ſcilicet
rotundo,manicis camiſiæ diffuſis, crurali-
bus diſtentis, calcaribus caligulis inſertis,
miſſile manu ferens: hæc enim delectatio
voluntáſque ordinauerat paterna. Manſit
ergo cum patre inde vſque ad Herisburg
cum eo vadens, vſque quo ſol ab alto de-
clinans axe, ardorem æſtiuum autumnali
condeſcenſione temperaret. Cuius extre-
mo tempore licentia à patre accepta, hie-

matum in Aquitaniam rediit. Ea tempe- DCCLXX-
ſtate Chorſo dux Tholoſanus, dolo cuiuſ- XVII.
dam Vaſconis Adelerici nomine, circum- X.
uentus eſt, & ſacramentorum vinculis ob-
ſtrictus; ſicque demum ab eo abſolutus.
Sed huius næui vlciſcendi gratia, Rex Lu-
douicus & proceres, quorum conſilio reſ-
publica Aquitanici regni adminiſtraba-
tur, conuentum generalem conſtituerunt
in loco Septimaniæ, cuius vocabulum eſt
mors Gothorum. Accitus autem idem
Vaſco, conſcius facti ſui venire diſtulit,
donec obſidum interpoſitione fretus, tan-
dem occurrit. Sed eorundem obſidum pe-
riculo nihil paſſus, inſuper muneribus do-
natus, noſtros reddidit, ſuos recepit, & ita
receſſit. Æſtate vero ſubſequente iuſſu pa- DCCLXX-
tris, Ludouicus Rex VVormaciam ſimpli- XVIII.
citer, non expeditionaliter venit; & cum XI.
eo in hibernis perſtitit. Vbi iam dictus A-
delericus ante reges dicere cauſam iuſſus,
atque auditus, purgare obiecta volens, ſed
non valens, proſcriptus, atque irreuoca-
bili eſt exilio deportatus. Submoto Chor-
ſone porro à Ducatu Toloſano, ob cuius DCCLXX-
incuriam tantum dedecus regi & Francis XIX.
acciderat, VVilihelmus pro eo ſubrogatus XII.
eſt. Qui Vaſconum nationem, vt ſunt na-

tura leues, propter euentum ſupra dictum valde elatos, & propter multationem Adelrici nimis repperit efferatos, quos tamẽ tam actu quã viribus breui ſubegit, illique
DCCXC. pacem impoſuit nationi. Rex verò Ludo-
XII. uicus eodem anno Toloſæ placitum generale habuit, ibique conſiſtenti, Abotaueus Sarracenorum dux, cum reliquis regno Aquitanico conlimitãtibus, ad eum nuntios miſit, pacem petens & dona regia mittens. Quibus ſecundum voluntatem regis acceptis nuntij ad propria ſunt reuerſi. Interea anno hunc ſequente, patri regi Rex
DCCXCI. Ludouicus Ingelheim occurrit, inde Ra-
XIIII. uesburg cum eo abiit, ibique enſe, iam appellens adoleſcentiæ tempora, accinctus eſt, ac deinde patrẽ in Auares exercitũ ducentẽ vſque ad Cuneburg comitatus, iuſſus eſt reuerti, & vſque ad reuerſionem paternam, cum Faſtrada manere regina. Itaque cum ea hiemem exegit imminentem, patre in expeditione cæpta permanẽte. At vero ipſo ab expeditione Auarica remeãte, accepit ab eo mãdatum in Aquitaniam redire, & fratri Pippino ſuppetias, cũ quantis poſſet copiis, in Italiam pergere. Cui obediens, Aquitaniam autumni tempore rediit, omnibuſque quæ ad tutamen

regni pertinent, ordinatis, per montis Ciniſij aſperos & flexuoſos anfractus, in Italiam tranſuehitur, atque natalem Domini Rauennæ celebrans ad fratrem venit. Cui
coniunctus, iunctis viribus Beneuētanam DCCXCIII
prouinciam ingrediuntur, cuncta obuia XVI
populantur, caſtro vno potiuntur. Hieme autem tranſacta, vna ad patrem proſpere regrediuntur, vno tamen audito offuſcante eorum plurimam alacritatem, eo quod compererunt, fratrem ſuum naturalem Pipinum, contra communem patrem rebellionem meditatum, pluresque nobilium huius ſceleris conſcios atque irretitos & peſſundandos. Concite ergo per gentes ad patrem in Baioaria agentem, venerunt in locum cui eſt vocabulum Saltz, & ab eo gratiſſime ſunt recepti. Quicquid autem ſuperfuit æſtatis, autumni & hiemis, cum patre rege Rex Ludouicus exegit.
Magnopere enim curabat Rex pater, ne DCCXCIIII.
regem filium aut nutrimenta honeſta late- XVII.
rent, aut externa inhæreſcentia in aliquo
dehoneſtarent. Qui quum primo vere à DCCXCV
patre dimitteretur, interrogatus eſt ab eo, XVIII.
cur Rex quum eſſet, tantæ tenuitatis eſſet in re familiari, vt nec benedictionem quidem, niſi ex poſtulato ſibi offerre poſſet, di-

dicitque ab illo, quia priuatis ſtudens quiſque primorum, negligens autem publicorum peruerſa vice, dum publica vertuntur in priuata, nomine tenus Dominus factus ſit omnium pene indigus. Volens autem huic obuiare neceſſitati, ſed cauens ne filij dilectio apud optimates aliquam pateretur iacturam, ſi illis aliquid pe1 prudentiam demeret, quod per inſcientiam cõtulerat, miſit illi miſſos ſuos, VVillebertũ ſcilicet, Rotomagenſis poſtea vrbis Archiepiſcopum, & Richardũ Comitẽ, villarũ ſuarum prouiſorem, prçcipiẽs, vt villç quæ catenus vſui ſeruierãt regio, obſequio reſtituerentur publico, quod & factum eſt. Quibus
DCCXCVI receptis, Rex & prudentiæ ſuæ monſtrauit cõtinuo documentũ, & miſericordiæ, quç illi genuina probatur, patefecit affectum. Nam ordinauit, qualiter in quatuor locis hiberna tranſigeret, vt tribus annis exactis, quarto demum anno hiematurum ſe quiſque ſuſciperet locus, Theotuadum ſcilicet palatium, Caſſinogilum, Andiacum, & Eurogilum. Quæ loca, quando quartum redibatur ad annum, ſufficientem regio ſeruitio exhibebant expenſam. Quibus prudentiſſime ordinatis, inhibuit a plebeis vlterius annonas militares, quas vulgo Fo-

derum vocant, dari. & licet hoc viri militares ægre tulerint, tamen ille vir miſericordiæ, conſiderans & præbẽtium penuriam, & exigentium crudelitatem, ſimul & vtrorumque perditionem, ſatius iudicauit de ſuo ſubminiſtrare ſuis, quam ſic permittẽdo copiam rei frumentariæ, ſuos irrretiri periculis. Quo tempore Albigenſes tributo, quo in dando vino & annona grauabãtur, ſua liberalitate releuauit. Habebat autem tunc temporis Meginarium ſecum, miſſum ſibi à patre, virum ſapientem & ſtrenuum, gnarumque vtilitatis & honeſtatis regiæ. Intantum autem regi patri hęc placuiſſe dicuntur, vt hac imitatione ſtipẽdiariam in Francia interdiceret annonam militarem dari, & alia plurima corrigi iuberet, congratulans felicibus filij profectibus. Sequente porro tempore Toloſam venit Rex, & conuentum generalem ibidẽ habuit. Adefonſi Callætiarum principis miſſos, quos pro amicitia firmanda miſerat cum donis, ſuſcepit, & pacifice remiſit. Necnon & Bahaluc Sarracenorum ducis, qui locis montuoſis Aquitaniæ proximis principabatur, miſſos pacem petentes, & dona ferentes ſuſcepit, & remiſit. Quo tẽpore verens, ne corporis natiuo ſuperatus

calore, in multimodos luxuriæ raperetur anfractus, cum conſilio ſuorum, Harmengardam, futuram reginam, claris ortam natalibus, vtpote filiam Nigrammi Comitis, ſibi ſociauit. Ordinauit autē illo tēpore in finibus Aquitanorum, circūquaque firmiſſimam tutelam. Nam ciuitatē Auſonā, caſtrum Gardonam, Caſtaberram, & reliqua oppida olim deſerta, muniuit, habitari fecit, & Burrello Comiti cum congruis auxiliis tuenda commiſit. Hieme tranſacta miſit ad illum pater Rex; vt ad ſe contra Saxones eūtem, cum populo, quo poſſet, veniret. Qui ire non differens ad eum Aquiſgranū venit: & cum ipſo ad Fremeiſheim, vbi placitum generale habuit, ſuper ripam Reni perrexit. In Saxonia cum patre vſque ad miſſam ſancti Martini perdurauit. Inde à Saxonia cum patre exiit, & in Aquitaniam, magna hiemis exacta parte, conceſſit: ſuccedente vero æſtate, Rex Carolus ad eum miſit, mandans vt ſecum in Italiam proficiſceretur; ſed mutato conſilio iuſſus eſt domi manere. Rege autem Romam pergente, ibidémque infulas imperatorias ſuſcipiēte, Rex Ludouicus Toloſam abiit iterum, atque inde in Hyſpaniā contendit. Cui Barcinonæ appropinquā-

ti, Zaddo dux eiuſdem ciuitatis, iamque ſubiectus occurrit, nec tamen ciuitatem dedidit. Quam tranſgrediens rex, & Hilerdæ ſuperueniens, ſubegit illam, atque ſubuertit. Qua diruta & cæteris municipiis vaſtatis ac incenſis, ad Oſcam vſque proceſſit. Cuius agros ſegetibus plenos manus militaris ſecuit, vaſtauit, incendit, & quæcunque extra ciuitatem ſunt reperta, incendio depaſcente ſunt conſumpta. Quibus expletis imminente iam hieme, ad propria rediit. Redeunte porro tempore æſtiuo, imperator glorioſiſſimus Carolus Saxoniam petiit, mandans filio vt & ipſe, tamquam in eadem terra hiematurus, ſe ſubſequeretur. Quod ipſe agere feſtinans, ad Nuſciam venit, Renum ibidem tranſiit, Patri concurrere accelerabat; ſed anteq̃uã ad eum veniret, nuntio obuiauit paterno in loco, cuius vocabulum eſt Oſtfalaa, cum mandatis ne plus in ambulando fatigaretur, quin potius loco ſibi opportuno caſtra metaretur, & ſe redeuntem ibidem operiretur. Tota enim gente ſubacta Saxonum, victor Carolus Imperator iam redibat. Cui cum filius occurriſſet, multo cum amplexatu deoſculans, plurima illum gratiarum actione & laude extulit, vtilitatémque ob-

ſequelæ illius, ſæpe iterando felicem ſe ta-
li filio prædicauit. Finito tandem diuti-
no atque cruentiſſimo Saxonico bello,
quod vt ferunt, triginta trium annorum
tempus occupauit, Ludouuicus Rex à pa-
tre dimiſſus, in regnū proprium ad hiber-
DCCCI. XXIIII. na ſeſe cum ſuis collegit. Hieme porro
DCCCII. XXV. tranſacta, Carolus Imperator, tempus o-
portunum nactus, vtpote ab externis quie-
ſcens bellis, cœpit circumire loca ſui regni
mari cōtigua. Quod dum Ludouuicus rex
comperiſſet, Rothomagum miſſo legato
Hademaro, petiit eum in Aquitaniam di-
uertere, & regnum quod ſibi dederat, in-
uiſere, & ad locum qui Caſſinogilus vo-
catur, venire. Cuius petitionem pater ho-
norabiliter ſuſcepit, & filio gratias egit, pe-
tita tamen negauit, & vt ſibi Turonis oc-
curreret, mandauit. Quo filius veniēs gra-
tulabunde nimis ab eo ſuſceptus; & in Frá-
ciam redeuntem Vernum vſque proſecu-
tus eſt. A quo digrediens in Aquitaniam
regreſſus eſt. Æſtate hanc ſequente Zaddo
dux Barcinonenſis ſuaſus eſt à quodam
ſibi, vt putabat, amico, Narbonam vſque
procedere. Qui comprehēſus, Ludouuico
regi eſt adductus: & patri Carolo itidem
perductus. Ipſo tempore Ludouuicus Rex

coacto populo regni ſui Toloſę, de his quæ agenda videbantur tractans deliberabat. Burgundione namque mortuo, comitatus eius Fedentiacus Liutardo eſt attributus. Quam rem Vaſcones moleſte ferentes, in tantam erupere petulantiam, vt etiã homines illius alios ferro perimerent, alios igni comburerent. Quo vocati dum primum venire detrectarent, quoquo modo ad cauſam dicendã venerunt, & pœnas debitas pro talibus auſis dederunt, ita vt quidam talionis lege igni conflagrarent. His peractis, ſuccedente tempore, viſum eſt regi & conſiliariis eius, vt ad Barcinonam oppugnandam ire deberent: diuiſóque in tres partes exercitu, vnam quidem Ruſcellioni ipſe permanens ſecum retinuit; alteri obſidionem vrbis iniunxit, cui Rotſtagnus comes Gerundæ præfuit: tertiam autem, ne forte obſidentes vrbem, improuiſe ab hoſtibus occuparentur, vltra vrbem ſedere permiſit. Obſeſſi interea intra vrbem, Cordubã miſerunt, auxiliumque popoſcerunt; rex vero Sarracenorum protinus auxiliatum eis exercitũ direxit. Venientibus porro his, qui miſſi fuerant Cæſar-Auguſtam, relatum eſt eis de exercitu in via ſibi obuiam conſtituto. Erat au-

DCCCIIII. XXVII.

tem ibi VVilihelmus primus, ſignifer Hademarus, & cum eis validũ auxiliũ. Quod illi audientes, in Aſtures ſeſe verterũt, cládemque eis improuiſe importauerunt, ſed multo grauiorem reportauerunt. Quibus recedentibus, noſtri ad ſocios vrbem obſidentes reuerſi ſunt, & illis iuncti tamdiu vrbem obambiẽtes, & nullum ingredi aut egredi permittentes, vexarunt, donec famis acerbitate coacti ſunt etiam vetuſtiſſima oſtiis coria detrahere, & in cibum infœliciſſimum vertere: Alij autem mortem infœliciſſimæ præponentes vitæ, è muris ſemet prȩcipites mittebant, aliqui vero ſpe animabantur inani, cogitantes quod Frãci hiemis aſperitate à ciuitatis cohiberentur obſidione. Sed hanc illorum ſpem abſcidit prudentium virorum conſilium. Aduecta enim vndecunque materia, cœperunt extruere caſas, veluti in hibernis ibidem mãſuri. Quod cernentes ciuitatis habitatores à ſpe deciderunt, & ad deſperationem vltimam verſi, ſuum principẽ Zaddonis cognatũ tradiderunt, quem pro eo cõſtituerant nomine Hamur, & ſe & ciuitatem, conceſſa facultate ſecedendi, dediderunt hoc modo. Quum enim longa feſſam obſidione noſtri tenerent vrbem, & iam iam

capiendam aut tradendã crederent, honeſto vt decebat vſi conſilio, regẽ vocant, vt vrbs tanti nominis, glorioſum nomen regi propagaret, ſi illã eo pręſente ſuperari contingeret. Suggeſtioni huic admodum honeſtæ Rex aſſenſum præbuit. Venit ergo ad exercitum ſuum vrbem vallantem, atque indeſinenti oppugnatione ſex hebdomadibus perdurauit, & tandem ſuperata victori manus dedit. Tradita ergo & patefacta ciuitate, primo quidem die cuſtodes Rex illuc deſtinauit, ipſe autem ab eius ingreſſu abſtinuit, donec ordinaret, qualiter cum digna Deo gratiarũ actione, cupitam atque ſuſceptam victoriã eius nomini conſecraret. Antecedentibus ergo eum in craſtinũ & exercitũ eius ſacerdotibus, & clero cum ſolenni apparatu, & laudibus hymnidicis portam ciuitatis ingreſſus, & ad Eccleſiã ſanctæ & victorioſiſſimę Crucis, pro victoria ſibi collata, gratiarum actiones Deo acturus, progreſſus eſt. Porro poſt hæc Bera comite ibidem ad cuſtodiam relicto cum Gothorum auxiliis, hiemandi gratia ad propria remeauit. Cui pater, comperto quod ei imminere videbatur à parte Sarracenorum periculo, fratrem Carolum ſuffragaturum mittebat: DCCCCV. XXVIII.

eique Lugduni agenti, & ad fratris adiutorium properanti, nūtius regis fratris occurrit, captam ciuitatem nuntiauit, & ne longius fatigaretur, edixit. Qui ab eodem loco regrediens ad patrem eſt reuerſus. Rege porro Ludouuico in Aquitania hibernum agēte tempus, pater Rex eū mandauit venire ad ſuum colloquium Aquiſgrani, in purificatione ſanctæ Mariæ genitricis Dei. Cui occurrens, & quouſque placuit cum eo commorans, quadrageſimæ

DCCCVI XXVIIII. tempore rediit, ac ſuccedente æſtate, cum quanto viſum eſt ei, bellico apparatu in Hiſpaniam proficiſcitur, profectuſque per Barcinonam, & veniens Tarraconam, quos ibidem repperit, cepit, alios fugauit, vniuerſaq; loca, caſtella, municipia, vſque Tortoſam vis militaris excidit, & flamma vorax cōſumpſit. Interea in loco, cuius vocabulum eſt ſanctæ Columbæ, diuiſit copias ſuas in duo, quammaximam quidem partem ſecum contra Tortoſam ducens: porro Iſembardum, Hademarum, Berram, Burrellū cum reliquis expeditiſſime ad ſuperiora dirigens, vt Ibero flumine tranſito, dum hoſtes in ſedibus ſecuri reſiderent, ab iſtis inſidiis ex improuiſo eos aggrederentur, aut certe turbata regione.

gione, in pauorem ſoluerentur. Igitur rege Tortoſam tendente, memorati viri tamdiu ſuperiores in Iberi partes noctibus euntes, diebus ſyluarum luſtra ſectantes, obambulauerunt, vſque quo Cingam & Iberum natando pariter tranſierũt. In quo itinere ſex dies tranſigentes ſeptima tranſmearunt. Qui vbi omnes incolumes euaſerunt, terram hoſtium latiſſime vaſtauerũt, & vſque villam eorum maximam, quæ villa Rubea vocatur, peruenerunt. Vnde nimis magnam prędam ſuſtulerunt, vtpote improuiſis hoſtibus, & nihil tale vnquã ſuſpicantibus. Quibus geſtis, iis qui euadere potuerunt hanc plagam longe lateque nuntiantibus, collecta eſt Sarracenorum Maurorumque multitudo non minima, & eis obuia conſtitit ad oſtium vallis, quæ dicitur vallis Ibana. Cuius vallis natura eſt vt ipſa in profundo iacens hinc inde præruptis atque altis cingatur montibus. Quã niſi Dei prouiſio intrare prohibuiſſet, noſtri abſq; vllo pene hoſtium labore lapidũ ictibus poterant interire, vel in manus inimicorũ deuenire. At dum illi viã pręſtruũt, noſtri autem aliorſum viam apertiorem planioremque petunt, reputantes Mauri hæc noſtros non ob ſuitantum cuſtodiam,

ſed metu potius eorum facere, a tergo eos inſequuntur. Porro autem noſtri prædam retro relinquentes, facies hoſtibus nudauerunt, acriter reſtiterunt, Chriſtoque iuuante, ipſos terga vertere compulerunt. Quos autem apprehenderunt, necauerũt, & læti ad prædam quam reliquerant, redierunt: ac tandem poſt dies viginti ſuæ digreſſionis, ad regem alacres, pauciſſimis ſuorum amiſſis, redierunt. Rex autem Ludouicus ſuos lætanter recepit, & terra hoſtili vſquequaque vaſtata domum rediit. Sequenti vero tempore iterum Rex Ludouicus expeditionem in Hiſpaniam parauit. Sed pater ne per ſemetipſum illuc pergeret, eum impediuit. Præceperat namque tunc temporis fabricari naues contra Nordomannicas incurſiones, in omnibus fluminibus quæ mari influebant. Quam curam etiam filio iniunxit ſuper Rodanum & Garonnam & Silidam. Attamen miſit ei miſſum ſuum Ingobertum, qui filij præſentiam præferret, & vice amborum contra hoſtes exercitum duceret. Rege autem in Aquitania remanente ob ſupradictam cauſam, exercitus eius itinere proſpero Barcinonam venit, ibique habito inter ſe conſi-

lio, quomodo hoſtibus clandeſtina poſſent ſuperuenire irruptione, inuenerunt hunc modum: ſcilicet, vt naues tranſuectorias fabricantes, vnamquamque earum in quaternas partirentur partes, quatenus pars quaterna cuiuſque duobus equis vel mulis vehi poſſet, & præparatis clauis & marculis facile coaptari valerent: pice vero & cera ac ſtupa præparatis, mox vt ad flumen veniretur, compagum iuncturæ obcludi poſſent. Sic itaque inſtructi, maxima pars eorum cum prædicto miſſo Ingoberto, Tortoſam petierat. At vero ij, qui ad opus ſupra dictum ſunt deputati, Hademarus ſcilicet, Bera & reliqui, trium dierum emenſo itinere (erant enim ſine ſagmatibus) cælo pro tecto vtentes, igni ne fumo deprehenderentur renuntiantes, ſyluis ſe die occulentes, nocte, quantum poſſe dabatur, iter agentes, quarto die, Ibero compactis nauibus ipſi quidē ſunt trāſpoſiti, equos autē natatui cōmiſerunt. Quod factum magnū voto eorum pepererat effectum, niſi fuiſſet acerrime deprehenſum. Quum enim Abaiduin dux Tortoſæ littora Iberi obſideret fluminis, & illi quos ſupra diximus, ſuperiora illius modo prædicto tranſmitte-

rent; Maurus quidam lauandi gratia flumen ingreſſus, fimum à flumine vidit ferri equinum. Quo viſo, ſicut ſunt nimiæ calliditatis, adnatans fimumque comprehendens, & naribus admouens, exclamauit; Cernite, inquiens, ô ſocij, moneo quam cauete. Nam hoc ſtercus nō onagri eſt, vel cuiuſcunque animātis aſſueti paſtibus herbidis. Enimuero equina eſſe hęc egeſta cō. ſtat: quæ certū eſt fuiſſe hordeū: & ob hoc equorum vel mulorum pabula: ideoque cautius vigilate. Nam in ſuperioribus fluminis huius, vt cerno, nobis parantur inſidiæ. Extemplo duos ſuorum conſcenſis equis ſpeculatum dirigunt. Qui noſtris viſis, quod verum erat, Abaiduno renūtiant. At illi timore coacti, omnibus, quæ caſtrēſis habitatio habuit, poſthabitis atque dimiſſis, fugæ ſe commiſerunt: omniumque relictorum noſtri potiti, in illorum papiliobus illa ſunt nocte hoſpitati. Sed Abaidum collecta multa manu hoſtium, eis in craſtinum præliaturus occurrit. Noſtri tamē diuino freti auxilio, licet impares, multoque numero inferiores, tamē hoſtes fugere compulerunt, multaque eorum ſtrage viam fugientium impleuerunt. Et eo vſque manus ab eorum cæde non conti-

nuerunt, donec ſolis dieique lumine recedente, & vmbra noctis terram occupante, lumina ſtellarum noctē ſolatura ſuccederent. His geſtis, Chriſto fauente, ad ſuos ſeſe magno cum gaudio & opibus collegerunt. Diu etiam ſimul obſeſſa vrbe domum repedarunt. Porro anno huic proximo, Ludouicus Rex per ſemetipſum Tortoſam repetere ſtatuit, habens ſecum Heribertum, Liutardum, Iſembardum, validumque Franciæ ſupplementum. Quo perueniens adeo illam arietibus, mangonibus, vineis, & cæteris inſtrumentis laceſſiuit & protriuit muralibus, vt ciues illius à ſpe deciderēt, infractóſque ſuos aduerſo marte cernentes, claues ciuitatis traderēt. Quas ille rediens cum multo fauore patri retulit. Quæ res magnū Sarracenis & Mauris pro talibus geſtis incuſſit metum, verentibus, ne ſingulas ciuitates par ſors inuolueret. Reuerſus eſt igitur rex à ciuitate poſt quadraginta dies inchoatæ obſidionis, & in proprium ſe contulit regnum. At poſt anni inſtantis excurſum, exercitum ordinauit, & Oſcam cum miſſo patris Heriberto mittere ſtatuit. Quo peruenientes qui miſſi fuerant, ciuitatem obſederunt, obuios quoſque aut viuos comprehende-

DCCCVIII. XXXI.

DCCCIX. XXXII.

runt, aut in fugam coactos compulerunt. Sed dum circa vrbem ſedētes, ignauiori ſe quam decuit ſtudio reſoluunt, imprudētes ac leues aliqui iuuenum propius muros accedentes, verbis quidē eos qui propugnaculis præſidebant, primū laceſſere, deinde miſſilibus inceſſere tētant. Oppidani porro contēnentes præſentiū paucitatem, abſentium metientes ſeram occurſionē, apertis portis proſiliūt. Pugnatū hinc inde eſt: cæſi ſunt ab vtraque parte, & tandem illi ſeſe in ciuitatem receperunt, iſti autem ad caſtra manſuri redierunt. Protracta igitur obſidione, peracta vaſtatione, & quæcunque viſa ſunt contra inimicos agenda pro iræ ſatisfactione, ad regem ſunt reuerſi, qui eo tempore in ſyluis venationum ſtudiis occupabatur. Erat enim tempus autumni perextremum. Receptis ergo ſuis ab expeditione premiſſa redeuntibus, rex hiemem ſequentem, in ſuis conſiſtens, pacifice exegit. At ſuccedente æſtate accito populi ſui generali conuentu, retulit eis ſibi delatum rumorem: quod quædam Vaſconum pars iam pridem in deditionem ſuſcepta, nunc defectionem meditata, in rebellionem aſſurgeret: ad quorum reprimendam peruicaciam ire publica vtilitas poſtularet. Hāc

regis voluntatem omnes laudibus proſequuntur: nec talia in ſubditis contemnenda, ſed potius ſeueriſſime reſecanda teſtantur. Moto igitur & diſpoſito prout oportuit exercitu, Aquas villam peruenit, & vt ad ſe venirent, qui infidelitatis inſimulabantur, iuſſit. Sed illis venire detractantibus, ad eorum vicinia deuenit, cunctaque eorum depopulari manu militari permiſit. Ad vltimum cunctis, quæ ad eos pertinere videbantur, conſumptis, ipſi ſupplices venerunt, & tandem veniam perditis omnibus magno pro munere meruerunt. Superato autem penè difficili Pyrenæarum Alpium tranſitu, Pampalonam deſcendit: & in illis quam diu viſum eſt moratus locis, ea quæ vtilitati tam publicæ quam priuatæ conducerent, ordinauit. Sed quum per eiuſdem montis remeandum foret anguſtias: Vaſcones natiuum aſſuetumque fallendi morem exercere conati, mox ſunt prudenti aſtutia deprehēſi, conſilio cauti, atque cautela vitati. Vno enim eorum qui ad prouocandum proceſſerat, comprehenſo atque appenſo, reliquis penè omnibus vxores aut filij ſunt erepti, vſque quo eo noſtri peruenirent, quo fraus illorum nullam regi vel exercitui poſſet

inferre iacturam. His geſtis, in propria rex
DCCCXI. populúſque eius Deo propitio conceſſit.
XXXIIII. Et regis quidem ab ineũte ætate, ſed tunc quammaxime, circa diuinum cultum & ſanctæ eccleſiæ exaltationem piiſſimus incitabatur animus; ita vt non modo regem, ſed ipſius opera potius eum vociferarentur ſacerdotem. Nam totius Aquitaniæ qui videbatur clerus, antequam ei crederetur, vtpote ſub tyrannis agens, magis equitationi, bellicæ exercitationi, miſſilium librationi, quã diuino cultui operam dare nouerat. Regis autem ſtudio vndecunque adductis magiſtris, tam legendi, quam cantandi ſtudium, nec non diuinarum & mundanarum intelligentia literarum, citius quam credi poterat coaluit: præcipue tamen affectu illorum ducebatur, qui cuncta ſua pro Domini amore relinquentes, ſpeculatiuæ vitæ curabant fieri participes. Nam antequam Aquitania ſub eo regnaretur, collapſus erat in ea huiuſcemodi ordo: at ſub eo adeo conualuit, vt etiam ipſe fraternum aui Carlomanni imitari geſtiens memorabile exemplũ, ipſe quoque theoricæ vitæ culmina niteretur comprehendere. Sed huius voti ne compos fieret, obicem ſe prębuit refragatio pa-

tris,vel potius diuinę voluntatis nutus, qui tantæ pietatis virum noluit ſub cura ſuæ ſolius ſalutis deliteſcere, ſed potius per eũ, & ſub eo,multarum ſalutem adoleſcere. Et quidem multa, vt dictum eſt, ab eo ſunt in eius ditione reparata, imo à fundamentis ædificata monaſteria, ſed præcipue hæc; monaſterium ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri de Ferrariis,quod antiquitus Bethleem vocabatur, in cuius curia pater eius Pipinus occidit Leonem,& ipſemet à Stephano Papa Romano in regem honorifice cõſecratus eſt in eadem eccleſia; monaſterium ſancti Filiberti, monaſterium ſancti Florentij, monaſterium Carroffi, monaſterium Concas, monaſterium ſancti Maxẽtij,monaſterium Menatæ,monaſterium Magni loci, monaſteriũ Muſciacũ, monaſteriũ ſancti Sauini, monaſteriũ Maſciacũ, monaſterium Nouiliacũ, monaſterium S. Theotfridi,monaſterium S.Paſcentij,monaſteriũ Doſora,monaſteriũ Sollemniaſũ, monaſteriũ puellare ſanctæ Mariæ, monaſterium puellare ſanctæ Radegundis, monaſterium de Vera,monaſterium de Vtera in pago Toloſano,monaſterium Vadala in Septimania,monaſterium Auianæ,monaſterium Galimæ,monaſterium ſancti Lau-

rentij, monaſterium ſanctæ Mariæ quod dicitur in Rubine, monaſterium Caunas, & cætera plurima: quibus veluti quibuſdã lychnis totum decoratur Aquitaniæ regnum. Hoc eius exemplum non modo Epiſcopi multi, ſed & Laici quam plurimi æmulati, collapſa reſtaurabant, & noua monaſteria certabant inſtituere: quod cernere oculis eſt. In tãtam denique felicitatẽ reſpublica Aquitanici regni profecerat, vt proficiſcente quo libet rege, vel in palatio reſidẽte, vix aliquis reperiretur ſe conquerens aliquid ab iure perpeſſum. Tribus enim diebus rex per ſingulas hebdomadas rei iudiciariæ intererat. Nam quadam tempeſtate miſſo Archambaldo Cõmentarienſi Imperij, dum ei quædam ferenda filio referendáque commiſiſſet, & ille ordinationem hanc, vt viderat, rediens patri retuliſſet: adeo exultaſſe dicitur, vt præ nimia alacritate lachrymis fluxerit, & circumſtãtibus, O inquit, ſocij victos nos gratulemur ab huius iuuenis ſenili ſagacitate. Vnde quia ſeruus fuit Domini fidelis in commiſſo, prudens in augmentando ſibi tradito talento, conſtitutus eſt poteſtatem
DCCCXIII habẽs in cuncta patrisfamilias domo. Per
XXXVI idem autem tempus mortuo iampridem

orbione la riuere dorbieu qui passe dans labbaie de la grace dans le diocese de Carcassonne en la montayne de la Courbiere

impena

Pipino Italiæ rege, nuperrime autem Carolo itidem fratre res humanas relinquente, ſpes vniuerſitatis potiundæ in eum aſſurgebat. Miſſus enim pro quibuſdam neceſſariis patrem conſulturus Gerricus Capis prælatus, quum in palatio moraretur, præſtolans perlatorum reſponſum, monitus eſt tam à Francis, quam à Germanis, vt ad patrem rex veniret, eique propter aſſiſteret: videri ſibi, dicentes, quod cùm pater iam in ſenilem vergeret ætatẽ, & acerbe ferret liberorum infortunatam defectionem; citam illius hæc portenderent corpoream ſolutionem. Quod Gerricus cum regi, rex vero conſiliariis retuliſſet, quibuſdam vel penè omnibus viſum eſt ſalubre ſuggeſtum. Sed rex altiori conſilio, ne forte per hoc ſe patri ſuſpectum redderet, agere diſtulit. Hæc tamẽ diuinitas, pro cuius timore & amore facere noluit, vt ſibi moris eſt, amatores ſui ſublimius, quã cogitari poteſt, nobilitare, prudentius ordinauit. Pacẽ porro petentibus his quos bello fatigare ſolitus erat, rex articulo duorũ annorum præſtituto, libenter indulſit.
Interea imperator Carolus cõſiderans ſuũ in ſenectutem acclinem deuexum, & verens ne forte ſubtractus rebus humanis,

confuſum relinqueret regnum, quod erat donante Deo, nobiliter ordinatum: ſcilicet ne aut externis quateretur procellis, aut inteſtinis vexaretur ſciſſionibus, miſit ad filium, eumque ab Aquitania euocauit. Quem venientem clementer ſuſcepit; tota æſtate ſecũ tenuit, de his quibus eum indigere putauit, inſtruxit, qualiter videlicet ſibi viuendũ, regnandũ, regnũ ordinandũ, & ordinatum tenendum foret, monuit, & tãdem imperiali eũ diademate coronauit, & rerum ſummam penes eum futurã eſſe Chriſto fauente innotuit, & hoc peracto negotio reditum ad propria conceſſit. Qui menſe Nouembri à patre regrediẽs, Aquitaniam repetiit. Pater vero veluti morti propinquus, crebris & peregrinis incommodis vrgeri cœpit. Nam mors veluti quibuſdam nuntiis aduentum ſuum iam iamque futurum, talibus prænunciabat indiciis. Tandem itaque vitiis paſſionum inter ſe compugnantibus, & valentiam eius impugnantibus, naturæ imbecillitas ceſſit, & lecto decubuit: & indies atque in horas propinquior morti, prout voluit ſuis ſcripto diſtributis, diem vltimum clauſit; Francorumque regno pene ineluctabilem luctum reliquit. At vero in eius ſucceſſore

veridica probata eſt ſcriptura, quæ in talibus tribulantium conſolans animos dicit: Mortuus eſt vir iuſtus, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim ſibi reliquit filium hæredem. Obiit autem quinto Kalendas Februarias idem piiſſimus Imperator Carolus, anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo decimo quarto. Quo in tempore Ludouicus Imperator concilium populo generale quaſi quodam indixerat præſagio, in purificatione ſanctæ Dei genitricis Mariæ, in loco cuius vocabulum eſt Theoduadus. Defuncto autem patre piæ recordationis, miſſus eſt Rampo ad eum ab eis qui ſepulturam eius curarunt, liberis ſcilicet & proceribus palatinis, vt & mortẽ eius mature cognoſceret, aduentumque ſuum nullo modo comperendinaret. Qui quum Aurelianã deueniſſet ad vrbẽ, Theodulfus eiuſdem vrbis Epiſcopus, vir vndecũque doctiſſimus, cauſam eius aduẽtus præſenſit: & velociſſime miſſo perlatore Imperatori innoteſcere ſtuduit, hoc tãtummodo ei ſuggerendũ iubẽs, vtrũ præſtolaretur veniẽtẽ in vrbem, an in itinere aliquo ei occurreret venturo ad vrbẽ. Quã cauſam ille protinus commentatus agnouit, & ipſum venire ad

ſe iuſſit. Inde alium atque alium huiuſce rei triſtes ſuſcipiens nũtios, poſt quintum diem ab eodem loco pedem mouit: & cũ tanto, quantum paſſa eſt anguſtia temporis, populo iter arripuit. Timebatur enim quam maxime VVala, ſummi loci apud Carolum Imperatorem habitus, ne forte aliquid ſiniſtri contra Imperatorem moliretur. Qui tamen citiſſime ad eum venit: & humillima ſubiectione ſe eius nutui, ſecundum conſuetudinem Frãcorum, commendans ſubdidit. Poſt cuius ad Imperatorem aduentum, æmulati eum omnes Francorum proceres, certatim gregatimque ei obuiam ire certabant. Tandémque ad Hariſtallium proſpero itinere peruenit, & die triceſimo, poſtquam ab Aquitania promouit, palatio Aquiſgrani pedem fœliciter intulit. Mouerat autem eius animũ iamdudum, quanquã natura mitiſſimum, illud quod à ſororibus illius in contubernio exercebatur paterno: quo ſolo domus paterna inurebatur næuo. Cui incommodo mederi volens, ſimul & cauẽs, ne quod per Odilonem & Hiltrudem olim acciderat, reuiuiſceret ſcandalum, miſit VValam & VVarnarium, nec non & Lambertum, ſed & Ingobertúm, qui Aquaſgrani veniẽ-

tes talibus, ne accidere poſſent, cautela proſpicerent: & quoſdam ſtupri immanitate & ſuperbiæ faſtu reos maieſtatis, caute ad aduentum vſque ſuum adſeruarent. Nã aliqui eorũ cum ſupplices veniã inter iter agendum popoſciſſent, emeruerunt. Simul & præcipiens, vt populus ibidem conſiſtens abſque metu ſemet ibidem opperiretur venturum. At vero VVarnarius Comes, inſcio VVala & Ingoberto, & accito nepote Lanberto, Hodoinum dicto crimine obnoxium, ad ſe venire mandauit quaſi comprehendendum & regiæ vindictæ obiectandum. Cuius ille inſidias, vtpote admordente acriter conſcientia, monitus præuidit, & quia declinare detrectauit; & ipſe experiri meruit, & ipſi VVarnario vltimam cladem importauit. Nam ad eum ſicut ille mãdauerat, veniẽs, & ipſum VVarnarium confecit, & Lantbertũ cruris læſione non paruo tempore debilem reddidit; & ad vltimum ipſe confoſſus gladio, interiit. Quæ quum nuntiata Imperatori fuiſſent, animum illius ad miſericordiam exitium flexit amici, in tantum vt Tullius quidam talium, qui pene iam Imperatoris clementia venia dignus videbatur, luminũ amiſſione mulctaretur. Venit

ergo Imperator Aquaſgrani palatium, & à propinquis, atque multis Francorum milibus, cum multo fauore eſt receptus, Imperatórque ſecundo declaratus. Quibus expletis, ſtudioſis ſepulturæ paternæ gratias egit, ac propinquis luctus acerbitate confectis, conſolationis congruæ contulit leuamen. Sed & quod deerat inferiis genitoris, promptiſſime ſuppleuit. Nam recitato paterno teſtamento, nihil relictum eſt paternorum bonorum quin ſecundum eius ſectionem partiretur. Nihil enim ab eo inteſtatum eſt relictum. Sed quod Eccleſiis metropolitanorum diſtribuendum cenſuit, ſubdiuiſit ſuperſcriptione nominum, quarum partes fuere viginti & vna. Quod autem ornatui regio conducebat, poſteriori reliquit ætati. Statuit etiã quid, ſecundum morem Chriſtianorum, filiis filiorumque filiis & filiabus, nec non & ſeruis ancilliſque regalibus, ſed & in commune omnibus pauperibus diſtribueretur. Quæ cuncta Dominus Imperator Ludouicus, vt ſcripta relegit, executione operis compleuit. His peractis, Imperator omnẽ cœtum fœmineum, qui permaximus erat, palatio excludi iudicauit præter pauciſſimas, quas famulatui regali congruas exiſtimauit

ſtimauit; ſororum autẽ quæque in ſua quæ à patre acceperat, cõceſſit. Quæ autem nec dum tale quid conſecutæ erant, ab Imperatore meruerunt, & ad imperata ſeſe verterunt. Poſt hæc Imperator legationes ad patrem deſtinatas, ad ſe autem venientes & ſuſceptas diligenter audiuit, dapſiliter curauit, ſumptuoſe muneratas remiſit: inter quas vel præcipua fuit Imperatoris Conſtantinopolitani, nomine Michaëlis, cui dominus Carolus miſſos miſerat Amallarium Treuerorum Epiſcopum, & Petrum Nonantulæ abbatem, pacis confirmandæ gratia. qui reuertẽtes miſſos ſupra dicti Michaëlis ſecum adduxerunt Chriſtophorum protoſpatharium, & Gregoriũ Diaconẽ, ad Imperatorẽ Carolũ directos ſuper omnibus quæ ſcripta fuerant reſpondẽtes. Quos quum Imperator remitteret, ſimul cum eis miſit miſſos ſuos Leoni ſubſtituto, Imperatori, Northbertum Regiẽſem Epiſcopum, & Richoinum Pictauum comitem, petens amicitiarum ſocietatem, & renouationem antiquarum, ſimul & pacti confirmationem. Eodem anno generalem conuentum Aquiſgrani habuit, & per vniuerſas regni ſui partes, fideles ac creditarios à latere ſuo miſit: qui æqui iu-

ris tenaces exiſtentes peruerſa corrigerent, omnibuſque ius congruum æquo libramine penderent. Bernardum etiam nepotem ſuum iamdudum regem Italiæ ad ſe euocatum, & obedienter parentem, amplis muneribus donatum, ad proprium regnum remiſit. Beneuentanorum itidem principem Grimoaldum non quidem venientem, ſed miſſos ſuos mittentem, pacto & ſacramentis conſtrinxit: vt ſingulis annis ſeptem millia ſolidorum auri arcæ publicæ inferret. Eodem etiam anno duorum ſuorum filiorum Lotharium in Baioariam, Pipinum vero in Aquitaniam miſit, tertium vero Ludouicum adhuc puerilibus conſiſtentem in annis, ſecum tenuit. Eodem etiam tempore Herioldus, ad quẽ ſumma regni Danorum pertinere videbatur, & qui pridem à filiis Godefridi regno pulſus fuerat, ad Imperatorem Ludouicũ confugium fecit, & iuxta morem Francorum manibus illius ſe tradidit. Quem Rex ſuſceptum in Saxoniam ire iuſſit, & tempus quo ei auxilium ferre poſſet ad recuperationem ſui principatus, ibidem operiri. Quo etiam tempore Saxonibus atque Friſonibus ius paternæ hæreditatis, quod ſub patre ob perfidiã legaliter perdiderãt,

Imperatoria clementia reſtituit. Quod a-
lij liberalitati, alij improuidentiæ aſſigna-
bant, eo quod hæ gentes naturali feritati
aſſuefactæ, talibus habenis deberét coër-
ceri, ne ſcilicet effrænes in perduellionis
procacitatem ferrentur. Imperator autem
eo ſibi arctius eos vinciri ratus, quo eis be-
neficia potiora largiretur, non eſt ſpe ſua
deceptus. Nam poſt hæc eaſdem gentes
ſemper ſibi deuotiſſimas habuit. Hoc an-
no curſum vertente perlatum eſt Impe- DCCCXV.
ratori: quod Romanorum aliqui poten- XXXVIII.
tes contra Leonem Apoſtolicum prauas
inierint coniurationes. Quos detractos
atque conuictos, idem Apoſtolicus ſuppli-
cio addixerit capitali, lege Romanorum in
id conſpirante. Imperator autem audiens
ægre hæc tulit, velut à primo orbis ſacer-
dote tam ſeuere animaduerſa. Ideoque
Bernardum Italiæ regem illuc miſit, vt ip-
ſe reſciens quid verum quidue falſum de
hac re rumor ſparſerit, per Geroldum ſibi
renuntiaret. Ipſe autem Bernardus rex Ro-
mam venit, quæ viſa ſunt per miſſum ſu-
pra dictum renuntiauit. Sed mox ſubſecu-
ti miſſi eiuſdem Apoſtolici Leonis, Iohan-
nes Epiſcopus Siluæ Candidæ, & Theo-
dorus nomenclator, necnõ Sergius dux,

Leonem Apoſtolicum criminibus obiectis purgauere. Iuſſerat porro Imperator vt Herioldo ſuppeditarẽtur Saxonici Comites & Abotriti, olim Domino Carolo ſubiecti, quatenus regno proprio reſtitueretur, miſſo in hoc ipſum Baldrico legato. Qui cum Egidoram fluuium tranſiſſent, deuenerunt in terram Nortmanorum, in locum cuius vocabulum eſt Sinlendi. Sed filiis Godefridi licet magnis abundantibus copiis & nauibus ducentis, nolentibus cominus venire, & pugnæ ſe credere, ab inuicem ſeceſſum eſt, direptis incenſisque omnibus, quæ occurrere potuerunt, inſuper & obſidibus quadraginta ab eodem populo ſuſceptis. His geſtis ad Imperatorẽ in locum, qui dicitur Patriſbruna, redierunt. Quo omnis populus ad eius generalem conuentum coierat. Quo in loco principes Sclauorum orientalium omnes, primoreſque venerunt. Eodem anno Abulat Sarracenorum Rex triennem ab Imperatore petiit pacem. Quæ quidem primum impetrata eſt, ſed poſtea tanquã inutilis reiecta, & bellum Sarracenis eſt indictum. Quo tempore Nortbertus Epiſcopus, & Ricoinus Comes à Conſtantinopoli regreſſi ſunt, fœderiſque pactum inter ipſũ &

Francos detulere gratiſſimum. Eadē etiam tempeſtate Romani, quum Leo Apoſtolicus grauaretur aduerſo incommodo, prædia omnia, quę illi domocultas appellāt, & nouiter ab eodē Apoſtolico inſtituta erāt, ſed & ea quæ ſibi contra ius querebantur direpta, nullo iudice expectato, diripere & ſibi conati ſunt reſtituere. Quorum cœptis reſtitit Bernardus rex per VVinigiſum ducem Spoleti, certumque rerum nuntium de his omnibus direxit ad Imperatorem.
Poſtquam Imperator hyemis inclemen- DCCCVI.
tiam, ſerena valetudine, & tranquillo ſuc- XXXVIIII
ceſſu tranſegit, ſuccedente æſtiui temporis gratiſſima blanditie, miſſi ſunt ab eo qui dicuntur Orientales Franci, ſed & Saxonici generis Comites, contra Sorabos Sclauos, qui ab eius imperio dicebantur defeciſſe. Quorum conatus quam breuiſſime ac facillime, Chriſto donante, compreſſus eſt. Sed & Vaſconum citimi, qui Pyrenæi iugi propinqua loca incolunt, eodem tempore iuxta genuinam cōſuetudinem leuitatis, à nobis omnino deſciuerunt. Cauſa autē rebellionis fuit, eo quod Siguuinum eorum Comitem propter morum prauorum caſtigationem, quibus pene erat importabilis, ab eorum remouit prælatione

Imperator. Qui tamen adeo ſunt duabus expeditionibus edomiti, vt ſero pœnituerit eos incœpti ſui, deditionéque magno expeterent voto. Inter hæc domini Leonis Romani antiſtitis dormitio nuntiatur Imperatori; quæ euenit octauo Calendas Iunij, anno viceſimo primo Epiſcopatus ſui: Stephanique Diaconi in locum eius ſubrogatio, qui poſt ſui cõſecrationem ad dominum Imperatorem venire non diſtulit. Vix enim duobus exactis menſibus, ſumma cum feſtinatione ei occurrere feſtinauit. Præmiſit tamen legationem quæ ſuper ordinatione eius Imperatori ſatisfaceret. Imperator autem eius aduentu præcognito, Bernardum quidem nepotẽ eum comitari iuſſit. Sed & appropinquãti alios miſſos, qui eum cum debito honore perducerent, direxit. Ipſe autem aduentum eius Remis ſuſtinere ſtatuit. Cui etiam obuiam Hildebaldum Archicapellanum ſacri palatij, Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem, Iohãnem Arelatenſem, aliorumque miniſtrorum. Eccleſiæ copiam, procedere iuſſit, infulis indutos ſacerdotalibus. Ad vltimũ Imperator miliario proceſſit à monaſterio ſancti confeſſoris Remigij; & tãquam beati Petri vicarium ho-

neſtiſſime ſuſcepit, & deſcendentem ex equo excepit, & Eccleſiam intrantem manu propria ſuſtentauit, præcinentibus pro tanta exultatione variis Eccleſiæ ordinibus, Te Deum laudamus, & reliqua. Quo hymno finito, laudes Imperatori debitas clerus Romanus conclamauit, quarum finem dominus Apoſtolicus oratione compleuit. His expletis intra domus penetralia conceſſum eſt, expoſitiſque cauſis ſui aduentus, & benedictione panis ac vini ſimul participata, Imperator ad ciuitatem rediit, dominus Apoſtolicus ibidem remanſit. Sed in craſtinum dominus Imperator dominum Apoſtolicum euocauit, conuiuio opulentiſſimo procurauit, doniſque maximis honorauit: ſimiliterque die tertio à domino Apoſtolico dominus inuitatus Imperator, & multis variiſque eſt donatus muneribus; & in craſtinum, quæ fuit dies dominica, Imperator imperiali diademate coronatus, & benedictione inter miſſarum celebrationes inſignitus. Et tandem his completis dominus Apoſtolicus, cunctis, quæ popoſcerat, impetratis, Romam rediit. Imperator vero ad Compendium ſeceſſit, ibique miſſos Abdirahman filij Abulat regis ſuſcepit &

audiuit. Moratus autem ibidem viginti vel eo amplius diebus, Aquiſgrani hiematurus petiit. Iuſſerat ſane Imperator miſſos Sarracenorum regis, ſemet pręcedere illuc venturum. Quo quum perueniſſent, ferme
DCCCXVII XL. tribus detenti ſunt menſibus. Poſt hæc autem quum eos iam tæderet aduentus ſui, permiſſu Imperatoris redierunt. In eo etiam commorans palatio, ad ſe venientem miſſum ſuſcepit Leonis Conſtantinopolitani Imperatoris, nomine Nicephorū. Legatio autē excepta amicitia & ſocietate, erat de finibus Dalmatarum Romanorū & Sclauorum: & quia nec hi pręſentes erant, nec Chadalo finium præfectus, neque ſine illis hæc dirimi poterant, miſſus eſt in Dalmatiā ad hęc pacificanda & componenda Albigarius cū Chadalo earundem finium principe. Ipſo anno filij Godofredi quondam regis Nortmannorum quum ab Herioldo premerentur, miſerunt legatos petentes ab Imperatore pacem, quæ legatio tamquam inutilis & ſimulata ab eo reiecta eſt, auxiliumque Herioldo contra eos datum. Eo anno luna nonis Februarij defecit hora noctis ſecunda. Cometarum ſidus portētuoſum apparuit in ſigno Agitatoris.

Stephanus Papa tertio menſe poſtquam

è Francia Romam rediit, vltimum diem clauſit: & Paſchalis pro eo cathedram Romani pōtificatus ſubiit, qui poſt expletam conſecrationem ſolemnem, legatos cum epiſtola Apologetica & maximis muneribus Imperatori miſit, inſinuans non ſe ambitione, nec voluntate, ſed electione & populi acclamatione, huic ſuccubuiſſe potius quam inſiluiſſe dignitati. Huius legationis baiulus fuit Theodorus nomenculator, qui negotio peracto, & petitis impetratis ſuper confirmatione ſcilicet pacti & amicitiæ more prædeceſſorum ſuorum, reuerſus eſt. Sub eodem anno quadrageſimæ pene exacto tempore, vltimæ hebdomadis quinta feria, qua dominicę cœnę celebratur memoria, dum peractis omnibus, quæ tanti diei ſolemnitas exigebat, Imperator ab Eccleſia in regiam ſe recipere vellet, porticus lignea per quam redeundum erat, carie ſenioque confecta, & humectatione continua putrefacta, fatiſcentibus inferioribus, ſub Imperatoris pedibus comitũque illius, collapſa, magnũ fragore ſui omni palatio incuſſit metum, verētibus ſingulis, ne ruinæ illius euētus Imperatorem oppreſſiſſet. ſed à Deo cui erat dilectus, à præſēti diſcrimine eſt protectus.

Nam quum viginti vel eo amplius comitum cum eo ad terram vſque deciderint, variaſque incurrerint calamitates, ille nil triſtioris incurrit iacturæ, præter imi pectoris locum, cui illiſus eſt capulus enſis, vltimaque auris cutis paululũ expoliata, ſed & crus illius iuxta inguina cuidam ligno impactum, cui tamen citiſſime eſt ſubuentum. Adhibito enim medicorum ſtudio quã breui priſtinæ ſaluti eſt reſtitutus. Viginti namque peractis diebus Nouiomagum venatum petiit. Quo peracto negotio, Imperator generalem habuit conuentum Aquiſgrani, in quo quantum feruoris circa diuinum cultum in arca pectoris geſtaret, toto adniſu declarauit. Congregatis enim Epiſcopis nobiliſſimoque ſanctæ Eccleſiæ clero, fecit cõponi ordinarique librum, canonicæ vitæ normam geſtantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, ſicut recluſus ipſe fatetur. In quo etiam inſeri iuſſit cibi potuſque atque omniũ neceſſariorum ſummã, vt omnes tam viri quã ſanctimoniales, ſub hoc ordine Chriſto ſeruientes, nullis præpediti neceſſitatibus, libera ſeruitute Domino omnium militare meminiſſent. Quẽ librum per omnes ciuitates & monaſteria

canonici ordinis ſui imperij miſit per manus miſſorum prudentium, qui illum in omnibus ſupra dictis locis tranſcribi facerent, debitáque atque conſcripta exigerẽt ſtipendia miniſtrari. Quæ res magnum Eccleſiæ contribuit exultationis tripudium, & piiſſimo Imperatori debita cũ laude immortale monimẽtum. Itidemque conſtituit idẽ Deo amabilis Imperator Benedictum abbatẽ, & cũ eo monachos ſtrenuæ vitę per omnia, qui per omnia monaſteria monachorum eũtes redeunteſque, vniformẽ traderent cunctis monaſteriis, tã viris quam ſanctimonialibus fœminis, viuendi ſecundum regulam ſancti Benedicti, incommutabilem morem. Conſiderans etiam idem piiſſimus Imperator, non debere Chriſti miniſtros obnoxios eſſe humanæ ſeruituti: ſed & multorum auaritiam abuti miniſterio Eccleſiaſtico ad proprium quæſtum, ſtatuit, vt quicunque ex ſeruili conditione, conciliante ſcientia & morum probitate, ad miniſterium altaris aſciſcerentur, primum manumittantur à propriis dominis, vel priuatis, vel Eccleſiaſticis: & tunc demum gradibus altaris induantur: Volens etiam vnamquamque Eccleſiam habere proprios ſumptus, ne per eiuſce-

modi inopiam cultus diuini negligerētur, inſeruit prædicto edicto, vt ſuper ſingulas Eccleſias manſus tribueretur vnus cum penſatione legitima, & ſeruo atque ancilla. Hæc erat ſancti Imperatoris exercitatio; hic quotidianus ludus, hæc paleſtrica agonia, ſpectante Deo, quo eius vita in ſancta doctrina & operatione clarius eniteret, qui in pomparum ſublimitate conſtitutus imitando Chriſtum humilitate, altius eminebat. Denique tūc cœperunt deponi ab Epiſcopis & clericis cingula balteis aureis, & gemmeis cultris onerata, exquiſitæque veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui. Monſtro enim ſimile ducebatur, ſi Eccleſiaſticæ familiæ deputatus, conaretur aſpirare ad ſæcularis gloriæ ornamenta. At vero non tulit hanc ſanctam Deoque dignam Imperatoris deuotionē humani generis inimicus, vndique ſe impetentem & ab omnibus Eccleſiæ ordinibus ſibimet bella indicentem, ſed cœpit totis virium copiis ſe expugnantem oppugnare, & per mēbra ſua, Chriſti fortiſſimū bellatorem vi & aſtu, quo potuit, laceſſere. Nam his rite ordinatis, poſtquam Imperator in eodem placito filium primogenitū Lotharium Imperatorem appellari & eſſe

voluit, & duorũ filiorum ſuorum Pipinũ in Aquitaniam, Ludouicũ in Baioariã miſit, vt ſcilicet ſciret populus, cuius deberet poteſtati parere: ſtatim ei Abodritorum defectio nũtiatur, qui cũ filiis Godefridi amicitias iungentes Saxoniã Tranſalbianã vexabant. Contra quos Imperator ſufficientes copias dirigens, eorum motus Deo fauente compreſſit. Ipſe autem Voſagi luſtra ſectaturus, venatum periit. Interea venatione ibidem iuxta morem Francorum expleta, quum hiemem exacturus Aquiſgrani reuerteretur, nuntiatum eſt ei Bernardum nepotem ſuum Italiæ regem, cui ipſe maxima, vt Rex fieret, apud patrem cauſa fuerat, conſiliis quorundam prauorum hominum adeo dementatum, vt ab eo diſciuerit, omneſque ciuitates regni & principes Italiæ in hæc verba coniurauerint, ſed & omnes aditus quibus in Italiam intratur, poſitis obicibus & cuſtodiis obſerarint. Quod quum certis nuntiis referentibus, maximeque Rathaldo Epiſcopo, & Suppone, certiſſime cognouiſſet, cõtractis vndique copiis, tam ex Gallis, quã ex Germania, cum maximo exercitus robore Cabillonum vſque peruenit. At Bernardus cum ſe cerneret viribus imparem,

& ad cœpta inefficacem, vtpote à quo plurimi ſuorum quotidie deficerent, deſperatis rebus ad Imperatorem venit: armiſque depoſitis, pedibus ſe eius proſtrauit, confeſſus perperam ſe egiſſe. cuius exemplum primores eius ſunt ſecuti, & armis depoſitis ſe eius poteſtati & iudicio ſubdiderunt. Sed & concinnationes, quomodo cœptam rebellionem, & quare inchoauerint, & ad quem finem inchoata perducere voluerint, quoſue complices, ſibi allexerint, ad primam prodiderunt interrogationem. Fuere ſane huius conſpirationis auctores, Egiddeo regalium amicorum primus: Reginerius, olim Comes palatij Imperatoris, filius Reginerij Comitis: ſed & Reginardus, prępoſitus cameræ regalis. Erant autem huius ſceleris conſcij quã plures clerici, ſeu laici, inter quos, aliquos Epiſcopos huius tempeſtatis procella inuoluit, Anſelmum ſcilicet Mediolanenſem, VVolfoldum Cremonenſem, ſed & Theodulfum Aurelia-
DCCCXVIII nenſem. Poſtquam vero defectionis propalati ſunt principes, & cuſtodiæ mãcipati, Aquiſgrani Imperator, ſicut decreuerat, hiematum regreditur, ibique vſque dũ ſacra Paſchæ ſolemnitatẽ celebraret, remo-

ratur. Poſt cuius feſtiuitatis tranſactã cele-
britatem, Bernardum hactenus regẽ, eiuſ-
que fautores in ſupra dicto ſcelere, quum
lege iudicioque Francorum deberent ca-
pitali inuectione feriri, ſuppreſſa triſtiori
ſententia, luminibus orbari conſenſit, licet
multis obnitentibus, & animaduerti in eos
tota ſeueritate legali cupientibus. At vero
licet Imperator indulgentius ageret, vltio
tamẽ eliminata, ad affectum in aliquos eſt
perducta. Etenim Bernardus & Regine-
rus dum impatienter oculorum amiſſio-
nem & ablationem tulerunt, mortis acer-
bitatẽ ſibi conſciuerunt. * Epiſcopos por- *Ipſos*
ro hac immanitate conſtrictos, ab Epiſco-
pis reliquis depoſitos, monaſteriis manci-
pauit: cæterorum autem nullum vel vita
priuari iuſſit, vel membrorum amputatio-
ne multari: ſed ſecundum quod exigente
culpa viſum eſt, alios exiliari, alios iuſſit at-
tondi. Poſtquam nunciatur Imperatori
proteruia inobedientium Brittonum, qui
in tantam inſolentiam eruperant, vt vnum
ſuorum * Marmonum nomine, regem ap- *Marmanum*
pellare auſi ſint; ſubiectionemque omni-
modis recuſarint. Ad quorum inſolẽtiam
vlciſcendam Imperator vndequaque ag-
gregata militari manu, fines Brittonum ag-
grediens, proficiſcitur, habitóque Vene-

dis generali conuentu, prouinciam ingreditur, & paruo tempore & labore cuncta populatur, donec interfecto * Marcono, dum ſarcinis caſtrenſibus * immeditatur, à quodam regiorum equorum cuſtode, nomine Choſſo, tota cum eo Britannia victa ſuccubuit, & manus dedit, ad quaſcunque conditiones Imperator vellet, denuo ſeruitura. Nam & obſides qui & quanti iuſſi ſunt, dati atque ſuſcepti, & omnis terra ſecundum ſuam voluntatem diſpoſita eſt.

*Marmano immediatur*

A quibus finibus Britanniæ ita pacatis, Imperator pedem retulit, & Andegauorũ vrbem repetiit. Vbi dum Hermengardis regina lõgo fatigaretur incommodo, duobus diebus poſt regreſſionem Imperatoris ſuperuixit, & tertio die obiit, quinto Nonas Octobris, quo anno eclipſis ſolis contigit, octauo Idus Iulij. Curata autem reginæ ſepultura, Imperator per Rotomagum & Ambianorum vrbem recto itinere ſe Aquiſgrani ad hiberna contulit. Cui reuertenti & Heriſtallium palatium intranti, occurrere miſſi Sigonis Beneuentani ducis dona quam maxima deferentes, dominũ ſuum à morte Grimoaldi prædeceſſoris ſui purgantes. Prætera aliarum nationum miſſi aderant, Abodritorum & Timotianorum

norum, & Caduſcanorum: qui Bulgarum ſocietate relicta, noſtris ſe nuper ſociauerant, ſed & Leuteuiti rectoris inferioris Pannoniæ, miſſi ibidem aderant, accuſantes Cadalum falſo, vt poſt patuit: eo quod immanitas illius importabilis illi foret. Quibus auditis, compoſitis ac dimiſſis, in eodem palatio Imperator ſecundum ſuam diſpoſitionem ad hiemandum ſe contulit.

Vbi cum moratur, exhibitus eſt ei Sclaomirus, Abodritorum Rex, à ducibus Saxonũ. Qui quũ inſimularetur defectionis nec obiectis obuiare quiuiſſet, exilio eſt deportatus, regnumq; eius Ceadrago filio Traſconis traditũ. Eodem itidẽ tempore quidã VVaſco Lupus, Centulli cognomento, in rebellionem aſſurgens, *Verenium Aruernorum comitem & Berengarium Toloſanum prælio laceſſiuit. Ibidemque cum aliis plurimis fratrem * germanum quoque amiſit, & tunc quidem fugæ ſubſidio euaſit, poſt autẽ Imperatori deductus, & cauſam dicere iuſſus atque ratione victus, exilio eſt damnatus. Qua hieme Imperator in eodem palatio conuentũ publicũ populi ſui celebrauit: & renunciantes ſibi miſſos de omni ſuo regno, quos pro ſtatu ſãctę Eccleſiæ reſtaurando deiecto, vel confirmando

DCCCXVIIII

*VVerinum

*quoque Garſandũ

ſtante miſerat, audiuit: & quicquid vtile iudicauit, ſancta impellente deuotione ſuperaddidit, nihilque intactum reliquit, quicquid ad honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ proficere poſſe viſum fuit. Interea capitula quædam legibus ſuperaddidit, in quibus cauſæ forenſes claudicare videbantur, quæ hactenus veluti perneceſſaria ſeruantur. Qua tempeſtate monitu ſuorum vxoriam copulam meditabatur inire. Timebatur enim à multis ne regni gubernacula vellet relinquere: ſed compellebatur, tandemque eorum voluntati ſatisfaciens, & vndequaque adductas procerum filias inſpiciens, Iudith filiam VVelfonis nobiliſſimi Comitis in matrimonium iunxit. Æſtate ſubſequente in Ingelheim palatio populus eius cõuenit ad eum. Ibidemque ſui exercitus nuntios recepit, qui contra Liudeuiti apertam perduellionẽ comprimendã miſſi fuerant. Sed idem negotium remãſit pene infectum. At vero pro his typho arrogãtiæ, inflatus Liudeuitus quaſdã condiciones Imperatori per miſſos ſuos mandauit; quas ſi Imperator impleret, ipſe quoque eius præceptis vt pridem pareret. ſed hæc tãquam inutilia ab eo ſpreta atque reiecta ſunt. Liudeuitus autem in ſua perfidia remanere ratum ducens, ad perfidiam

quoſcunque poterat ſibi ſociabat. Poſt reuerſionem ſane exercitus à Pannonię finibus, Luideuito in perfidia ſua permanēte, * Cadolach dux Foroiuliēſis in febrē incidit, & diē vltimū clauſit, ac Baldricus eius loco ſucceſſit. Qui quum primū in prouinciam veniſſet, & Carantanas ingrederetur partes, copias Liudeuiti iuxta Drauum fluuiū cū paucis ſuorū, fudit & reliquos proturbans, omnes à ſuis finibus ſecedere cōpulit. Fugatus à Baldrico Luideuitus, Bornę occurrit Dalmatiæ duci ad Calapiū fluuium conſiſtenti. Sed Borna Goduſcanorum perfidia, an timore deſertus, incertū, ſuorum tamen iutus auxilio domeſtico diſcrimē imminens tutus euaſit, ſed & deſertores ſuos poſtea ſubegit. Interea Luideuitus ſequenti hieme Dalmatiam iterū ingreſſus, cuncta populari nititur, ferro quæ animata erant, perimens, inanimata vero igni contradens. Cuius vi quum Borna obuiare nequiret, aſtu viam nocendi quæſiuit. Neque enim apertum ei bellum indixit, ſed improuiſis irruptionibus adeo & illum & exercitum eius protriuit, vt puderet ac pœniteret eum talia molitum. Nam tribus millibus interfectis de illius exercitu, equiſque ac variа ſibi ſupellecti-

* Chaladoc

le plurima direpta, regione ſua eum excedere compulit. Quæ cuncta Imperator Aquis cõſiſtens lætus audiuit. Interea Vaſcones natiua ſeditionis peſte diſcordantes, à Pipino Imperatoris filio, ipſo anno ita ſunt edomiti, vt nullus eorum rebellare auderet. Pater enim eum ad hoc deſtinauerat. His peractis Imperator conuẽtum dimiſit. Venationi congruo tempore operam dedit in Arduenna, atque hiematurus ad palatium Aquenſe eſt reuerſus. In eodẽ palatio hieme ſuperueniente, Imperator coadunari populi frequentiam fecit. Quo tempore Borna de infeſtatione Luideuiti conqueſtus, magnas adiutorij copias ab Imperatore ſuſcepit, quæ terram illius atterere poſſent. Quæ trina partitione diuiſæ, primo vere, terram ditionis illius ferro & igne pene omnem vaſtauerũt, ipſo Luideuito caſtelli cuiuſdam altitudine ſe protegente, & nec ad pugnam nec ad colloquium procedente. Quibus reuerſis domũ Carniolenſes & quidam Carantanorum qui ad Luideuitum ſe contulerant, Baldrico duci noſtro manus dederunt. In palatio quoque Bera Comes Barcinonẽſis, quum impeteretur à quodam vocato Sanila, & infidelitatis argueretur; cum eodem ſecũ-

DCCCXX

dum legem propriam, vtpote quia vter-
que Gothus erat, equeſtri prælio congreſ-
ſus eſt, & victus. Sed quum lege in eum ani-
maduertendum eſſet, vt capitali ſententia
tãquam reus maieſtatis feriretur, Impera-
toris tamen clementia vitæ reſeruatus eſt,
& Rotomagum conſiſtere iuſſus. Ipſo
tempore nuntiatum eſt naues piraticas
tredecim à Nortmãniæ ſedibus mare con-
ſcendiſſe, & prædatum noſtros fines appel-
lere. Contra quas Imperatoris circumſpe-
ctio cuſtodiam fieri quum imperaſſet, à
Flandrenſi ſolo ſimul & oſtio Sequanę re-
pulſæ, in Aquitaniam ſeſe verterunt, & va-
ſtato vico cuius vocabulum Buim, maltá-
que oneratæ præda reuerſæ ſunt. Hoc an- DCCCXXI
no dominus Imperator hiberna tempora
Aquiſgrani peregit. In eadem hieme mẽſe
Februario, Aquis conuentus eſt celebra-
tus, & tres cunei ad Luideuiti terrã vaſtã-
dam directi; irruptáque imaginaria pace,
quæ cum Abulat rege Sarracenorum pa-
cta videbatur, bellum ei indictũ eſt. In eo-
dem anno Kalendis Maij conuentum alte-
rum habuit Imperator Nouiomagi, in quo
regni partitionem quam inter filios ſuos
iamdudum fecerat, coram recitari fecit, &
à cunctis proceribus qui tunc affuere con-

firmari. Ibidem etiam miſſos Paſchalis Apoſtolici Petrum Centumcellenſem Epiſcopum, & Leonem nomenclatorem ſuſcepit, audiuit, remiſit, atque inde digrediens Aquaſgrani repetiit, & inde per Arduennā vſque ad Rumerici montis altitudinē, Voſagique latiſſimam vaſtitatē, totum quod ſuperfuit dimidium æſtiui & autumni temporis, tranſegit. Inter hæc Borna vita priuato, ſucceſſorem ei conſtituit Imperator nepotem ſuum Ladaſdeum. Quo tempore nuntium ſuſcepit mortis Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani, qui à domeſticis ſuis, & præcipue à Michaele interfectus eſt: qui etiam in loco eius ſubſtitutus eſt, conſpiratoribus ſuis & maxime prætorianis militibus ei annitentibus. Eodem anno medio Octobri conuentus publicus in Theodonis villa celebratur. Vbi denique Dominus Imperator primogenito filio ſuo Lothario Ermingardam filiam Hugonis Comitis vxorem cum ſolemni iunxit apparatu. Vbi etiam affuere legati Papę Romani, Theodorus primicerius, ac Florus, cum magnis variiſque muneribus. Imperatoris porro clementia, quum in aliis rebus ſemper admirabilis claruit, in hoc conuentu quā maxime, quanta in eius eſ-

ſet pectore, manifeſtiſſime patuit. Nã reuocatis omnibus, qui contra vitam ſuam regnumque coniurauerant, non modo vitam membraque donauit, ſed & poſſeſſiones quibus legaliter fuerant priuati, cum magno liberalitatis teſtimonio reſtituit. Adalhardum etiam Abbatem quondam Corbeiæ monaſterij, ſed tunc in ſancti Filiberti monaſterio conſiſtentem, magiſterio priori reddidit. Itidemque fratrem eius Bernarium, à monaſterio ſancti Benedicti euocatum & reconciliatum, eidem cum fratre reſtituit loco. His completis, cæteriſque quæ vtilitas poſcebat, explicitis, filium quidem Lotharium hiematũ VVormaciam miſit, ipſe autem Aquaſgrani reuerſus eſt. Anno hunc ſequenti Dominus DCCCXXII
Imperator conuentum generalem coire iuſſit in loco, cuius vocabulum eſt Attiniacus. In quo conuocatis ad concilium Epiſcopis, Abbatibus, ſpiritualibuſque viris, nec nõ & regni ſui proceribus, primo quidem fratribus reconciliari ſtuduit, quos inuitos attonderi fecerat; deinde omnibus quibus aliquid læſuræ intuliſſe videbatur. Poſt hæc autem palam ſe erraſſe confeſſus, & imitatus Theodoſij Imperatoris exemplum, pœnitentiam ſpontaneam ſuſcepit,

tam de his, quã quæ in Bernardum nepotem proprium geſſerat & corrigens ſi quid talium vel à ſe, vel à patre ſuo geſtum reperire alicubi potuit, etiam plurimarum eleemoſynarum elargitione, ſed & ſeruorum Chriſti orationum inſtantia, nec non propria ſatisfactione adeo diuinitatem ſibi placare curabat, quaſi hæc quæ legaliter ſuper vnumquẽque decucurrerant, ſua geſta fuerint crudelitate. Exercitum ſane eodem tempore miſit de Italia contra Liudeuitum in Pannoniam. Quo ille conſiſtere nõ valens, propriam reliquit ciuitatem, & ad quendam principem Dalmatiæ veniẽs, ab eo ſuſceptus eſt intra ciuitatem. Qui tamen verſa vice ſuſceptorem ſuum dolo confecit, & ciuitatem ſuo dominatui ſubiecit. Et quamquã noſtris nec pugnam intulerit, nec collocutus fuerit, tamen miſſis legatis & erraſſe ſe dixit, & ad dominum Imperatorem venire promiſit. Nuntiatum eſt eodẽ tẽpore Imperatori, quod cuſtodes limitis Hiſpanici Sicorim fluuium tranſierint, Hiſpaniæ interiora penetrauerint, & cum magna præda proſpere redierint, vaſtatis incenſiſque omnibus quæ obuiam ſe præbuerunt. Nec nõ & hi qui fines tuebantur Brittannos Brittanniam ingreſſi

vaſtarunt regionem tam ferro quã igne, propter cuiuſdam Britonis rebellionem, cuius nomen * Diuomarcus fuit. Quibus peractis proſpere ſunt regreſſi. Finito hoc placito Lotharium filium ſuum Dominus Imperator in Italiã miſit, & cum eo VVa-lam affinem ſuum monachum, ſed & Geruntium oſtiarium: quorum conſilio res Italici regni componeret, erigeret, tueretur, tam publicas quam priuatas. Pipinum autem filium quum in Aquitaniam mittere ſtatuiſſet, prius illi cõiugem filiã Theotberti Comitis iunxit: & ſic demum ad memoratas partes regendas direxit. Quibus diſpoſitis iuxta morem Francorum regũ, autumnale tempus venationibus inſumpſit, hiemandique gratia trans Renum, locum, cuius vocabulũ eſt Frãconoford, petiuit, ibique conuentum iuſſit fieri circumiacentium nationum, omnium ſcilicet qui trans Reni conſiſtentes fluenta ditioni Francorum obediunt, cum quibus de omnibus, quæ vtilitati conducere viſa ſunt, pertractans, ſingulorum rebus congrue proſpiciebat. In eodem conuentu Auarum legatio munera afferens affuit. Miſſi Nortmannorum pacem renouantes & cõfirmantes non defuerunt. Quos auditos cũ

*Vuiomarchus*

congrue remiſiſſet, in eodem loco præpa-
ratis,vt dignũ erat & tempori cõgruebat,
nouo opere ædificiis, hiemauit. In eadem
DCCCXXIII villa, Franconoford ſcilicet, Imperator
hieme exacta, Maio menſe, conuentum
habuit Auſtralium Frãcorum, Saxonum,
aliarumque gentium eis collimitantium.
In quo duorum fratrum certamen, quod
de regno magna altercatione inter ſe ver-
tebant, congruo fine diremit. Erant autẽ
VVilzi genere filij Liubi quondam regis.
Nomina eorum fuere Mileguaſtus & Ce-
leadragus. Quorũ pater Liubi dum Abo-
dritis bellũ indixiſſet, ab eis interẽptus eſt,
regnumque primogenito contraditum.
At quum nimis ſegniorẽ ſe, quam res po-
ſceret, in regia adminiſtratione exhiberet:
circa iunioris honorẽ fauor populi decli-
nauit. In qua altercatione ante præſentiam
Imperatoris venientes, requiſita atque re-
perta voluntate populi, iunior quidem
princeps declaratur: ambos tamen Impe-
rator muneribus amplis donatos & ſacra-
mentis deuinctos, & inter ſe & ſibi dimiſit
amicos. Interea Lotharius filius domini
Imperatoris, quum ſicut ſupra dictum eſt,
à patre in Italiam miſſus eſſet, & ſecundum
virorum qui cum eo miſſi erãt, conſilium,

oportunitates negotiorum ordinaſſet, & quibuſdam perfectis, quibuſdam adhuc infectis, de ſingulis reſpondere, & ad patrẽ de reditu cogitaret: rogatu Paſchalis Papæ Romani, imminente ſancta Paſchæ ſolemnitate adiit: atque ab eodem Papa clariſſima ambitione ſuſceptus, ipſo ſancto die apud beatum Petrum diadema Imperiale cum nomine Auguſti ſuſcepit. Poſt hæc quum Papiam veniſſet, aliquantiſper neceſſitatibus ſemet impedientibus, ibidẽ moratus eſt, & ſic ad patrem menſe Iunio peruenit, perfecta nuncians, de inchoatis interrogans. Ad ſupplenda autem quæ minus perfecta erãt, miſſus eſt Adalhardus Comes palatij, adhibito ſibi ſocio Manringo. Gundulfo porro Metẽſi Epiſcopo, eodem tempore defuncto, clerus omnis populúſque eiuſdem Eccleſiæ, veluti vno ſpiritu animati, Drogonem Imperatoris fratrem ſub canonico habitu nobiliſſime viuentem, ſibi poſcunt dari ſacerdotem; mirumque in modum tam Imperatoris, quam procerum eius, ſed & totius populi cõſenſus, quaſi quodam coagulo in vnum coniurauit, vt omnes id velle, nullus nolle reperiretur. Ideo Imperator cum ſummo gaudio petitioni Eccleſiæ annuit: eiſque

quem petebant pōtificem dedit. In eodem conuentu mors nunciatur Luideuiti tyranni, à quodam dolo interfecti. Imperator hoc placitum ſoluit, & alium conuentum Compendio tempore autumnali indixit. Sub hoc etiam tempore perlatum eſt Imperatori, Theodorum primicerium ſanctæ Eccleſiæ Romanæ & Leonem Nomenclatorem luminibus priuatos, ac deinde decollatos, in domo Epiſcopali Lateranenſi. Inuidia porro interfectoribus innaſcebatur, eo quod diceretur ob fidelitatem Lotharij, eos qui interfecti ſunt, talia fuiſſe perpeſſos. In qua re fama Pontificis quoque lædebatur: dum eius conſenſui totum adſcriberetur. Imperator autem dū ad hanc rem enucleatiſſime inueſtigandam, Adalungum abbatem monaſterij ſancti Vedaſti & Hunfridum Comitem mittere curaret: Paſchalis Papæ miſſi ſuperuenerunt, Iohannes Epiſcopus Siluæ cādidæ, & Benedictus archidiaconus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, accuſationi opponentes excuſationem, & ſuper iſta Imperatori examinationem offerentes. Quibus auditis & cum congruo reſponſo remiſſis, miſſos deſtinatos, vt iuſſum fuerat, Romam ire præcepit, inueſtigaturos de du-

biis veritatem. Ipſe autem prout viſum eſt, ſingulis in locis moratus, conſtituto tempore, id eſt Kalendis, ad Compendium venit. In quo placito legati Romam miſſi redierunt, nunciantes, quod Paſchalis Papa ab interfectorum nece ſe cum plurimos Epiſcoporum ſacramento purgauerit, interfectores autem nequaquam exhibere potuerit: ſed & eos qui interfecti ſunt, meritis exigentibus talia perpeſſos aſſeuerauerit: ſimulque ſecum præſentabant miſſos ab Apoſtolico directos, ſimilia perferentes. Nomina legatorũ ſunt Iohannes Epiſcopus Siluæ candidæ, Sergius Bibliothecarius, quirinꝰ ſubdiaconus, & Leo magiſter militum. Imperator ergo natura miſericordiſſimus, occiſorum vindictam vltro perſequi non valens, quamquam multam volens, ab inquiſitione huiuſcemodi ceſſandum exiſtimauit: & cum reſponſis cõgruis miſſos Romanos abſoluit. Eodẽ tẽpore quædã prodigioſa ſigna apparentia animum Imperatoris ſollicitabant, præcipue terræ motus palatij Aquẽſis & ſonitus inauditi nocturno tempore, & puellæ cuiuſdam ieiunia duodecim mẽſibus omni cibo penitus abſtinentis, crebra & inuſitata fulgura, lapidũ cum gran-

dine caſus, peſtilẽtia hominũ, & animaliũ. propter quæ ſingula piiſſimus Imperator crebro fieri ieiunia, orationũque inſtantia, atq; eleemoſynarũ largitionibus, diuinitatẽ per ſacerdotum officiũ monebat placãdã, certiſſime dicens, per hæc portẽdi magnã humano generi futuram cladem. Quo etiam anno, menſe Iunio, natus ei eſt filius ex Iudith regina: quem tempore baptiſmi Carolum vocitari placuit. Eodem anno Eblus atque Aſenarius Comites, trans Pyrençi montis altitudinem iuſſi ſunt ire. Qui quum magnis copiis vſque ad Pampiloniã iſſent, & inde negotio peracto redirent, ſolitam loci perfidiam, habitatorumque genuinã fraudem experti ſunt. Circumuenti enim ab incolis illius loci, omnibus amiſſis copiis, in inimicorum manus deuenere. Qui Eblum quidem Cordubam regi Sarracenorum miſerunt: Aſenario vero tamquam qui eos affinitate ſanguinis tãgeret, pepercere. Interea quum Lotharius, vt prædictum eſt, à patre miſſus Romam veniſſet, libentiſſime ab Eugenio Papa ſuſceptus eſt, cumque de his quæ acceſſerant, quereretur, quare ſcilicet hi qui Imperatori & Francis fideles fuerant, iniqua nece perempti fuerint: & qui ſuper-

uiuerent, ludibrio reliquis forent & haberentur: quare etiam tantæ querelæ aduerſus Romanorum pontifices iudiceſque ſonarẽt: repertũ eſt, quod quorũdam põtificum vel ignorãtia vel deſidia, ſed & iudicũ cæca & inexplebili cupiditate multorum prędia iniuſte fuerint cõfiſcata. Ideoque reddẽdo quæ iniuſte erãt ſublata, Lotharius magnã populo Romano creauit lęticiam. Statutum etiam iuxta antiquũ morem vt ex latere Imperatoris mitterentur, qui iudiciariam exercentes poteſtatem, iuſtitiam omni populo facerent, & tempore quo viſum foret Imperatori, æqua lance penderent. Quæ quum rediens filius patri retuliſſet, tamquã amator ęquitatis, & cultor veritatis, magno gaudio perfuſus eſt, eo quod oppreſſis inique releuatio pietatis occurrerit. Tempore ſubſequenti dominus Imperator conuentum à populo ſuo celebrari iuſſit tempore Maij mẽſis Aquiſgrani. Quo conſiſtenti legatio Bulgarum, qui diu in Baioaria, ſecundum præceptum eius, ſubſtiterant, ei adducta eſt audienda. Cuius maxime poſt pacis conſtitutionem de terminis fuit terrarum inter Bulgaros Francoſque cuſtodiendis. Affuerũt etiam Britonum primores nõ pauci, ſubiectio-

nem obedientiamque multis verbis proſequentes:inter quos & VVinemarchus, qui cæteris auctoritate præſtare videbatur, quique inſana temeritate atq; ſtultiſſimis auſis in tantum proceſſerat, vt etiam Imperatorem propter ſuam inſolētiam comprimendam, ad expeditionē in illas partes faciēdam prouocauerit. Is ergo quū diceret pœnitere ſe facti ſui, & imperatoriæ fidei ſe cōmiſiſſet, ab eo iuxta morē ſuū, qua clementia ſemper vti cōſueuit, miſericorditer ſuſceptus, & cum cęteris ciuibus muneribus donatus, atque ad natiuum ſolum eſt permiſſus redire. Qui tamen poſtea cōſuetæ perfidiæ non immemor, dum cunctorum quæ promiſerat & quæ expertus fuerat, bonorum oblitus, vicinos ſuos domini Imperatoris fideles incurſare atque aſſiduis malis laceſſere non obmitteret, ad id peruenit, vt oppreſſus à Lantberti hominibus, in propria domo cum omniū malorum fine terminum vitæ ſortiretur. Dimiſſis ergo tam Bulgarorū miſſis quam Britannis, Imperator exercitio venandi ſe commiſit Voſagi ſecretis, iterū id agendum credens, vſque quo menſe Auguſto iuxta condictum generalē populis Aqualgrani reuerſus eſt. Quo tempore pacem

quæ à

quæ à Nortmannis petebatur, mēſe Octobri iuſſit cōfirmari: factiſque omnibus quæ in eodem placito & peragi & definiri viſa ſunt, ipſe quidem cum filio Lothario Nouiomagum conceſſit, minore Ludeuuico in Baioariam dimiſſo, factaque autumni temporis venatione hyemis inchoatione in Aquenſe palatium rediit. Ab hoc conuentu regrediētibus Bulgariorū miſſis, literaſque Imperatoris deferentibus rex eorum minus grate quæ ſcripta ſunt, tulit; eo quod petita non impetrarit. Cum quadam ergo ſtomachatione eundem nuncium remittens, mandauit: vt aut communis finium terminus ſtatueretur, aut quacūque poterat virtute tueretur limites ſuorum finium. Sed quum fama rumorem ſparſiſſet, regem talia mandantē regno caruiſſe, Imperator tamdiu legatum tenuit, quouſque miſſo Bertricho comite palatij, falſa eſſe quæ iactabantur comperiſſet. Reſcita autē veritate, miſſum infecto negotio remiſit. DCCCXXVI

Ipſo anno, Kalendis Februarij, Pipinus filius Imperatoris, ad patrem Aquis hiemantem peruenit. Cui ab Imperatore cura commendata, vt paratus eſſet, ſi quid ex partibus Hiſpaniæ noui oriretur, qualiter obuiare poſſet, regreſſus eſt. Imperator

vero Kalendis Iunij menſis ad Ingelheim venit, ibidémque illi conuẽtus populi ſui, ſecundum quod præceperat, occurrit. In eodem placito ſecundum morem ſuum multa quæ Eccleſiæ eſſent vtilia, admonuit, ſtatuit ac definiuit, legationéſque tã à ſancta ſede Romana, quam à monte Oliueti, per Dominicum abbatem perlatas ſuſcepit, audiuit, abſoluit. Nec non duos duces Ceadragum Abodritorum, Tunglonem Soraborum, quum accuſarentur, & probatio ſatis emineret, caſtigatos ad propria remiſit. Nec nõ Herioldus à Nort manniæ partibus cum vxore veniens, Danorumque non parua manu, Magontiaci apud Albanum, cum ſuis omnibus, ſacri baptiſmatis vnda eſt perfuſus, plurimiſque muneribus ab Imperatore donatus. Verẽs autem piiſſimus Imperator, ne ob tale factum negaretur ei habitatio ſoli naturalis, dedit ei quendam Comitatũ in Friſia, cuius vocabulum eſt Ruitſtri, quo ſe ſuoſque, ſi neceſſitas exigeret, tuto recipere poſſet. Interea quum Baldricus, & Geraldus, cæterique Pãnonciarum cuſtodes finium adeſſent, adduxit Baldricus domino Imperatori presbyterum quendam nomine Gregorium, bonæ vitæ hominem, qui diceret

organum more Græcorum poſſe componere. Quem Imperator gratanter ſuſcepit: & quia Deus illi quæ ante ſe inuſitata erãt in regno Frãcorum attribuebat, gratiarum actiones reddidit, ac Tanculfo ſacrorum ſcriniorum prælato commendauit, publiciſque ſtipẽdiis curare iuſſit: & ea quæ huic operi neceſſaria forent, præparare mandauit. Ipſo interea anno medio Octobri cœtũ populi Germanicũ coire iuſſit trans Renũ, in villa cuius vocabulũ eſt Saltz. In qua conſiſtenti, perfidia atque defectio Aizonis nunciata eſt, qui de palatio domini Imperatoris fugiens, ad ciuitatem Auſonam venit, ibique receptus, Rodam ſubuertit: ſed & reſiſtere nitẽtibus non parũ incommoditatis intulit, caſtella quæ irrumpere potuit, cuſtodibus impoſitis fortiter communiuit. Sed & miſſo fratre ſuo ad regem Sarracenorũ Abdiramam nomine, validũ contra nos exercitus robur accepit. Quæ quidem Imperatoris animum commouerunt, nil tamen propere gerendum ratus, conſiliariorum ſuorum ſententiam, quid tali facto opus eſſet, ſtatuit operiri. Per idẽ tempus Hilduinus abbas monaſterij beati Dionyſij, Romam monachos petitionis ſuæ baiulos ad Eugenium ſanctæ Roma-

næ ſedis præſulem miſit, flagitãs oſſa beati
Sebaſtiani martyris ſibi tranſmitti. Huius
deſiderio dominus Apoſtolicus ſatisfa-
ciens, per prædictos miſſos ſacratiſſimi mi-
litis Chriſti exuuias miſit. Quæ religioſiſ-
ſime à prædicto viro ſuſceptæ, atque inte-
rim cum loculo vectatorio, vt allatæ ſunt,
iuxta corpus beati Medardi poſitæ. Qui-
bus ibi conſiſtentibus tantam Deus per
præſentiam aduentus eorum mortalibus
attribuit virtutum copiam, vt multitudo
numerum excedat. Porro qualitas fidem
ſuperet, niſi eis auribus credatur quibus
perſuaſum eſt nihil repugnare diuinæ iuſ-
ſioni, ſed & omnia poſſibilia eſſe creden-
DCCCXXVII ti. Præterea Aizone infeſtante eos qui
in noſtris finibus conſiſtebant, & præci-
pue Ceritaniam Vallenſemque regionem
vſquequaque vaſtante: eo vſque immani-
tas illius proceſſit, annitẽtibus Maurorum
& Sarracenorum auxiliis, vt aliqui noſtro-
rum caſtella & municipia quæ hactenus
tenuerãt, relinquere cogerentur, plurimi-
que etiam à nobis deficerent, & eorum ſe
ſocietati conferrent. Inter quos VVille-
mundus Beræ filius, eorum perduellioni
cum plurimis fœderatorum ſe iunxit. Ad
quos motus comprimendos noſtroſque
roborandos, dum Imperator exercitum

illuc mittendum ordinat, præmiſit Eliſachar Abbatem, & Hildebrandum Comitem, nec non Donatum. Qui præcedentes iunctis ſibi Gothorum Hiſpanorumque copiis, illorum proteruæ pertinacię reſiſterunt, Bernardo quam maxime Barcinonæ Comite conatus eorum in irritum deducente. Quod cernens Aizo, exercitum à Sarracęnis petitum abiit prætorianum. Quem impetratum cum duce ſuo Abumarum Cæſar-Auguſtam, & inde vſque ad Barcinonam perduxit. Porro Imperator Pippinum filium ſuum Aquitaniæ regem contra eos miſit, ſimulque miſſos ex latere ſuo Hugonem & Matfridum Comites, quibus meticuloſius quam decuit occurrentibus, tamdiu moræ innexæ ſunt moris, quouſque illi vaſtata Barcinonę atque Gerundæ regione Cęſar-Auguſtā ſeſe receperunt. Præceſſerunt ſane hāc cladem terribiles illæ ſub tempore nocturno acies, humano ſanguine rutilantes igniſque pallore flagrantes. Imperator porro venationi in ſaltibus Compendio & Cariſiaco contiguis inſtitit. Eodem anno mēſe Auguſto Eugenius Papa diem vltimum clauſit. Valentinus Diaconus loco eius ſucceſſit. Quo vix vno menſe ſuperſtite loco illius Gregorius, presbyter tituli ſan-

A Compendio anno ſuſcipiens dona his compertis ad ſupradictam marcham tuendā auxilia deſtinavit et uſque ad hiberni tempora.

ĉti Marci electus eſt, dilata conſecratione eius vſque ad cõſultum Imperatoris. Quo annuente & electionem cleri & populi probante, ordinatus eſt in loco prioris. Legati Imperatoris Michaëlis eodem anno menſe Septemb. Compendium venerunt, munera attulerũt, nobiliter ſuſcepti, opulentiſſime curati, liberaliter munerati & proſpere ſunt regreſſi. Ipſo anno Heinardus virorum ſui temporis prudentiſſimus, ſanctæ deuotionis ardore incitatus, Romam miſit, & corpora ſanctorum Marcellini & Petri, annuente Papa in Frãciam fecit tranſuehi: & valde decenter in proprio territorio propriiſque ſumptibus recondidit. Quorum meritis hactenus ibi multa virtutum miracula operatur Dominus. Menſe Februario ſequentis hiemis conuentus habitus publicus Aquiſgrani, vbi quũ in aliis, tum maxime feruebat res in marca Hiſpanica nuper damnoſe ignominioſeque peracta. Qua ventilata & enucleatiſſime inueſtigata, hi reperti ſũt huius culpæ auctores qui ab Imperatore præfecti ſunt duces. Hos ergo ſolummodo honoribus ademptis luere iuſſit Imperator culpã huius ignauiæ. Itidemque Baldrico duci Foroiulienſi dum obiiceretur, & pro-

batum eſſet eius ignauia & incuria vaſtatam à Bulgaris noſtram regionem, pulſus eſt ducatu, & inter quatuor Comites eiuſdẽ poteſtas diuiſa. Equidẽ Imperatoris animus natura miſericordiſſimus, ſemper peccãtibus miſericordiam prærogare ſtuduit: at vero ij quibus talia præſtita ſunt, quomodo clementia illius abuſi ſunt in crudelitatẽ, poſt pauca patebit, quum claruerit quomodo pro vitæ beneficio, ſummam ei, quantum in ſe fuit, importauerint cladem. Ipſo tempore Halitcarius Cameracẽſis Epiſcopus & * Auffridus Nonantulæ monaſterij Abbas, à tranſmarinis partibus redeuntes, humaniſſime ſe ſuſceptos à Michaële retulerunt. Imperator ſane æſtate ſequenti in Ingelheim conuentum publicum habuit. Ibique miſſos Papæ Romani, Quirinum Primicerium, & Theophylactum nomenclatorem, cum magnis muneribus venientes, & ſuſcepit & remiſit. Et quum in Theonis villam deueniſſet: famaque vẽturos in noſtros fines Sarracenos peruulgaſſet, miſit filium Lotharium ad eandem marcam, adiunctis illi Francorum validis multiſque copiis. Qui quum præceptis paternis parens, Lugdunum deueniſſet, & nuntium præſtolaretur par-

tiū Hiſpanicarum. Pipinus eius frater collocuturus aduenit. Ibidēque illis morantibus, miſſus rediit, dicens, mouiſſe quidem Saracenos Mauroſque exercitum quam maximum, ſed pedem continuiſſe, nec illo tempore longius in noſtros fines proceſſuros. Quibus auditis Pipinus in Aquitaniā, Lotharius autem ad patrem proſpere rediit. Interea filij Godofridi Danorum quondam regis, Herioldum regno expulerant: ſed quum Imperator & Herioldū iuuare vellet, & cū filiis Godofridi fœdus pacis iniſſet, miſſis in hoc ipſum cum ipſo Herioldo comitibus Saxonicis, præcepit: vt agerent cum prædictis, quatenus eum in ſocietatem, vt pridem habuerant, ſuſciperent. Herioldus autem harum morarū impatiens, inſciis noſtris, aliquas villarum illorum, igne iniecto, concremauit, prædamque abduxit. At illi putantes hæc voluntate noſtrorum geſta, improuiſis & nihil tale ſuſpicantibus noſtris ſuperueniunt, tranſitoque Egidora flumine, caſtris pellunt, in fugam compellunt, potitique omnium in caſtra propria ſe recipiunt. Sed his geſtis, cognoſcentes rei veritatem, & verētes debitam vltionem, mittentes ad eos quibus talia intulerant primum, deinde

ad Imperatorem, profeſſi ſunt errorem: Dehinc obtulerunt congruam vindictæ ſatisfactionem: modum autem ſatisfactionis conferentes in Imperatoris voluntatem, dummodo firmitas pacis inconuulſa maneret: quibus Imperator pro voto & petitione annuit. Bonifacius Comes ab Imperatore Corſicæ præfectus inſulæ, cũ fratre Beraldo aliiſque adiunctis ſibi conſcenſa parua claſſe, dum piratas peruagãdo maria requirit & non inuenit, Sardorum amicorum ſibi inſulam appulit; indéque aliquos gnaros marini itineris ſibi aſſumens, in Africam profectus eſt, & tranſuectus inter Vticam & Carthaginem. Contra quem multitudo Afrorum conueniẽs, quinquies cõflixit inter quos & quoſdam contigit oppetere noſtrorũ, quos aut multa alacritas, aut inconſulta leuitas ad nimis audendum impulit. Bonifacius tamen ſociis receptis ad naues ſe collegit, patriam repetiuit, inexpletumque atque inauditũ metum prius Afris reliquit. Hoc anno bis deliquium Lunæ contigit in Kalendis Iulij, & nocte natalis Domini. Sed & annona quædam Imperatori delata eſt à regione VVaſconiæ, breuior frumento, nec tamen teres vt piſa, quam dixerunt de-

ſcendiſſe de cœlo. Hiberna Dominus Imperator Aquis exegit. Hieme tranſacta
Dccc xxviiii. quum Quadrageſimæ ſacrati dies celebrarentur, & inſtaret Paſchæ veneranda ſolennitas, intempeſta nocte terræ motus adeo validus extitit, vt ædificiis cunctis ruinam minaretur. Porro venti violentia ſubſecuta, nõ modo minora, ſed etiam ipſum palatium Aquenſe, vehementia ſui ita agitauit, vt etiam laterculis plumbeis, quibus tecta erat baſilica ſãctæ Dei genitricis Mariæ, maxima ex parte detegeret. Moratus eſt in eo palatio plurimis cogẽtibus neceſſitatibus, & publicis vtilitatibus. Statuit Kalendis Iulij indidem proficiſci, & VVormaciam ad celebrandum generalem populi conuentum properare. A qua diſpoſitione eum mutare aliquantiſper coëgit rumor, qui ſederat: Nordmannos velle trãſgredi ſtatuta pacti & proprios fines; & Tranſalbianam regionem populari. Sed his aliter ſe habentibus, Imperator ſecundum diſpoſitionem loci & temporis aduenit, de his quæ viſa ſunt, ſtudioſe tractauit, annua dona ſuſcepit, filiumque ſuũ Lotharium in Italiam dimiſit. In eo etiam conuentu, comperiens clandeſtinas circa ſe eorum quos vitæ reſeruauerat, machi-

nationes more cancri ſerpere, & multorum animos quaſi per quoſdam cuniculos ſollicitare; ſtatuit ſibi contra eos quoddam propugnaculum erigere. Nam Berhardum catenus Hiſpaniarum partium & limitum Comité, cameræ ſuæ præfecit. Quæ res nõ ſeminarium diſcordiæ extinxit, ſed potius augmentũ creauit. Sed quum necdum ij qui tali peſte tabeſcebant, vulnus ſuũ detegere poſſent: vtpote quibus nulla copia ad peragendũ quæ cõcupierant, ſuppeteret, in aliud tempus hæc differre ſtatuerunt. Imperator autem his, vt oportunitas dictabat, explicitis, Renum tranſiit, Franconoford villam petiit, ibique quamdiu bonum viſum eſt, & hieme propinquantia frigora ſiuerunt, venationi indulſit, ac deinde circa miſſam ſancti Martini, ad Aquaſgrani ſe vertit, ibique & ipſam feſtiuitatem & ſancti Andreæ, nec non natiuitatis Dominicæ, cum reliquis vt decebat, peregit celebriter. Circa tempus porro Quadrageſimale, quum Imperator loca mari circumiacentia peragraret: factionis iniquæ principes vltra ferre non valentes occultatum diu vulnus detegunt. Nam primum inter ſe primores fœdere quodam coniurant, deinde minores ſibi aggregãt. Quorũ pars

mutationis ſemper cupida, more canum auiumque rapacium, quæ alienum detrimentum ſuum quærunt fieri ſuppletionis augmentũ. Freti ergo multitudine & aſſenſu plurimorum, filium Imperatoris Pipinum adeunt, prætendentes abiectionem ſui, Bernardi inſolentiam, & cæterorum deſpectionem: aſſerentes etiam eum, quod dictu nefas, thori paterni inceſtatorem: porro patrem adeo quibuſdam præſtigiis eluſum, vt hæc non modo non vindicare, ſed nec aduertere poſſet. Oportere ergo, dicebant, bonum filium indigne ferre dedecus paternum: ablatiſque è medio reſtituere patrem & menti & dignitati; & hoc agentem non ſolum fama virtutis proſequeretur, ſed etiam amplificatio regni terreſtris, hoc nomine prætexentes culpam. His ergo incitamentis allectus iuuenis, cũ eis & multis copiis ſuorum per Aurelianenſem vrbem, ſublato inde Odone, & reſtituto Matfrido, VVerimbriam vſque venerunt. At vero Imperator vt eorum conſpirationem contra ſe & vxorem Bernardũque obſtinatiſſime cõperit feraliter armatã, Bernardum quidem fugæ præſidio ſe committere permiſit; vxorẽ autem Lauduni eſſe, & in monaſterio ſanctæ Mariæ

conſiſtere voluit, ipſe autem Compendium petiit. Porro ij qui cum Pipino VVerimbriam venerunt, miſſo VVerino & Lamberto aliiſque quā plurimis, Iudith reginam ex ciuitate monaſteriique baſilica eductam, ad ſe perduci fecerunt. Quam vſque adeo intētata per diuerſi generis pœnas morte adegere, vt promitteret ſe, ſi ſibi copia daretur cum Imperatore loquēdi, perſuaſurā quatenus Imperator abiectis armis, comiſque reciſis, monaſterio ſeſe conferret, ſe etiam impoſito velo capiti itidem facturam. Quam rem quanto plus cupiebant, tanto facilius crediderunt. Miſſis enim cum ea aliquibus ſuorum, ad Imperatorem vſque deduxerunt. Cui cum ille ſecretius ſecum loquendi licentiam præſtitiſſet, permittente illo vt mortem euadere poſſet, ipſa velum ſibi capiti ſuperpoſuit: de attonſione porro ſua Imperator tempus deliberandi popoſcit. Tanto enim Imperator, aliis benigne ſemper viuens, iniuſto odio laborabat, vt tæderet eos vitæ ipſius: cuius beneficio niſi illi viuerent, iuſte & legaliter vita caruiſſent. Redeunte ergo ad ſe regina, aliis quidem malis temperarunt, adclamationi autem vulgi conſentientes, exilio eam depor-

tari, & in monaſterio ſanctæ Radegundis retrudi iuſſerunt. Circa menſem Maium porro filius Imperatoris Lotharius ex Italia venit: eumque in Compendio repperit. Ad quem venientem ſe contulit tota illa factio inimica Imperatoris, ipſe tamen nihil tunc temporis patri intuliſſe viſus eſt dedecoris, probauit autem quæ geſta erãt. Denique Heribertus Bernardi frater, luminum amiſſione mulctatus eſt, cõtra votum Imperatoris: Odo conſobrinus illius armis ablatis exilio deportatus, tamquã eorum quæ Bernardo & reginæ adclamabantur, conſcij & fautores. In talibus ergo conſiſtens, ſolo nomine Imperator, æſtatem tranſegit. Quum autem inſtaret autumnalis temperies, ij qui Imperatori contraria ſentiebant, alicubi in Francia conuentum generalem fieri volebant. Imperator autẽ clanculo obnitebatur, diffidens Francis, magiſque ſe credens Germanis. Obtinuit tamen ſententia Imperatoris, vt Neomagum populus conueniret. Verens porro ne multitudo contrariorum ſuperaret paucitatem ſuorum fidelium, iuſſit vt vnuſquiſque ad idem placitum veniens, ſimplici vteretur commeatu. Præcepit etiam Comitem Lambertum finium ſibi deputa-

torum cuſtodiam habere. Heliſachar abbatem iuſtitias facturum eo quoque direxit. Tandem ergo Niumagum ventum eſt, omniſque Germania eo confluxit, Imperatori auxilio futura. Imperator autem volens adhuc vires aduerſariorum attenuare, Hilduinum abbatem culpans, interrogauit: cur quum ſimpliciter venire iuſſus ſit, hoſtiliter aduenerit. Qui quum negare nequiret, continuo ex palatio exire iuſſus eſt: & cũ pauciſſimis hominibus iuxta Patriſbrunnã in expeditionali tabernaculo hiemare. VValach abbas iuſſus eſt ad monaſterium redire Corbeiæ, ibique regulariter obuerſari. Hæc quum ij qui Imperatori aduerſaturi conuenerant, prouiderent, ad deſperationem vltimam infracti viribus ſeſe verterũt. Denique per totam noctem coëuntes, atque ad habitaculum Lotharij Imperatoris filij conuenientes, hortabantur aut bello confligendum, aut aliquo ſecedendum abſque Imperatoris voluntate. In qua deliberatione quum totam expendiſſent noctem, mane Imperator filio mandat, ne inimicis communibus credat, ſed ad ſe tamquam ad patrem filius veniat. Quibus ille auditis, licet dehortantibus qui circa illum erant, ad patrem venit.

A quo non eſt aſpera increpatione inuectus, ſed moleſta lenitate correctus. Ingreſſo autẽ illo intra penita regiæ domus, diaboli inſtigatione vulgus cõtra ſe cœpit furere, proceſſiſſetque furor vſque ad mutuam cædem, niſi Imperatoria prudentia proſpexiſſet. Dum enim illi inter ſe tumultuãtes, pene in veſanum furorem ruerent, Imperator ad cunctorum aſpectum cum filio proceſſit. Quo facto omnis illa feralis cõmotio cõquieuit. Imperatoria enim oratione audita, omnis popularis tumultus faceſſit. Poſt hæc Imperator omnes illorũ huius impiæ conſpirationis principes, ſub priuata cuſtodia adſeruari præcepit. Quos poſtea ad iudicium adductos, quum omnes iuris cenſores filiique Imperatoris iudicio legali, tanquam reos maieſtatis, decernerent capitali ſententia feriri, nullum ex eis permiſit occidi: ſed vſus, vt multis viſum eſt, leniori quam debuit pietate, ſibi tamen conſueto benignitatis & clementiæ more, laicos quidem præcepit locis opportunis adtonderi: clericos vero in conuenientibus itidem monaſteriis cuſtodiri.

33. His peractis ad hiemandum Imperator Aquaſgrani receſſit. Habuit autem per idẽ tempus ſecum ſemper Lotharium filium

ſuum.

ſuum. Miſit interea in Aquitaniam, coniugemque reuocauit fratreſque illius Carolum & Rodulfum iamdudum attonſos. v. chonradum Quam tamen coniugis honore non eſt dignatus, donec ſe legali præſcripto modo ab obiectis purgaret. Quod poſtquam geſtum eſt, in purificatione ſanctæ Mariæ, cunctis diiudicatis ad mortem, vitam conceſſit. At Lotharium in Italiam, Pipinum in Aquitaniá, Ludouicum in Baioariá ire permiſit, ipſe verò Quadrageſimale tẽpus Paſchæque ſolemnitatem in eo loco celebrauit. Paſchalib⁹ ergo peractis ſolẽniſ, ad Ingelheim Imperator perrexit. Ipſo denique tempore conſuetæ miſericordiæ non immemor, quę, ſicut de ſe ait Iob, ab initiis creuit cum illo, & de vtero matris videtur cum ipſo egreſſa: eos quos dudum exigentibus meritis, per diuerſa loca deputauerat, euocatos, bonis propriis reſtituit, & ſi qui adtonſi fuerant, vtrum ſic manere, an in habitum priſtinum redire vellent, facultatem contribuit. Dehinc Imperator in partes Rumerici montis per Voſagum tranſiit: ibique piſcationi atque venationi, quamdiu libuit, indulſit, & filium Lotharium in Italiam direxit. Porro autumni tẽpore in Theodonis villam conuenire generaliter ſuum populum præcepit. In quo

loco tres legati Sarracenorum à tranſmarinis partibus venere: quorum duo Sarraceni, vnus fuit Chriſtianus, afferentes grãdia munera ſuæ patriæ, odorum ſcilicet diuerſa genera & pannorum. Qui pace petita & accepta, remiſſi ſunt. Affuit etiam Bernardus, qui modo prædicto, fugiendo ſe ſaluans, diu in finibus Hiſpaniæ exulauerat. Is ergo Imperatorẽ adiens, modum ſe purgandi ab eo quærebat, more Francis ſolito, ſcilicet crimen obiiciẽti ſemet obiicere volens, armiſque impacta diluere. Sed quum accuſator licet quæſitus, deeſſet: ceſſantibus armis purgatio facta eſt iuramentis. Præceperat porro Imperator vt huic placito filius eius Pipinus intereſſet: ſed ille conuentui ſemet ſubtraxit, poſt placitum autem aduenit. Imperator autem volens & hanc inobedientiam, plurimamque in eo caſtigare morum inſolentiam; ſecum eum morari iuſſit, & vſque natalem Domini ſecũ Aquis tenuit. Sed ille vltra ſuum ſe velle teneri grauatus, fugam capeſſit: & inſcio patre in Aquitaniam cõceſſit. Imperator vero in hibernis vt cœperat, Aquiſgrani permanſit. Hiemis ſane rigore tranſacto, & vernali ſucceſſu reducto, nunciatũ eſt Imperatori quoſdã motus ex-

citatos in Baioaria, ad quorũ compreſſionẽ feſtinus abiit, ad Ausburgum vſque peruenit, inſurgentia ſedauit, continuo rediit, conuentumque publicum Aurelianis fieri iuſſit, ibique ſibi Pipinum occurrere mandauit. qui licet inuitus occurrit. Sed conſiderans Imperator quorundam malorum hominum conſilia, filij animum tam minis quam promiſſionibus ad deteriora feſtinantium peruertere: maximéque Bernardum verens, cuius conſilio vti tunc Pipinus dicebatur: qui & ipſe tunc in Aquitania morabatur: Ligeri trãſmeato, cum ſuo commeatu ad Iocundiacum palatium venit, in territorio Lemouico ſitum. Quo ventilata vtriuſque cauſa, Bernardus quidem quum inſimularetur infidelitatis, nec tamen vſque ad congreſſionem probator procedere vellet, honoribus priuatus eſt. Pipinum vero ob prauorum morum corruptionem, ſub cuſtodia priuata Treueros perduci iuſſit. Quo quum duceretur & indulgentius haberetur, à ſuis cuſtodiæ noctu ſubducitur, & vſque ad Imperatoris reditum ab Aquitania, quaqua verſum valuit & voluit, peruagatur. Et tunc quidem Imperator inter filios ſuos Lotharium atque Carolum, quandam diuiſionem regni

conſtituit. Quæ tamen ingentibus impedimentis, quæ dicenda ſunt, pro voto minime ceſſit. Eo porro tempore viſum eſt Imperatori ab Aquitania ſecedere, ſed poſt paucum tempus idem ad miſſam ſancti Martini populum cōuocauit: filiumque Pipinum fugientem ad ſe quoquo modo reuocare voluit, ſed illo id refugiēte aſperrima hiemis incubuit inclementia, primo quidem pluuiarum plurimarū inundantia: deinde humectationem terræ glaciali rigore aſtringente: quæ adeo noxia fuit, vt ſubtritis pedibus equinis, rarus quiſque foret, qui vectione equorum vteretur. Fracto ergo exercitu multo laboris incōmodo, & improuiſos excurſus Aquitanorum ſubinde & moleſte ferente, ſtatuit Imperator ad villam, cuius vocabulum eſt Reſtis, venire, ibique Ligeris amne tranſmeato, in Franciam hiematum redire. Quod & fecit, licet minus honeſte quam decuit.
DCCCXXXII Humano porro generi pacique contrarius diabolus, nequaquam ab infeſtatione Imperatoris feriabatur: ſed per ſatellitum ſuorū verſutias filios ſollicitabat, perſuadens illis, quod pater illos vltro perdere vellet, non conſiderantes; quod qui mitior ho-

minibus externis eſſet, immanis non poterat effici ſuis. Sed quia corrumpunt bonos mores colloquia mala: & lapidum etiã duritiam mollis aquæ guttula ſæpius illiſa terebrare ſolet: tãdem ad id ventum eſt, vt filios Imperatoris, in vnum cũ copiis quibus poterant coire facerent: Gregoriũque Papam aduocarent, ſub ornatu quaſi qui patri ſolus filios recõciliare deberet & poſſet, rei tamen veritas poſt claruit. Imperator porro è contrario menſe Maio VVormaciam venit cum valida manu: ibique quid agendum ſibi foret diu deliberauit. Miſſiſque deſtinatis, Bernardo ſcilicet Epiſcopo cum reliquis, filios hortabatur ad ſe veniendum & redeundum. Sed & Papã Romanæ ſedis cõueniebat: vt ſi more prædeceſſorum ſuorum aderat, cur tantas necteret moras non ſibi occurrendo. Quum vero rumor vſquequaq; diffuſus ferret de cæteris quod verũ erat, de Papa vero Romano, quod ideo adeſſet, vt tam Imperatorem quam Epiſcopos excommunicationis vinculis irretire vellet, ſi qui inobedientes eſſent ſuæ filiorumque Imperatoris voluntati: parum quid ſubripuit Epiſcopis Imperatoris præſumptio audaciæ, aſſerentibus nullo modo ſe velle eius vo-

luntati ſuccumbere, ſed ſi excommuni-
5 caturus aduenirer, excommunicatus abiret, quum aliter ſe habeat antiquorum canonum auctoritas. Tandem ergo conuentum eſt feſtiuitate ſancti præcurſoris Chriſti Iohannis in locum qui ab eo quod ibi geſtum eſt, perpetua nominis ignominia notatus, eſt vt vocetur Campus mentitus. Quia enim ij qui fidem Imperatori promittebant, mentiti ſunt, locus in quo id contigit, teſtis nequitiæ in ſuo nomine remanſit. Quum autem haud procul inde aciebus ordinatis cõſiſterent, iam iamque ruendum in arma putaretur, nuntiatum eſt Imperatori aduenire Papã Romanorum, quem venientẽ Imperator in ipſa acie conſiſtens ſuſcepit, licet indecẽtius, quam debuit, imputans ei quod ipſe ſibi talem ſuſceptionem ꝑparauerit, qui inuſitato modo ad ſe venerit. Ductus autem Papa in habitationem caſtrenſem, multis aſſertionibus perdocuit, non ſe tantum iter ob aliud ſuſcepiſſe, niſi quia dicebatur, quod inexorabili diſcordia contra filios laboraret: ideóque pacem in vtramque partem ſerere vellet. Audita vero parte Imperatoris, manſit cum eo aliquot diebus. Remiſſus autem ab Imperatore ad filios, vt pacẽ mutuam necteret: quum pene omnis po-

pulus partim donis abſtractus, partim promiſſis illectus, partim minis territus, ad eos populumque cum eis conſiſtentem more torrentis deflueret, nequaquam vt fuerat iuſſus, eſt permiſſus redire. Tot ergo copiis inibi adductis. & Imperatori ſub. ductis, adeo defectio indies inualuit, vt in feſtiuitate ſancti Pauli, plebei contra Imperatorem, adulando filiis eius, irruptionē facere minarentur. Quibus viribus Imperator obniti non valens, filiis mandauit, ne ſe populari direptioni exponerent. Cui remandant, vt caſtris relictis ad ſe veniat: ſe autem maturrime obuiā ipſi proceſſuros. Quibus altrinſecus ſibimet occurrentibus, Imperator filios admonuit, equis deſilientes, & ſibi occurrentes, vt promiſſionis ſuæ memores, tam ſibi quam filio & vxori, illibata quæ olim promiſerant, conſeruarent. Quos congrue reſpondentes oſculatus, & ad caſtra illorum eſt profectus. Quo peruenienti vxor ſubducitur, & ad Ludouici tabernacula conuertitur. Ipſum vero Lotharius ad ſua cum Carolo admodum puero deduxit: & cum pauciſſimis in papilione ad hoc deputato conſiſtere fecit. Poſt hæc autem iam populo iuramentis obſtricto, imperium inter fratres terna ſe-

ctione partitur. Vxor patris à Ludouico rege recepta, exilio iterum deportatur in ciuitatem Italiæ Tartonam. Gregorius Papa talia cernens, cum maximo mœrore Romam regreditur: & duorum fratrum Pipinus in Aquitaniam, Ludouicus in Baioariam reuertitur. Porro Lotharius patre aſſumpto, & ſeorſum cum deputatis equitante atque priuatim manēte, Merlegium villam deuenit, ibique prout libuit commorans, & quæ viſa ſunt ordinans, ac populum abſoluens, ſed & conuentum populo Compendij indicens, Voſagum per Mauri monaſterium tranſiit, & Mediomatricum quæ altero nomine Metis vocatur, peruenit. Qua relicta ciuitate Viridunum appulit, & Sueſſionum vrbē adiit. Ibique in monaſterio ſancti Medardi patrem ſub arcta cuſtodia eſſe præcepit: & Carolo Prumiæ commendato, nec tamen attonſo, ipſe venationi inſtitit, donec autumni tempore, id eſt Kalendis Octobris, ſicut erat conſtitutum, patrem ſecum ducens, Compendium venit.

Ibique conſiſtenti legatio Conſtantinopolitani Imperatoris, Marcus Archiepiſcopus Epheſi & Protoſpatharius Imperatoris ad patrem miſſa, occurrit, mu-

nera ſibi deputata obtulit, patri miſſa ſubtraxit: quam ille licet ad patrem miſſa, ad ſe tamen venientem ſuſcepit, audiuit, tragœdiamque reportãtem pene inauditam remiſit. In eodẽ conuẽtu cum multi inſimularẽtur deuotionis in patrẽ defectionis in filiũ: quidã verbis ſimplicibus, quidã iuramẽtis obiecta diluerunt. Miſeratio tamẽ huiuſcemodi rei, & talis rerũ permutatio, exceptis auctoribus, omnes habebat. Vnde verẽtes ſceleris cõſpiratores inauditi, ne verſa vice retrolapſa ferrentur geſta quæ erant: callido, vt ſibi viſum eſt, cum aliquibus Epiſcoporum vtuntur argumento: vt pro his de quibus iam pœnitudinem geſſerat Imperator, iterum publica pœnitentia, armis depoſitis irreuocabiliter, quodãmodo Eccleſiæ ſatisfacere iudicaretur: quum ne forenſes quidem leges contra vnam culpam ſemel commiſſam, bis inuehant vindictam: & noſtra lex habeat non iudicare Deum bis in id ipſum. Cui iudicio pauci contradixere, plures aſſenſum præbuere, maxima pars, vt aſſolet in talibus, ne primores offenderent, verbo tenus conſenſere. Adiudicatum ergo eum abſẽtem, & inauditum, nec confitentem, neque conuictum, ante corpus ſancti Medar-

di confeſſoris, & ſancti Sebaſtiani martyris, arma deponere, & ante altare ponere cogunt: pullaque indutum veſte, adhibita magna cuſtodia, ſub tectum quoddam retrudunt. Expleto hoc negotio, miſſa ſancti Martini, populus licentia accepta pro talibus geſtis mæſtus ad propria reuertitur. patrem Lotharius autem partem ſuum ducens, Aquiſgrani hiemarum regreditur. Intra huius hiemis durationem, gregatim populi tam Franciæ, quã Burgundiæ, nec non Aquitaniæ, ſed & Germaniȩ coeuntes, calamitoſis querelis de Imperatoris infortunio querebantur, & quidem in Franciam Eggebardus Comes, & VVilhelmus Comes ſtabuli, quos poterant ſibi in vnione volũtatis reſtituendi Imperatoris coadunabãt. A Germania porro Hugo abbas in Aquitaniam miſſus à Ludouico, & ab eis qui illuc confugerant, à Drogone ſcilicet Epiſcopo & reliquis, Pipinum in hoc ipſum inſtigabat. Porro Bernardus & VVarinus in Burgundia conſiſtentem populum ſuaſionibus accendebant, promiſſionibus alliciebant, iuramentis aſtringebant, & in vnum velle fœderabant. Hieme DCCCXXXIIII autem exacta & vere iam roſeam faciem prætendente, Lotharius patre aſſumpto per pagum Hasbannienſem iter arri-

puit, & Pariſiorum vrbem petiit, vbi obuiam ſibi fore cũctos fideles præcepit. Cui Eggebardus Comes, & alij alius pagi proceres cum magna coacta manu, obuiam pro liberatione Imperatoris pugnaturi proceſſerunt: perueniſſetque res ad effectum, niſi piiſſimus Imperator cauens & multorum periculum ſimul & proprium, ab hoc incæpto præcepto & obteſtatione eos inhibuiſſet. Tãdem ergo peruentũ eſt ad monaſterium ſancti Dionyſij martyris.

Pipinus vero ab Aquitania cum maxima manu exiens, & ad Sequanã vſque veniens quum pontes diſſipati, naueſque alto demerſe, tranſitũ prohibuiſſent, ſubſtituit. Porro VVarinus & Bernardus Comites, plurimis ſociorum ex Burgundiæ partibus coactis, ad Matronam fluuium vſque peruenerũt, & ibi partim aſperitate & intemperie aëris retardati, partim pro colligendis ſociis ſuſpenſi, in villa Bonogilo & iis prædiis quæ circumiacent, aliquot diebus cõſedere. Inſtabat ſane ſanctæ Quadrageſimæ tempus. Cuius hebdomada prima, feria quinta, miſſi ſunt ab illis legati, Rebaldus abbas & Gantſelmus Comes, ad Lotharium filium Imperatoris, poſtulantes vt eis abſolutus cuſtodiæ vinculis Im-

perator redderetur. Quorum ſi pareret poſtulationi, ipſi quoque ei cauſa apud patrē ſalutis & honoris olim diſpoſiti forent. Sin aliter, etiamſi neceſſe eſſet, cum ſui periculo eum requiſituri: & reſiſtentibus ſibi in hac re cum armis, Deo iudice, eſſent obuiaturi. Sane huic mandato reſpondit Lotharius, nullum plus ſe vel compati paternæ calamitati, vel congaudere proſperitati: nec debere ſibi imputari culpam ſenioris ſibi oblati, quum ipſi eum deſtituiſſent ac prodidiſſent: neque carceralis cuſtodiæ næuum ſibi iure inuri, quum conſtaret hoc actum iudicio Epiſcopali. Cum hac ergo ſatisfactione præmiſſi legati remiſſi ſunt ad eos qui ſe miſerant. Commandati ſunt Guerinus Comes, & Odo, nec non Fulco & Hugo abbates, ad ſe venirent, quatenus cum eis deliberaretur, quomodo petitio eorum impleri poſſet. Præcepit etiā filius eiuſdem Imperatoris Lotharius, vt miſſi ſibi in craſtinum dirigerentur, qui tempus aduentus prædictorum virorum ab eo cognoſcerent: & ſic ad condictum diem ſibi occurrerent, de cauſa ſupra dicta tractaturi. Etenimvero mutato conſilio, cum his qui eius fauore ducebantur, relicto patre in monaſterio

ſancti Dionyſij; ipſe Burgundiam petiit, Viennam vſque peruenit, ibidéque ſtatiua facere delegit. At vero ij qui cum Imperatore remanſerant, eum ad recipiendas Imperatorias infulas hortabantur. Sed Imperator quamquam modo quo prædictum eſt, Eccleſiæ eliminatus communione, nequaquam tamen præpropere voluit acquieſcere ſententiæ: ſed Dominica quæ in craſtinum aduenit, in Eccleſia ſácti Dionyſij, epiſcopali miniſterio voluit reconciliari: & per manus Epiſcoporum armis accingi conſenſit. In qua re tanta exultatio populi excreuit, vt etiam ipſa elementa viderentur iniuriam patienti cõpati & releuato congratulari. Etenim vſque ad illud tempus tanta incubuerat procellarum vis, pluuiarumque vehementia, vt extra ſolitum aquarum ſuperabundantia excreſceret, flatuſque ventorum imperuiabiles fluminum alueos redderet. Sed in illius abſolutione ita quodammodo viſa ſunt coniuraſſe elementa, vt mox & venti ſæuientes miteſcerent, & cæli facies in antiquam, & multo tempore inuiſam ſerenitatem redirent. Imperator ergo ab eo loco iter cœpit: ſed nequaquam filium abeũtem perſequi, licet multis hor-

tantibus, voluit. Inde ergo Nantogilum, ac poſt venit Cariſiacum villam regiam: vbi conſiſtẽs operiebatur filium Pipinum, & eos qui trans Matronam reſidebant: ſed & eos qui trans Renum ad Ludouicum filium eius cõfugium fecerant, ſed & ipſum filium, qui ad eum veniebat, Ludouicum. Quo conſiſtenti, medio Quadrageſimæ tempore, arridente etiam lætitia ipſius diei & officij exhortante cantilena eccleſiaſtica ac dicente: Lætare Hieruſalem & diem feſtum agite omnes, qui diligitis eã; maxima multitudo fidelium ſuorum ibidẽ occurrit, congratulans communi lætitiæ. Quos Imperator benignè ſuſcipiens, & pro fidei integritate gratias agens, Pipinũ quidem filium in Aquitaniam cum lætitia dimiſit: cæteros autem ad loca ſibi cõgrua redire lætos permiſit. Ipſe autem Aquaſgrani peruenit; ibique Iudith Auguſtã ab Italia reducentibus Rataldo Epiſcopo, & Bonifacio; ſed & Pipinum filium recepit. Porro Carolum iam dudum ſecum habebat. Ibidemque Paſchæ ſolemnitatem cum ſolita deuotione peregit; poſt cuius celebritatem per Arduennam ſiluam venatione ſe exercuit: & poſt ſanctæ Pentecoſtes feſtiuitatem, in partes Romerici

montis, venationi atque piſcationi operam dedit. Sane recedente filio Imperatoris Lothario à patre, & in partes prædictas abeunte, remanſerant in Neuſtriæ partibus Lambertus Comes, & Matfridus, cæterique quam plurimi, qui eaſdem partes propria vi retinere nitebantur: quam rem ægre ferens Odo Comes & alij multi, Im- 839. Ann. peratoris partibus fauentes, contra eos arma corripiunt, eoſque pellere illis locis nitebantur, aut certe cum eis congredi. Quæ res cum ſegnius quam decuit, adminiſtraretur, & minus caute circumſpiceretur, nō minimam calamitatem eis intulit. Dum enim ex inſperato illis hoſtes ſuperuenerunt; illi autem minori quam res poſtulabat cautela vterentur, inſiſtentibus hoſtibus terga nudauerunt: ibique & ipſe Odo cum fratre VVillelmo interiit, plurimiſque aliis, cæteri ſalutem in fugæ ſubſidio poſuerunt. Quo negotio peracto, ij qui victoria potiti ſunt, quum neque ibi conſiſtere poſſe ſatis tutū videretur, neque Lothario ſe iungere valerent, verentes ne aut ibi cōſiſtentibus Imperator ſuperueniret, aut certe ad ſuos properantibus in itinere obuiaret; ad Lotharium quāto ocyus mittunt, vt eis ſuppetias ferret, quos tanti diſ-

criminis metus circumuallaret. Qui audito eorum periculo, & rebus geſtis, deliberauit eis ſuccurrere. Qua tempeſtate VVerinus Comes cum plurimis ſociis caſtrum Cabillonum vtcunque muniuit; vt ſi aliquid ab aduerſarum partium ſtudioſis moliretur noui, ſibi ſuiſque foret receptaculo ac munitioni. Quod quum Lothario compertum foret, improuiſus illuc aduenire diſpoſuit, quod tamē facere nequiuit. Aduenit tamen & oppidum circundedit, quæ in circuitu ciuitatis erant incendio conflagrans. Pugnatum eſt acriter diebus quinque; & tandem ad deditionem primum vrbs recepta eſt, poſt autem verſa vice crudelium victorum more, primum quidem direptionibus Eccleſiæ vaſtatæ, theſauri deprædati & communes copiæ direptæ; ad vltimū vero ciuitas voraci incēdio depaſta eſt, præter vnam paruā baſilicā, quæ ſtupendo miraculo cū hinc inde cincta fuerit ſæuientibus & lābentibus flāmis, tamen non potuit aduri. Fuit autem conſecrata Deo, in honorē beati Georgij martyris. Nec tamē Lotharij volūtas fuit, vt ciuitas ſuccenderetur. Adclamatione porro militari poſt vrbē captam, Getſelimus Comes, itemq; Sanila Comes, nec nō

Gotſelmus

Madalel-

Madalelmus vaſallus dominicus, capite plexi ſunt, ſed & Gerberga, filia quondam VVillelmi Comitis, tamquam venefica, aquis præfocata eſt. Quę dũ gerũtur, Imperator cum filio Ludouico Lingonum ciuitatem aduenerat, in qua vrbę huiuſcemodi ſuſcepit nuncium, qui eum valde mæſtum reddidit; & Lotharius quidẽ eius filius à Cabillono iter ſuſcepit ad Auguſtodunum indeque Aurelianam vrbẽ peruenit, deinde in pagum Cenomannicum, in villam cuius vocabulum eſt Matualis deuenit. At Imperator cum ſuis maximis copiis, ſimul & Ludouico filio eũ ſequitur. Quo audito, filius eius Lotharius, iamque ſuis receptis, non multo interuallo à patre caſtra fixit; ibique quatuor diebus legatis intercurrentibus moratũ eſt. Quarta ſane nocte Lotharius cũ ſuis hominibus referre pedem ad poſteriora cœpit, contra quẽ pater compendioſo itinere obambulabat, vſque quo peruẽtum eſt ad fluuiũ Ligerim prope caſtrum Bleſenſe, quo Ciza fluuius Ligeri cõfluit. Poſitis hinc inde caſtris occurrit etiam patri Pipinus filius cum quanto potuit militari apparatu. Infractus ergo viribus Lotharius, ſupplex ad patrem venit. Quem ille coërcitum verbis, & obliga-

tum tam ipſum quam proceres eius, quibus voluit ſacramentis, in Italiam remiſit, oppilatis anguſtiis itinerum, quæ in Italiam tranſmittunt, ne quis tranſire poſſet niſi licentia cuſtodientium. Quibus peractis Aurelianis vſque peruenit cum filio Ludouico, ibique tam filio quam aliis reditu ad propria indulto Parriſius ipſe peruenit. Habuit autē eo tempore circa miſſam ſancti Martini conuentum generalem in Attiniaco palatio, vbi quum multa perperam inolita purgare decreuiſſet, tam in eccleſiaſticis quā publicis rebus, tunc præcipue fuerunt iſta. Mandauit filio Pipino per Ermoldum abbatem, res eccleſiaſticas, quæ in regno eius erant, quas vel ipſe ſuis attribuerat, vel ipſi ſibi præripuerant, abſque cunctatione eccleſiis reſtitui: miſſos etiam per ciuitates & monaſteria tranſmiſit, ſtatumque eccleſiaſticum pene collapſum in antiquum ſtatū erigi iuſſit. Itemque præcepit, vt miſſi per ſingulos comitatus irent, qui immanitatem prædonum atque latronum, quę inaudita emerſerant, cohiberent, & vbi eorum maior vis incubuerat, etiam Comites vicinos & Epiſcoporum homines, ad tales euincendos & proterendos ſibi adſciſcerent, & de his

ſingulis ſibi in proximo placito generali VVormaciam renunciarent, quod futurum tranſacta hieme & ſuadente vernali gratia indixit. Tranſegit ergo Imperator maximam partem hiberni temporis Aquiſgrani. Indeque profectus eſt ad Theodonis villam ante natalem Domini, vbi etiam populus, cui præceptum fuerat, aduenit. Vbi conſiſtens contra quoſdam Epiſcopos de ſui deiectione conquerebatur. Sed quum quidam in Italiam confugiſſent, quidam vocati obedire noluiſſent; ſolus Ebo eorum qui impetebantur, affuit. Qui quum rationis reddendæ cauſa ſuper talibus vrgeretur, cauſabatur ſe ſolum relictis omnibus, in quorum præſentia hæc facta fuerant, vrgeri. At vero cæteri Epiſcopi, quum obtenderent neceſſitatem præſentiæ, excuſarent autem voluntatem innocentiæ, idem Ebo tandem moleſte ferens talibus extædiari, conſilio petito aliquorum Epiſcoporum, ipſe in ſe quandam confeſſionem prædicauit, confirmauitque ſe & indignum ſacerdotio, & irreuocabiliter eo abſtinere iudicauit: quod & Epiſcopis & per eos Imperatori contradidit. Quo facto Agobertus Lugdunenſis Archiepiſcopus, qui euocatus ad ſatiſ-

factionem venire diſtulit, quum ter eſſet euocatus, ab eccleſiæ præſulatu ſemotus eſt, cæteris, vt diximus, in Italiam fugientibus. Sequenti vero dominica quæ ſacræ Quadrageſimæ initium præcedebat, in Metis ciuitatem dominus Imperator, ſed & Epiſcopi, & populus vniuerſalis illius conuentus venit: & inter miſſarum celebrationem, ſeptem Archiepiſcopi ſeptem reconciliationis eccleſiaſticæ orationes ſuper eum cecinerunt, atque omnes populi hoc viſo, pro plenaria reſtitutione Imperatoris multas Deo gratias reddiderunt. Poſt quæ omnia Theodonis villam tam dominus Imperator, quam qui eius populus erant, reuerſi ſunt: & dominico ſacro Quadrageſimę tēpore inchoāte vnūquēque ad propria redire præcepit, ipſe autē Quadrageſimæ tempus ibidem exegit, ſed & Paſchæ ſollemnitatem Metis celebrauit. Poſt ſollemnitatem porro Paſchalem, atque Pentecoſtes venerabilem diem, ciuitatem Vangionum, quæ nunc VVormacia vocatur, ſecundum condictum ad celebrandum conuentum generalem abiit. vbi ei etiam filius Pipinus occurrit: nec Ludouicus alter eius filius defuit. More autem ſuo Imperator nequa-

quam conuentum iſtum à publica vtilitate vacare paſſus eſt. Diligenter namque in eo examinare ſtuduit, quid quique miſſorum in diuerſas partes directi egerint. Et quia aliqui Comitum in repreſſione & exterminatione latronũ ſegnes reperti ſunt: diuerſis ſententiis eorum ſegnitiem condigna inuectione caſtigauit: filióſque & populum admonuit, vt æquitatem diligerent; raptoréſque opprimerẽt, bonos quoſque & eorum poſſeſſiones, ab oppreſſione releuarent, interminatus etiam ſeueriorem in eos ſe i[illegible]raturum ſententiam, qui huic admonitioni non eſſent obtemperaturi. Quumque ab hoc placito populum dimitteret, & ſequens in Theodonis-villam poſt Paſcha conſtituiſſet: ad hiemãdum Aquiſgrani ſe cõtulit: filióque ſuo Lothario mãdauit vt nobiles quoſque ſuorum ad eundem locũ dirigeret, quatenus reconciliationis mutuę inter ſe & illũ ratio inueſtigaretur. Auguſta Iudith cum conſiliariis Imperatoris conſilio inito, eo quod valentia, vt videbatur, Imperatoris corpus mox deſtitueret, & mors ingrueret, & ſibi & Carolo periculum immineret, niſi aliquẽ fratrum ſibi aſciſcerent: coniectantéſque nullum filiorum Imperatoris tam con-

uenientem huic rei, ſicut Lotharium: hortati ſunt Imperatorem, vt ad eum miſſos pacificos mitteret, & ad hoc ipſum inuitaret. Qui vt paci ſemper ſtudens, ſemperque dilector pacis, atque amator firmitatis, quærebat non modo filios, ſed & inimicos ſibi charitate vniri, libenter aſſenſus eſt. In condicta porro villa, & tempore præfinito, affuere miſſi à filio, quos ipſe præcepit, plurimi: inter quos etiam VValla primus affuit. Cauſa autem prædicta ventilata atque ad calcem perducta, Imperator cum coniuge reconciliari voluit, primum ipſi VValæ, dimiſſis, quæcunque in eos commiſerat, delictis, multa alacritate & benignitate cordis; mandauitque per eum & cæteros filio miſſos, vt quantocyus veniret. Quod ſi faceret, conſultiſſime ſibi futurum ſciret. Qui redierunt & filio rem retulerunt: ſed ne mandatum Imperatoris ad effectum perduceretur, morbus ſebriſq; interceſſit, & VValam quidem rebus humanis abduxit, Lotharium vero lectulo deiiciens, maximo tempore languere fecit. Imperator vero clementiſſimus natura, vt filium aduerſa valetudine correptum audiuit, per miſſos fideliſſimos, ſcilicet Hugonem fratrem

ſuum, & Adalgarium Comitem, eum viſitauit; atque omnia eius incommoda reſcire ſtuduit, imitatus videlicet beatum Dauid, qui multis inſectationibus laceſſitus à filio mortem tamen eius ægerrime tulit. At vero poſtquam deſæuiente languore conualuit; nunciatum eſt Imperatori, eo quod conditiones ſacramentorum dudum promiſſas irrumperet, maximéque eccleſiam ſancti Petri, quam tam auus eius Pipinus quam pater eius Carolus, nec non ipſe in tutelam ſuſceperãt, homines eius crudeliſſima clade vexarent. Quæ res animum illius mitiſſimum adeo exaſperauit, vt quodammodo extraordinarie vt videbatur, miſſos dirigeret. Nullum pene ad tantum iter conficiendum, ſpatium tribuens, miſit legatos ad Lotharium commonens, ne talia fieri permitteret, monens vt memor eſſet, quia quando ei regnum Italiæ donauit, etiam curam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſimul commiſit: & quam ab aduerſariis defenſandam ſuſceperat, nequaquam à ſuis diripi permitteret: commonens etiam ſacramentorum nuper ab eo ſibi promiſſorum, ne forte obliuiſcens atque parui-

pendens ea diuinitatem offenderet; quod ſibi impuae non futurum, non ignoraret: ſimul etiam iubens parare ſibi ſtipendiarias annonas ſtatiuaſque congruas per omne iter, quod Romam tranſmittit. Dicebat enim ſe limina beatorum Apoſtolorum inuiſere velle. Quod ne fieret, irruptio Nordmannorum in Friſiam impediuit. Ad quorum inſolentiam comprimendam pergens, miſit miſſos ad Lotharium, Fulconem ſcilicet abbatem, & Richardum Comitem, nec non Adrebaldum Abbatem. Quorum Fulco & Richardus reſponſum ſibi à Lothario referrent: Adrebaldus porro Romam pergeret, Gregorium Papam de neceſſariis conſulturus, & voluntatem Imperatoris, cæteraque ſibi iniuncta perlaturus. Sed Lotharius de his conuentus, nec non de rebus quarundam Eccleſiarum ablatis, quę in Italia ſunt: quibuſdam annuit: quædam ſe non poſſe ſeruare reſpondit. & Fulco quidem atque Richardus Imperatori à Friſia poſt fugam Nordmannorum reuertenti, talia nunciant in Franconoford palatio: vbi ipſe autumnalem exercens venationem hiematum Aquaſgra-

ni ſeſe conuertit. At vero Adrebaldus Romam, vt iuſſum ſibi fuerat, peruenit, Dominum Gregorium Papam ægrotantem repperit, & maxime fluxu ſanguinis, qui licet ſenſim, continue tamen ex naribus defluebat. Sed tanta alacritate & gaudio ad verba Imperatoris & compaſſiones eius recreatus eſt, vt profiteretur ſe pene incommoditatis propriæ oblitum. Itaque & miſſum ad ſe opulentiſſime curauit apud ſe conſiſtentem, & ditiſſime munerauit recedentem, mittens cum eo duos Epiſcopos, Petrum Cētumcellenſis vrbis & Georgium Regionarium Romanæ vrbis ſimul Epiſcopum. Lotharius porro vt audiuit memoratorum Epiſcoporum ad Dominum Imperatorem aduentum, miſit Leonem, qui tum apud illum magni loci habebatur, Bononiam, qui magno intentato terrore, vltra progredi Epiſcopos prohibuit. Adrebaldus tamen Epiſtolam Imperatori deſtinatam, ab eis occulte ſuſcepit: & cuidam ſuorum ſub obtentu mendici, quouſque Alpes tranſiret, ferendam commiſit, ac poſt Imperatori porrexit. Ea tempeſtate quanta lues mortalis populum, qui Lotharium ſecutus eſt, inuaſerit, miſerabile eſt dictu. In breui enim,

id eſt, à Calẽdis Septembris vſque ad miſſam ſancti Martini, hi primores eius vita exceſſerunt: Ieſſe olim Ambianenſis Epiſcopus, Helias Trecaſſinæ vrbis Epiſcopus, VVala Corbeienſis monaſterij abbas, Matfridus, Hugo, Lambertus, Godofridus, itemque filius eius Godofridus, Albertus comes Pertenſis, Burgaretus quondam præfectus venatoribus regalibus, ſed & Richardus vix euaſit. Nam poſt non multum & ipſe moritur. Hi enim erant, quorum deceſſu dicebatur Francia nobilitate orbata: fortitudine, quaſi neruis ſuccisſis, euirata: prudentia his obeuntibus annullata. ſed his ſubrutis oſtendit Deus, quã ſalubre, quã laudabile ſit obſeruare, quod ex ore eius probatur procedere; Non glorietur, inquiens, ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitiis ſuis. Sed & Imperatoris animum quis miretur digne, quanta temperantia diuina gubernauerit clementia? Etenim hoc ſuſcepto nuntio nihil in ſe exultauit, nec morti inimicorum inſultauit; ſed pugno pectore tunſo, lachrymiſque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum ingenti gemitu precatus eſt. Hoc tempore Brittonnum impetus emotus eſt, ſed

tam facile conquieuit, quam Imperator in eum ſpem poſuit : cui veraciſſime dicitur: ſubeſt enim tibi Domine quum volueris, poſſe. In ipſis etiam diebus in quibus purificatio beatiſſimæ ſemper virginis Mariæ celebratur, conuentus quidem magnus, ſed præcipue Epiſcoporum, Aquiſgrani cōuenit, in quo quum de aliis vtilitatibus Eccleſiæ neceſſariis, tum præcipue de his rebus queſtum eſt, quas Pipinus & ſui multis Eccleſiis abſtulerūt. Ob quam rem Imperialis auctoritatis & communis conſilij commonitorium ordinatur: quibus cōmoneretur Pipinus & ſui cū quanto periculo res Eccleſiaſticas peruaſerint. Quæ res proſperum ſuſcepit exitum. Nam Pipinus monita pij patris ſanctorumque virorum libenter ſuſcipiens, omnia inuaſa, etiā per auunculi ſui impreſſionem, obedienter reſtituit. Proximum huic placito conuentum Imperator in pago Lugdunenſi habuit, tempore æſtiuo, in loco qui vocatur Stramiacus, cum Pipino & Ludouico filiis. Nam quod Lotharius non affuit, inualentia ægritudinis ſupra dictæ obfuit. In quo cauſam Eccleſiarum Lugdunenſis atque Viennenſis vacantium ventilari fecit, eo quod Epiſcopi dudum illarum, Ago-

bardus quidem iuſſus ad rationem non venerit reddendam; Bernardus autem Viennenſis affuerit quidem, ſed rurſus fugam inierit. Sed hæc quidem res imperfecta remanſit, propter abſentiam vt prædictum eſt Epiſcoporum. Sed & cauſa Gothorum ibidem ventilata eſt, quorum alij partibus Bernardi fauebant: alij ducebantur fauore Beringarij Huronici quondam Comitis filij. Sed Beringario immatura morte prærepto, apud Bernardum poteſtas Septimaniæ quã maxima remanſit, legatis illuc miſſis, qui ea quæ indigebant correctione, in meliorem componerent ſtatum. His peractis & iam filiis populoque dimiſſis, Imperator autumnali venatione peracta, ad miſſam ſancti Martini Aquiſgrani rediit, & hiemem ibidem exegit, natalem quoque Domini, itemque Paſchalem ſolemnitatem, iuxta morem debitum & ſibi ſemper familiariſſimum, ibidé celebrauit. At vero mediante feſtiuitate Paſchali dirum ſemper ac triſte portẽtum ibidem cometæ ſidus in ſigno Virginis apparuit, in ea parte eiuſdẽ ſigni qua penulã eius ſubtus caudam vero ſerpentis ſimiliter coruumq; conſtringũt. Quod quũ non more errantium ſeptem ſyderum orien-

rem verſus peteret: per viginti quinque dies, quod mirum eſt dictu, idem ſidus & Leonis & Cancri nec non Geminorum tranſiens ſigna, in capite Tauri tandem ſub Aurigæ pedes, igneum globum, iubarumque prolixitatem depoſuit, quas vſquequaque porrexerat antea. Quam rem quum primum Imperator talium ſtudioſiſſimus conſpexiſſet, conſtitit, & antequam quieti membra committeret, accitum quendam, itemque me, qui hæc ſcripſi, & qui huius rei ſcientiam habere credebar, percontari ſtuduit, quid ſuper ea mihi videtreur. A quo quum tempus peterem, quo faciem ſideris conſiderarem, ac per hæc rei veritatem inueſtigarem, & cognitam in craſtinum nuntiarem, Imperator ratus quod erat verum, tempus me redimere velle, ne cogerer triſte aliquid reſpondere; perge, inquit, in mœnia huic domui contigua, & nobis quæ reſpexeris, nuntia. Noui enim à me hanc ſtellam nequaquam præterita veſpera viſam, vel à te monſtratam, ſed ſcio hoc ſignum cometarum eſſe: de quo iam præteritis diebus locuti ſumus. Quid autem tibi portendere videatur, edicito. Quumque aliquid dicerem, & aliqua tacuiſſem: Vnum eſt, inquit,

quod adhuc ſilentio premis. Mutationem enim regni, mortemque principis hoc portento monſtrari dicunt. Quũque ergo teſtimonium prophetæ in medium protuliſſem, quo dicitur, à ſignis cęli ne timueritis quæ pauent gentes, ille ſolita vſus magnanimitate & prudentia, Non alium, inquit, timere debemus pręter illum, qui noſtri & huius ſideris creator eſt: ſed eius clementiam non ſatis laudare & mirari poſſumus, qui noſtram inertiam, quum ſimus peccatores & impœnitentes, talibus indiciis dignatur admonere. Quia ergo & me & omnes communiter hoc oſtentum tangit, omnes pro poſſe & ſapere, ad meliora feſtinemus, ne forte miſericordiam illo prærogante, & noſtra impœnitudine impediente, nos illa inueniamur indigni. His dictis & ipſe pauliſper mero indulſit, & omnibus id facere iuſſit, & vnumquẽque ad ſua ſe colligere præcepit, noctemque illam, vt nobis perlatum eſt, peruigilem duxit, ac Dei laudibus & obſecrationibus honeratã, luci ſuperueniẽti præſentauit: in cuius crepuſculo miniſtros aulicos vocauit, & eleemoſynas quã largiſſime pauperibus ac ſeruis Dei, tam monachis, quã canonicis porrigi iuſſit; miſſarumque ſolem-

nia per quoſcunque potuit celebrari fecit: non tantum ſibi metuens, quantum Eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens. Quibus rite diſpoſitis vt ordinauerat, venatum in Arduennā perrexit. Quod vt dicebant, vltra ſolitum ei proſperrime ceſſit: omniaque quæ illo tempore illi placuere, proſpero euentu cucurrerunt. Præterea inſiſtente Auguſta & miniſtris palatinis quandam partē Imperij Imperator filio ſuo dilectiſſimo Carolo Aquiſgrani tradidit; ſed quia inofficioſa remanſit, à nobis quoque ſilentio premitur. Quam rē auditam quum fratres eius ęgre tuliſſent, mutuum iniere colloquium; ſed nil ſe contraire poſſe intuentes, & cęptum diſſimulantes, motus patris, qui ex hoc accidiſſe videbantur, facillime compoſuere. In his Imperator tota æſtate conſiſtens, indixit generalem conuentum, autumni tempore, id eſt Septembri mediante, in Cariſiaco. In quo loco & tēpore filius eius Pipinus ab Aquitania ad eum venit, & ipſi conuentui interfuit. Vbi Dominus Imperator filium ſuum Carolum armis virilibus, id eſt enſe cinxit, corona regali caput inſigniuit, partemque regni quam homonymus eius Carolus habuit, id eſt Neuſtriam attribuit. Itaque Domi-

nus Imperator inter filios, quantum ſibi poſſibile fuit, coagulo beneuolentię firmato Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem regni ipſi attributam dimiſit, & præſentes quidem Neuſtriæ prouincię primores, Carolo manus dederunt, & fidelitatem ſacramento obſtrinxerunt, abſentium autem quiſque poſtea idem fecerunt. In eodem loco & tempore pene omnes Septimaniæ nobiles affuerunt, cõquerentes aduerſus Bernardum ducem illarum partium, eo quod illius ſatellites tã rebus Eccleſiaſticis quam priuatis, abſque vllo reſpectu diuino humanoque, pro libito abuterentur. Vnde petierunt, vt dominus Imperator ſub ſuæ protectionis munimine eos ſuſciperet, & poſt hæc tales miſſos in eandem terram dirigeret, qui & poteſtate & prudentia de ablatis æquo libramine penderent, & auitam eis legem conſeruarent. Ad quod peragendum miſſi ſunt, ſecundum poſtulationem eorum & Domini Imperatoris electionem, Bonifacius Comes, & Donatus itidem Comes: ſed & Adrebaldus Flauianicenſis monaſterij abbas. His rite peractis Imperator ab eo loco diuertit, & venationi autumnali iuxta morem operam dedit, & ad tempora hiemalia

malia exigēda ſe Aquiſgrani collegit. Qua hieme tranſacta, Kalendis Iunij ſæuus cometæ ignis in ſigno Scorpionis apparuit, non multo poſt ſolis occubitum. Cuius minacem vultum non multo poſt exceſſus Pipini eſt ſubſecutus. Interea Iudith Auguſta conſilij, quod pridem cum conſiliariis aulicis cæteriſque regni Francorum nobilibus inierat, nequaquam immemor perſuaſit Imperatori, quatenus ad Lotharium filium ſuum miſſos mitteret, qui eum ad patrem inuitarent ea conditione, vt ſi fratris ſui Caroli dilector & adiutor tutorque & protector eſſe vellet, veniret ad patrem & ſciret ſe ab eo omniū perperam geſtorum indulgentiam adepturum; ſimul & medietatem Imperij, excepta Baioaria, conſecuturum. Quæ res tam Lothario quam ſuis per omnia vtilis viſa eſt. Venit ergo iuxta condictum ad VVormaciam poſt Paſchæ ſolemnitatem, quem pater cum multa alacritate ſuſcepit, & dapſiliter ſuos curare præcepit, & ſicut mandauerat vniuerſa peregit, intantum vt ei datis triduo induciis, vniuerſum imperium ſuum cum ſuis ipſe diuideret, ſi ita liberet, ita tamen, vt partium electio penes Imperatorem & Carolum

maneret, ſin aliter vero partitionem Imperij Imperatori & Carolo faciendam magis cenſeret. Itaque Lotharius cum ſuis diuiſionem regni domino Imperatori pro ſuo libitu committunt, affirmantes ſe hanc diuiſionem nequaquam exequi poſſe propter ignorantiam locorum. Igitur Imperator cum ſuis, æquo vt ſibi ſuiſque viſum eſt libramine, omne ſuum diuiſit imperium, præter Baioariam quam Ludouico reliquit, atque ideo in partem eorum nemini ceſſit. His peractis & filiis vniuerſoque populo euocatis, data ſibi optione, Lotharius à fluuio Moſa auſtralem ſibi partem tenendam delegit: occiduam vero Carolo fratri habendam reliquit, & vt haberet coram cuncto populo ſe velle verbo ſignauit. Imperator vero lætabatur in his, & cunctus populus talibus factis applaudens, omnia ſibi placere dicebat. At vero Ludouici animum non parum hæc geſta læſerunt. Imperator porro pro his geſtis Deo gratias agebat: filioſque monebat vt vnanimes eſſēt, & ſe alterutro tuerentur: & Lotharius quidem iunioris fratris curam gereret, cuius ſe ſpiritualem eſſe patrem meminiſſe deberet: Carolus autem tanquam patri ſpiri-

tuali, & fratri ſeniori debitum honorem deferret. Quumque hoc tanquam veræ pacis amator peregiſſet, & inter fratres mutuam dilectionem, & inter vtriuſque filij populum, quantum ſibi poſſe datum eſt, alternum ſeuiſſet amorem, lætus Lotharium in Italiam lætum dimiſit, multis muneribus ditatũ, donatum benedictionibus paternis, & monitum ne obliuiſceretur ſaltem nuper ſibi promiſſorum. Egit ergo Natalis Domini atque Paſchę ſolemnitatem celeberrime Aquis. Ludouicus vero audiens huiuſmodi patris erga fratres ſuos voluntatem & regni inter eos diuiſionem, non tulit. Ideoque quicquid regni trans Renum fuit, ſibi adſcribendum putauit & vindicandum ſtatuit. Quod quum Imperatori delatum eſſet, in tranſactam feſtiuitatem Paſchalem differẽdum iudicauit: qua peracta nequaquam procraſtinandum in talibus ratus, cum multis viribus Renum quidem apud Mogontiacum tranſiit & Triburas venit, ibique aliquamdiu ad colligendum exercitum conſedit. Quo coacto, vſque * Bedonniam perrexit, ibique filius quanquam inuitus, ſupplex venit, & increpatus ab eo, male ſe egiſſe confeſſus, emendaturumque ſe per- *Hodomiæ*

peram geſta profeſſus eſt. At Imperator conſueta & ſibi ſemper amica vtens manſuetudine, & filio indulſit; & eum verbis primum, vt dignum fuit, paululum aſperis increpauit, poſt autem lenioribus demultum, in regno reliquit: atque in redeundo Renum in loco, qui Confluens dicitur, tranſmeauit in Arduenna venationem ſolitam peracturus. In qua quum exerceretur, nuncij ad eum certiſſimi venerunt, affirmantes quod verum erat, aliquos Aquitanorum ſuam ſententiam expectare, qualiter res Aquitanici regni ordinaretur: aliquos autem indigne ferre, quod audierint Carolo à patre idem regnum traditum. Nam Imperatore de talibus ſollicito, Ebroinus nobiliſſimus Pictauenſis Epiſcopus Flateram aduenit, nuncians tam ſe quam cæteros primores eiuſdem regni expectare Imperatoris voluntatem, & imperantis exequi velle iuſſionem. Erant enim in hac voluntate conſpirantes maximi quique procerum: quorum eminentes erant, ſcilicet ipſe Ebroinus venerabilis Epiſcopus, Reginardus Comes, Gerardus itidem Comes & gener quondam Pipini; nec non Hiratarius ſimiliter Comes Pipini gener, ſed & alij

complures horum ſequentes voluntatem, nullo poterant pacto ſeiungi. At vero altera pars populi, quorum vel maximus fuit Emenus quidam, aſſumentes filium quondam Pipini regis, Pipinum itidem nomine, quaquauerſum poterant, vagabantur, ſicut moris talibus eſt, prædationibus atque tyrannidi operam dantes. Petebat ergo præfatus antiſtes Ebroinus Imperatorem, ne in longum differret hunc morbum ſerpentem, ſed mature mederetur per ſuum aduentum tali incommodo, antequam tanta lues plurimos inficere poſſet. Imperator porro præfatum Epiſcopum in Aquitaniam cum multis gratiarum actionibus remiſit: & quæ viſa ſunt ſuis fidelibus mandauit: & vt ſibi autumni tempore aliqui eorum in Cabillono occurrerent imperauit. Ibi enim generalem indixit conuentum. Nullus porro ſucccenſeat Imperatori, quod dictante crudelitate, nepotem ſuum regno priuare voluerit. quum ipſe moré gentis natiuum nouerit, vtpote cõnutritus illis, & quia leuitati atque aliis ſtudentes ſunt vitiis, grauitati atque ſtabilitati penitus renunciarunt; & vt talem Pipinum fratrem eius facere poſſent, pene omnes qui ob cuſtodelam ei

miſſi erant, ſicut ſibi olim à patre Carolo dati fuerant, ab Aquitaniæ finibus eliminauerunt. Poſt quorum abſceſſum quanta & qualia emerſerint malorum vitiorumque monſtra & publica & priuata in eodem regno, moderna quoque præſentium ſtudia repręſentāt. Volebat piiſſimus Imperator pie & rationabiliter educari puerum, ne vitiis proſtitutus nec ſibi nec aliis præeſſe & prodeſſe poſtea poſſet, cogitans illud, quod quidam qui filiis in teneriori ætate adhuc poſitis tradere regnum nollet, taliter ſe excuſaſſe legitur: Ego enim non quod inuideam ex me genitis, honorifice eos haberi veto, ſed quia noui adoleſcentibus hæc ſtudia, ferociæ nutrimenta ſuggerere. Itaque Imperator vti condixerat, tempore autumnali Cabillonenſem vrbem petiit, & tam eccleſiaſtica quā publica ſuo more diſpoſuit. Deinde ad regni Aquitanici ordinationem ſe conuertit. Nam cum regina mouit ab eodem loco, & filio ſuo Carolo, & valida manu, & Ligeri amne tranſmiſſo Aruernorum vrbem petiit. Ibique fideles ſuos ſibi occurrentes, benigne iuxta morem ſolitum ſuſcepit, & ſuo filio Carolo cum ſolitis ſacramentis commendari fecit: quoſdam

qui occurſum debitum fidelitatemque ſibi impendere denegarunt, ſed inſuper latrocinando cum exercitu obambulabant, & quaſcunque poterant prædas exercebant, comprehenſos legali quæſtioni iuſſit ſubdere. Hæc eo agente Natalis Domini feſtiuitas rediit, eandemque ſolemnitatem Pictauis cum debito & ſolito honore celebrauit: ibidemque moranti, & quæ vtilitas poſcebat, diſponenti, nuncius illi aduenit, dicens Ludouicum filium ſuum aſſumptis quibuſdam Saxonibus atque Thoringis ſecum, Alamanniam inuaſiſſe. Quæ res maximum incommodum ei peperit. Etenim quum iam ſenili ætate grauaretur, & phlegmatis abundantia quæ hieme augmentatur, vltra ſolitum pulmo eius grauaretur, pectuſque quateretur, acceſſit etiam hic triſtis nuncius. Cuius relatu adeo affectus eſt amaritudine, quamuis eſſet pene vltra humanum modum natura mitiſſimus, fortitudine magnanimus, pietate cautiſſimus: vt in apoſtema pituita excreſcens dureſceret, & intra vitalia vlcus letale concreſceret. Inuictus tamen illius animus, dum turbari tali peſte Eccleſiam Dei, populumque Chriſtianum vexari comperit, nec faſtidio ceſ-

DCCCXXXVIII.

ſit, nec dolori fractus ſuccubuit. Sed poſtquam ſanctum Quadrageſimale ieiunium cum vxore & filio Carolo inchoauit, aduerſus hanc tempeſtatem ſedandam ſe obicem tulit; & qui ſolitus erat hoc tempus pſalmorum decantatione, orationū inſtantia, miſſarum celebratione, eleemoſynarū liberalitate, cum ſumma deuotione totum ſolemne reddere, ita vt vix vno aut duobus diebus propter exercitationem equitationi indulgeret: nunc propter diſcordiam fugandam pacemque reuocandam nullum diem habere feriatum voluit. Paſtoris enim boni exemplum ſequens, pro vtilitate gregis ſibi commiſſi, non refugiebat etiam proprij corporis iacturam ferre. Vnde non ambigendum eſt ei redditum præmium, quod ita laborantibus ſe daturum promiſit maximus pater, princepſque paſtorum. Cum maxima igitur fatigatione impugnantibus valentiam illius præmiſſis caſibus, peruenit imminente ſacratiſſima Paſchali ſolemnitate Aquaſgrani, ibique eam cum ſolita deuotione celebrauit. Qua explicita, cæptum negotium accelerauit explere. Nam Reno trāſmeato Toringiam continuato itinere penetrauit: ibi Ludouicum morari per id tempus di-

dicit. In qua quum eum conſcientia morari non pateretur, vt pote iam patre propinquante, rebus etiam diffideret, ſalutem in fugæ ſubſidio poſuit. redempto enim itinere per Sclauorum terram in propria rediit. Quo illo redeunte Imperator generalem conuentum in vrbe Vangionum quæ nunc VVormatia dicitur, congregari prꝗcepit. Et quia res Ludouici taliter ſe habebát, Carolus autem filius eius cum matre in Aquitania verſabatur, Imperator ad filium ſuum Lotharium in Italiam miſit, iubens vt eidem placito intereſſet, quatenus cum eo & aliis de hac re deliberaret.

Quo in tempore deliquium ſolis contigit, tertia die letaniæ maioris, inſolito modo. in tantum enim lucis receſſu tenebræ præualuerunt, vt nihil à noctis veritate differre videretur. Stellarum namque ratus ordo ita cernebatur, vt nullum ſidus lucis ſolaris hebetudinem pateretur, quin potius luna quæ ſe ei aduerſam præbuerat, paulatim orientem petendo primum corniculatim illi lumẽ à parte occidẽtali reſtitueret, in morem ſui, quando prima vel ſecunda cernitur: & ſic per augmenta totam venuſtatem, tota rota ſolis reciperet. Quod prodigium licet naturæ adſcribatur, tamẽ

lamentabili exitu conſummatum eſt. Portendebatur enim per hoc maximum illud lumen mortalium, quod in domo Dei ſupra candelabrum poſitum omnibus lucebat, piiſſimæ recordationis Imperatorem dico, maturrime rebus humanis ſubtrahēdum, mūdumque eius deceſſu in tenebris tribulationum relinquendum. Cœpit ergo faſtidio tabeſcere, & nauſeanti ſtomacho ad cibum potumque intendere, crebris ſuſpiriis vrgeri, ſingultibus quati, ac per hoc virtute deſtitui. Natura enim ſuis deſerta comitibus, neceſſe eſt vt victa fatiſcat. Quod cernens iuſſit ſibi parari habitacula æſtiua atque expeditionalia, in inſula quadam cōtigua Mogontiacæ ciuitati, ibique viribus deſertus, lectulo ſeſe committit.

Porro quis explicet eius pro Eccleſiæ ſtatu ſollicitudinem, vel pro eius concuſſione mærorem? Quis enarrare lachrymarum flumina, quas pro acceleratione diuinæ clementiæ fundebat. Non enim ſe receſſurum dolebat, ſed quod futurum nouerat gemebat, dicens ſe miſerū, cuius extrema clauderētur talibus * inferiis. Aderant autem eius conſolationi venerabiles antiſtites, & alij ſerui Dei quam plurimi: inter quos erant Hethius venerabilis Tre-

*miſeriis*

uerorum Archiepiſcopus, Otgarius Mogontiæ ſimiliter Archiepiſcopus: ſed & Drogo frater Domini Imperatoris Metenſis Epiſcopus, nec non ſacri palatij Archicapellanus. Quem quanto ſibi propinquiorem nouerat, tanto ei familiarius ſua omnia, & ſemet credebat. Per eundem quotidie confeſſionis munus, ſacrificium ſpiritus contribulati & cordis humiliati, quod Deus non deſpicit, offerebat. Cibus eius erat ſolummodo per dies quadraginta Dominicum corpus, laudante eo iuſtitiam Dei & dicente: Iuſtus es Domine, vt quia Quadrageſimæ tempus non ieiunans exegi, ſaltem coactus idem ieiunium tibi exſoluam. Iuſſit autem eidem venerabili fratri ſuo Drogoni, vt miniſtros cameræ ſuæ ante ſe venire faceret, & rem familiarẽ, quæ conſtabat in ornamentis regalibus ſcilicet coronis, & armis, vaſis, libris, ſacerdotalibuſque veſtibus, per ſingula deſcribi iuberet. Cui prout ſibi viſum fuit, quid Eccleſiis, quid pauperibus, poſtremo quid filiis elargiri deberet, edixerat, Lothario & Carolo ſcilicet. Et Lothario quidem coronam, enſem, vulgus auro gemmiſque redimitum, eo tenore habendum miſit, vt fidem Carolo & Iudith ſeruaret,

& totam regni portionem illi conſentiret & tueretur, quam Deo teſte, & proceribus palatij, ille ſecum & ante ſe largitus ei fuerat. His rite peractis gratias Deo egit, quod nihil ſupereſſe proprium cognouit. Inter hæc tam venerabilis antiſtes Drogo, quam cæteri pontifices, dum in cunctis quæ agebantur Deo grates perſoluerent: vt pote quia videbant quod eum, quem chorus virtutum ſemper comitatus fuerat, nunc perſeuerantia ſubſequens, quaſi cauda hoſtiæ totum eius vitæ ſacrificium, Deo prorſus acceptum reddebat: vnum erat quo gaudium eorum obfuſcabatur. Verebantur enim ne forte filio Ludouico implacabilis eſſe vellet, ſcientes quod vulnus frequenter inciſum, aut cauterio aduſtum, acerbiorem dolorem ſuſtinenti propagaret; ſiſi tamen de eius inuicta patientia qua ſemper vſus eſt, per Drogonem fratrem eius, cuius verba ſpernere nolebat, animum eius leniter pulſant. Qui primum quidem amaritudinem ſui animi demonſtrat, at vero parumper deliberans, & viribus quantuliſcunque collectis enumerare conabatur, quot & quantis incommodis ab eo afflictus ſit, & quid contra naturam & Domini præceptum talia agen-

do commeruerit. Sed quia ipſe, inquit, ad me venire ſatisfacturus nequit, ego quod meũ eſt ago, vobis teſtibus & Deo omnia quæ in me peccauit, illi remitto: veſtrũ autẽ erit illũ monere, vt ſi ego illi totiens perperam geſta indulſerim, ille tamen ſui non obliuiſcatur qui canos paternos deducit cum dolore ad mortem, & in talibus communis patris Dei præcepta minaſque contempſit. His peractis & dictis (erat enim veſpere Sabbati) præcepit, vt ante ſe celebrarentur vigiliæ nocturnæ, & ligno ſanctæ crucis pectus ſuum muniretur: & quãdiu valebat, manu propria tam frontem, quam pectus eodem ſignaculo inſignibat. Si quando laſſabatur, per manus fratris ſui Drogonis, nutu id fieri poſcebat. Manſit ergo tota illa nocta omnis virtutis corporeæ inops, ſolius ſobrietatis animi compos. In craſtinum, quę erat dñica, iuſſit miniſterium altaris præparari, & per officium Drogonis miſſarũ ſolemnia celebrari, nec non per manus eius, iuxta morem cõmunionem ſacram ſibi dari, & poſt hæc cuiuſdam potiunculæ calidulæ hauſtum præberi. Quo perpaululum prælibato, precatus eſt fratrem & ſimul aſtantes, vt curan-

dis corporibus operam darent, ſe tamdiu præſtolaturum quamdiu illi refici poſſent. Inſtante autem migrationis eius articulo, iuncto pollice cum articulis, hoc enim facere conſueuerat, ſi quando fratrem nutu vocabat, Drogonem accerſiuit. Quo veniente & reliquis ſacerdotibus, verbis quibus potuit & nutibus ſe commendans, benedici petiuit, & quæ ſolent agi in egreſſu animæ, fieri poſtulauit. Quibus id agentibus, ſicut plures mihi retulerunt, conuerſa acie in ſiniſtram partem, indignando quodammodo, virtute quanta potuit, dixit bis: Huz Huz, quod ſignificat foras foras. Vnde patet, quia malignum ſpiritum vidit, cuius ſocietaté nec viuus nec moriens habere voluit. At vero eleuatis ad cælum oculis, quanto huc minacius intuebatur, tanto illuc lætius intendebat, ita vt nihil à ridente differre videretur. In talibus ergo vitæ præſentis terminum ſortitus, ad requiem feliciter, vt credimus, commigrauit, quia veraciter dictum eſt à veridico doctore: Non poteſt male mori qui bene vixerit. Deceſſit autem XII. Kalendas Iulij, anno vitæ ſuæ ſexageſimo quarto: & Aquitaniæ quidem præfuit per annos triginta ſeptem, imperauit vero viginti ſe-

ptem. Anima porro recedente, Drogo frater eius & Epiſcopus Mettenſis, cum aliis Epiſcopis, abbatibus, Comitibus, vaſſis dominicis, plurimaque frequentia tam cleri quam populi, ſumptis Imperatoris reliquiis cum magno honore Metis tranſportari fecit: & in baſilica ſancti Arnulfi, quo & mater eius condita eſt, nobiliter ſepeliuit.

*Finiunt vita & actus glorioſi principis inuicti & Orthodoxi Imperatoris Hludouici Pij.*

Gaſp Bruſ. in Ll Monaſt. Germ. pag 28.

*Extatque hodieque Metis Ludouici Pij Epitaphium tranſlato nuper tumulo olim inſcriptum.*

*Imperij fulmen, Francorum nobile culmen,*
*Excitus à ſæculo conditur hoc tumulo.*
*Rex Hludouuicus pietatis tantus amicus,*
*Quod Pius à populo dicitur & titulo,*
*Hildegard ſoboles, Karoli Magni pia proles,*
*In pacis metas colligit hunc pietas.*
*Rumelicum villam quicquidque refertur ad illã*
*Arnulfi ſancti contulit huicque loco.*
*Stirps à quo procerum regumque vel Imperatorũ*
*Quo cum muneribus ſiſtitur hicque locus.*

# EX ARCHIVIS METROPOLITANÆ NARBONENSIS ECCLESIÆ.

*Hoc eſt præceptum remiſſionis ſiue conceſſionis quod fecit Ludouicus Imperator Hiſpanis qui ad ſe confugerant.*

IN NOMINE DOMINI Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris præſentibus ſcilicet & futuris in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, Prouinciæ,& Hiſpaniæ conſiſtentibus.

Sicut nullius veſtrum notitiam effugiſſe putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppreſſionem & crudeliſſimum iugum quod eorum ceruicibus inimiciſſima Chriſtianitati gens Sarracenorum impoſuit, relictis propriis habitationibus & facultatibus quæ ad eos hereditario iure pertinebant, de partibus Hiſpaniæ ad nos confugerunt, & in Septimania atque in ea portione Hiſpaniæ, quę à noſtris Marchionibus in ſolitudinem redacta fuit, ſeſe ad habitandum contulerunt, & à Sarracenorumpoteſtate ſe ſubtrahentes noſtro dominio

minio libera & prompta voluntate ſe ſubdiderunt: ita ad omnium hominum notitiam peruenire volumus, quod eoſdem homines ſub protectione & defenſione noſtra receptos in libertate conſeruare decreuimus, eo videlicet modo, vt ſicut cęteri liberi homines cum Comite ſuo in exercitum pergant, & in marcha noſtra iuxta rationabilem eiuſdē Comitis ordinationē atque admonitionem, explorationes & excubias, quod vſitato vocabulo vvactas dicunt, facere non negligant, & miſſis noſtris aut filij noſtri quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tráſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubuectionem eorum veredas donent. Alius vero cenſus ab eis neq; à Comite neque à iunioribus & miniſterialibus eius exigatur. Ipſe vero pro maioribus cauſis, ſicut ſunt homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum inuaſiones, & vndecunque à vicino ſuo aut criminaliter aut ciuiliter fuerit accuſatus & ad placitum venire iuſſus, ad Comitis ſui mallum omnimodis venire non recuſent. Cæteras vero minores cauſas more, ſicut hactenus fe-

ciſſe noſcuntur. Inter ſe mutuo definire non prohibeantur. Et ſi quiſpiam eorum in partem quam ille ad habitandũ ſibi occupauerat, alios homines vndecunque veniẽtes attraxerit, & ſecum in portione ſua, quam ad portionem vocant, habitare fecerit, vtatur illorum ſeruitio abſque alicuius contradictione vel impedimento, & liceat illi eos diſtringere ad iuſtitias faciendas quales ipſi inter ſe definire poſſunt. Cætera vero iudicia, id eſt criminales actiones, ad examen Comitis reſeruentur. Et ſi aliquis ex his hominibus qui ab eorum aliquo attractus eſt & in ſua portione collocatus, locum reliquerit, locus tamen qui relictus eſt, à Domino illius qui eum prius tenebat, non recedat. Quod ſi illi propter lenitatem & manſuetudinem Comitis ſui, eidem Comiti, honoris & obſequij gratia, quippiam de rebus ſuis exhibuerunt, non hoc eis pro tributo vel cenſu aliquo computetur, aut Comes ille vel ſucceſſores eius hoc in conſuetudinem præſumant, neque eos ſibi vel hominibus ſuis aut manſionaticos parare, aut veredas dare, aut vllum cenſum vel tributum aut obſequium, præter id quod iam ſuperius comprehenſum

eſt, præſtare cogat: ſed liceat tam iſtis Hiſpanis qui præſenti tempore in prædictis locis reſident, quam his qui adhuc ad noſtram fidem de iniquorum poteſtate fugiendo confluxerint, & in deſertis atque in incultis locis per noſtram vel Comitis noſtri licentiam conſidentes ædificia fecerint & agros incoluerint, iuxta ſupra dictum modum ſub noſtra defenſione atque protectione in libertate reſidere, & nobis ea quæ ſuperius diximus tam cum Comite ſuo quam cum Miſſis eius, pro temporum opportunitate, alacriter atque fideliter exhibere. Nouerint tamen idem Hiſpani ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, vt ſe in vaſſaticum Comitibus noſtris, more ſolito commendent, & ſi beneficium aliquod quiſpiam eorum ab eo cui ſe commendauit, fuerit conſequutus, ſciat ſe de illo tale obſequium ſeniori ſuo exhibere debere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio ſenioribus ſuis exhibere ſolent. Idcirco has noſtræ auctoritatis literas eis dare decreuimus, per quas decernimus atque iubemus, vt hæc noſtræ liberalitatis & manſuetudinis conſtitutio ergà illas tenore perpetuo ab om-

nibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris inuiolabiliter conſeruetur : cuius conſtitutionis in vnaquaque ciuitate vbi prædicti Hiſpani habitare noſcuntur, tres deſcriptiones eſſe volumus, vnam quam Epiſcopus ipſius ciuitatis habeat, & alteram quam Comes, & tertiam ipſi Hiſpani qui in eodem loco conuerſantur. Exemplar vero earum in Archiuo palatij noſtri cenſuimus reponendum, vt ex illius inſpectione ſi quando, vt fieri ſolet, aut ipſi ſe reclamauerunt, aut comes vel quiſlibet alter contra eos cauſam habuerit, definitio litis fieri poſſit: hãc quippe cõſtitutionẽ, vt per diuturna tẽpora à fidelibus ſãctæ Eccleſiæ Dei & noſtris & verius credatur & diligentius conſeruetur, manu propria ſuſcripſimus & anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signũ Domini Ludouici ſereniſſimi Imperatoris. Durandus diaconus ad vicẽ Heliſachar recognouit. Datũ Kalẽd. Ianuarias anno Chriſto propicio Imperij domni Ludouici piiſſimi Auguſti, indict. VIII. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

*Aliud præceptum conceſsionis.*

IN NOMINE DOMINI Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti LVDOVICVS diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris tam pręſentibus quam & futuris ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris. Quia poſtquam Hiſpani qui de poteſtate Sarracenorum ſe ſubtraxerunt, & ad noſtram ſeu genitoris noſtri fidem ſe contulerunt, & præceptum auctoritatis noſtræ, qualiter in regno noſtro cum ſuis comitibus conuerſari, & noſtrum ſeruitium peragere deberēt, ſcribere & eis dare iuſſimus: querimoniam aliqui ex his Hiſpanis noſtris auribus retulerunt duo capita continentem, quorum vnum eſt, quod quando idem Hiſpani in noſtrum regnum venerunt, & locum deſertum quē ad habitandum occupauerunt, per præceptum Domini & genitoris noſtri ac noſtrum ſibi ac ſucceſſoribus ſuis ad poſſidendum adepti ſunt, hi qui inter eos maiores & potentiores erant ad Palatium venientes, ipſi præcepta regalia ſuſceperunt, quibus ſuſceptis eos qui inter

illos minores & infirmiores erant, loca tamen ſua bene excoluiſſe videbantur, per illorum præceptorum auctoritatem aut penitus ab eiſdem locis depellere, aut ſibi ad ſeruiendum ſubiicere conati ſunt: Alterum eſt, quod ſimili modo de Hiſpania venientes & ad Comites ſiue vaſſos noſtros· vel etiam ad vaſſos Comitum commendauerunt, & ad habitandum atque excolendum deſerta loca acceperunt, quæ vbi ab eis exculta ſunt, ex quibuſlibet occaſionibus eos inde expellere & ad opus proprium retinere, aut aliis propter præmium dare voluerunt. Quorum neutrum iuſtum aut rationabile nobis eſſe videtur. Et ideo per hanc noſtræ præceptionis auctoritatem decernimus atque iubemus, vt hi qui vel noſtrum, vel domini & genitoris noſtri præceptum accipere meruerunt, hoc quod ipſi cum ſuis hominibus de deſerto excoluerunt, per noſtram conceſſionem habeant. Cæteri vero qui ſimul cum eis venerunt & loca deſerta occupauerunt, quicquid de incerto excoluerunt, abſque vllius inquietudine poſſideant tam ipſi quam illorum poſteritas: ita duntaxat vt ſeruitium noſtrum cum illo qui

Inſerto

ipſum præceptum accepit pro modo poſſeſſionis quam tenet, facere debeat. Hi vero qui poſtea venerunt, & ſi aut Comitibus, aut Vaſſis noſtris, aut paribus ſuis ſe commendauerunt, & ab eis terras ad habitandum acceperunt, ſub tali forma eas in futurum & ipſi poſſideant & ſuæ poſteritati derelinquant. Hoc noſtræ auctoritatis decretum non ſolum erga præteritos & præſentes, verum etiam erga futuros qui adhuc ex illis partibus ad noſtram fidem venturi ſunt, conſeruandum ſtatuimus, ac de conſtitutione noſtra ſeptem præcepta vno tenore conſcribere iuſſimus: Quorum vnum in Narbona, alterum in Carcaſſona, tertium in Roſciliona, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, ſextum in Gerunda, ſeptimum in Biterris haberi præcepimus, & exemplar eorum in Archiuo palatij noſtri, vt prædicti Hiſpani ab illis ſeptem exemplaria accipere & habere poſſint; & per exemplar quod in palatio retinemus, ſi rurſum querela nobis delata fuerit, facilius poſſit definiri. Et vt hæc noſtræ auctoritatis conſtitutio firmiorem obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ

Dei Eccleſiæ, plenius per tempora conſeruetur, manu propria ſubterfirmauimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Data IIII. Id. Februarij anno Chriſto propitio, tertio Imperij Domini Ludouici piiſſimi Auguſti, indict. VIIII. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen. Arnaldus ad vicem Heliſachar recognouit.

# NITHARDI ANGILBERTI FILII KAROLI MAGNI IMP. EX BERTHA FILIA NEPOTIS

## *De diſſenſionibus filiorum Lodhuuici Pij ad annum vſque* DCCCXLIII. *Libri quatuor.*

### INCIPIT LIBER PRIMVS.

CVM, vt optime, mi Domine, noſti, iam pœne annis duobus illatã à fratre veſtro perſecutionẽ vos veſtrique haud quaquam meriti pateremini, ante quam Cadhellonicam introiſſemus ciuitatem, præcepiſtis vt res veſtris temporibus geſtas ſtili officio memoriæ traderem, oportuna quidem placidaque res, fateor, fuerat præcepta, ſi otium tanti negotij vt digne exſequeretur, fuiſſet conceſſum: Nunc autem ſi quid minus vel incultius quam oportuerit pro rerum magnitudine huic operi inueneritis inſertum, tanto

facilior venia à vobis veſtriſque mihi debe-tur, quanto me noſtis eodem turbine quo & vos, dum hoc opus peregerim, eſſe agita-tum. Præterire autem ea quæ temporibus pij patris veſtri geſta ſunt, diſpoſueram, ſed facilius cuilibet legēti altercationū veſtra-rū veritas patebit, ſi quædā quæ ſuo in tē-pore cōtigiſſe nouimus, ſummotenus præ-libauero. Aui quoque inſuper veſtri vene-randam memoriam per omnia obmittere ratum minime videtur. Ac per hoc textus hinc ſumat exordium.

KAROLVS bonæ memoriæ & merito Magnus Imperator ab vniuerſis nationi-bus vocatus, hora videlicet plus minus diei tertia, in ſenectute bona decedēs omnem Europam omni bonitate repletā reliquit. Vir quippe omni ſapientia & omni virtu-te, humanum genus ſuo in tempore adeo præcellens, vt omnibus orbem inhabitan-tibus terribilis, amabilis pariterque & ad-mirabilis videretur: ac per hoc omne im-perium omnibus modis, vt cunctis mani-feſte claruit, honeſte & vtile effecit. Nam ſuper omne quod ammirabile fateor fore, Frācorum barbarorumque ferocia ac fer-rea corda quæ nec Romana potentia do-mare valuit, hic ſolus moderato terrore ita

repreſſit, vt nihil in imperio moliri præter quod publicæ vtilitati congruebat, manifeſte auderent. Regnauit feliciter per annos duos & xxx. imperiique gubernacula nihilominus cum omni felicitate per annos quattuordecim poſſedit. Heres autem tantæ ſublimitatis Lodhuuuicus filiorum eius iuſto matrimonio ſuſceptis nouiſſimus, cæteris decedentibus ſucceſſit: Qui vt pro certo patrem obiiſſe comperit, Aquas ab Aquitania protinus venit, quo vndique ad ſe venientem populum, abſque quolibet impedimento ſuæ ditioni addixit, de ceteris qui ſibi creduli videbantur, deliberatis. Initio quidem imperij ſuſcepti pecuniam ingenti numero à patre relictam trifariam diuidere iuſſit, & vnam partem in cauſam funeris expendit, duas vero inter ſe & ſorores ſuas à patre iuſto matrimonio ſuſceptas diuiſit, quas & inſtanter à palatio ad ſua monaſteria abire præcepit. Fratres quoque adhuc tenera ætate Drugonem, Hugonem & Teodericum participes menſæ effecit, quos & in palatio vna ſecum nutriri præcepit, & Bernardo nepoti ſuo filio Pippini regnum Italiæ conceſſit. Qui quoniam ab eo paulo poſt defecit, capitur & à Bertmundo Lugdu-

nenſis prouinciæ præfecto luminibus pariter & vita priuatur. Hinc autem metuens ne poſt dicti fratres populo ſollicitato eadem facerent, ad conuentum publicum eos venire præcepit, totondit ac per monaſteria ſub libera cuſtodia commendauit. Quo pacto filios ſuos iuſto matrimonio iunxit, & vniuerſum imperium inter eos ita diuiſit, vt Pippinus quidem Aquitaniã, Lodhuvvicus autem Baioariam, Lodharius vero poſt diſceſſum eius vniuerſum imperium haberet, cui & vna ſecum Imperatoris nomen habere conceſſit. Interea Irmengardis regina materque illorum deceſſit, ac paulo poſt Lodhuvvicus Imperator Iudith in matrimonium ſumpſit, ex qua Karolus creatur. Karolo quidem nato, quoniam omne imperium inter reliquos filios pater diuiſerat, quid huic faceret, ignorabat. cumque anxius pater pro filio rogaret, tandem Lodharius conſenſit ac ſacramento teſtatus eſt, vt portionem regni quam vellet, eidem pater daret, tutoremque ac defenſorem illius ſe fore contra omnes inimicos eius in futuro iurando firmauit. Inſtigante autem Hugone cuius filiam in matrimoniũ Lodharius duxerat, ac Mathfrido ceteriſque, ſero ſe hoc feciſſe

penituit,& quemadmodum illud quod fecerat annullare poſſet, quærebat. quod patrẽ matremque minime latuit. ac per hoc, hinc inde quod pater ſtatuerat, Lodharius diruere, & ſi non manifeſte, occulte ſtudebat. Ad quod Bernardum quẽdam ducem Septimaniæ pater in ſupplementum ſibi ſumens, Camerarium conſtituit, Karolumque eidem commendauit, ac ſecundum à ſe in imperio præfecit. Qui dum inconſulte republica abuteretur, quam ſolidare debuerat, penitus euertit. Per idem tempus Karolo Alamãnia per edictum traditur. Tum tandem Lodharius, quaſi iuſta querimonia reperta, tam fratres quam & vniuerſam plebem veluti ad reſtaurandum Reipublicæ ſtatum animabat. Quamobrẽ pariter cum omni populo patri ad Compendium ſuperueniunt. Reginam velauerunt, * fratribus eius Cunradum & Rodulfum totonderunt, atque in Aquitaniã ſeruandos Pippino commiſerunt. Bernardus quoque fuga lapſus in Septimaniam ſe recepit. Eribertus frater eius captus ac luminibus priuatus in Italiam cuſtodiendus traditur. Et Lodharius quidem eo tenore Republica adepta, patrem & Karolum ſub libera cuſtodia ſeruabat, cum quo mona-

fratres

chos, qui eidem vitam monaſticam traderent & eandem vitam illum aſſumere ſuaderent, eſſe præceperat. Res autem publica, quoniã quiſque cupiditate illectus ſua quærebat, cotidie deterius ibat. Quamobrem tam monachi quos ſupra memorauimus, quam & cæteri qui quod factum fuerat, dolebant, illum percuntari cœperunt, ſi Reſpublica eidem reſtitueretur, an eam pro viribus erigere ac fouere vellet, maximéque cultum diuinum quo omnis ordo tuetur ac regitur. Quod quia facile confeſſum, in reſtauratione eius ocius cóſenſum eſt: aſſumptoque Guntbaldo quodam monacho, ſub ſpecie religionis in hoc negotio ad Pippinum Ludouicumque filios eius occulte direxit promittens, ſi in ſua reſtitutione vna cum his qui hoc cupiebant, adeſſe voluiſſent, regnum vtriſque ſe ampliare velle. ac per hoc perfacile cunctiſdéque paruere, conuentúque condicto, regina & fratres eius eidem reſtituuntur, ac plebs vniuerſa ditioni eius ſe ſubdidit. Hinc hi qui cum Lodhario ſenſerunt in concilium deducti, & ab ipſo Lodhario ad mortem diiudicati, aut, vita donata, in exilium retruſi ſunt. Lodharium quoque ſola Italia contentum, ea pactione abire permi-

ſit, vt extra patris voluntatem nihil deinceps moliri in regno temptaret. Cumque ſe hæc ita haberent & Reſpublica paululũ reſpirare videretur, confeſtim Guntbaldus monachus quẽ ſupra memorauimus, quia multa in reſtitutione eius laborauerat, ſecũdus in imperio eſſe volebat, quodque Bernardus, vt præmiſſum eſt, olim fuerat, ſumma induſtria iterum eſſe certabat. Pippinus quoque & Lodhuvvicus, quanquam eis regna ſicut promiſſum fuerat, aucta fuiſſent, tamen vt imperio poſt patrem primi eſſent vterque laborabat. At illi per quos tunc Reſpublica tractabatur, voluntati eorum obſiſtebant. Per idem tempus Aquitania Pippino dempta Karolo datur, & in eius obſequio primatus populi qui cum patre ſentiebat, iurat. Quod quidem hi quos ſupra retulimus grauiter ferentes, vt reſpublica inutiliter tractaretur, diuulgant, populumque quaſi ad iuſtum regimen ſollicitant. VValanam, Eliſachar, Mathfridũ, cæteróſque qui in exilium retruſi fuerant, cuſtodia emittunt, Lodharium vt rempublicã inuadat, compellunt. Inſuper autem & Gregorium Romanæ ſummæ ſedis Pontificem, vt ſua auctoritate liberius quod cupiebãt perficere

poſſent, ſub eadem ſpecie magnis precibus in ſupplementum ſuæ voluntatis aſſumunt. Quamobrem Imperator vna cum omni quod habebat imperio, tres reges filiique eius aduerſus eum cum ingenti exercitu,inſuper Papa Gregorius cum omni comitatu Romano, Eliſazam confluunt, iuxtaq; montem Siguualdi caſtra ponunt, ac variis affectionibus populum vt à patre deficeret,filij compellunt. Nouiſſime quibuſdam fuga lapſis, cum perpaucis pater capitur. Vxor ab eo dempta in Langobardiam exilio mittitur, ac Karolus vna cum patre ſub magna cuſtodia ſeruatur. Gregorius ſiquidẽ Papa itineris penitudine correptus tardius quam vellet Romam reuertitur. Et Lodharius quidẽ iterũ eo tenore imperium adeptum quod iniuſte facile iteratus obtinuit,iterato facilius iuſte amiſit. Nam Pippinus & Lodhuvvicus videntes quod Lodharius vniuerſum imperium ſibi vindicare illoſque deteriores efficere vellet, grauiter ferebant. Inſuper autem dum huc Lambertus atque Mathfridus, quis illorum ſecundus poſt Lodharium in imperio haberetur, ambigerent, diſſidere cæperũt. Et quoniam quiſque eorum propria quærebat, rempublicam penitus ne-

glegebant

glegebant. Quod quidem populus cernẽs moleſtus erat. Occurrebat inſuper etiam filiis vereeũdia & pœnitudo, quod patrem bis honore priuauerant; vniuerſæ plebi, quod bis Imperatorem dimiſerant, ac per hoc hinc inde in reſtitutione eius conſentiunt, & vndique ad ſanctum Dionyſium, vbi tũc Lotharius patrem & Karolum ſeruabat, affluere contendunt. Cernens Lodharius prædictam animoſitatem vires ſuas excedere, antequam conueniant, arma ſumit: patrem ac Karolum dimittit, itinereque arrepto Viennam petit. Plebs autẽ non modica quæ præſens aderat; etiam iamque Lothario pro patre vim inferre volebat. Rege recepto, baſilica Sancti Dionyſij vna cum Epiſcopis & omni clero confluunt, laudes Deo deuote referunt, coronam & arma regi ſuo imponunt, & ad cætera deliberaturi contendunt. Lodharium pater perſequi diſtulit, ſed legatos qui eum citra Alpes feſtinare iuberent, poſt illum direxit. Pippinum ad ſe venientem benigne excepit, gratias in eo quod pro reſtitutione ſua laborauerat, egit: ac reuerti eum in Aquitaniam, vti petiuerat, permiſit. Hinc inde fideles qui euaſerant & rempublicam regere conſue-

uerant, confluunt, cum quibus itinere arrepto, Aquiſ*gematum petit, tandemque Lodhuvvicum venientem gratanter excepit: quem & vna ſecum cauſa prçſidij eſſe prçcepit. Interea hi qui Iudith in Italia ſeruabant, audientes quod Lodharius fugam inierat, & pater imperium regebat, arrepta Iudith fugam ineunt, Aquis proſpere perueniunt, gratum munus Imperatori deferunt. Verumtamen haud eſt thoro regio recepta, donec ſe criminibus obiectis innoxiam, quia criminator deerat, ſacramẽto vna cum propinquis coram plebe effecit. Per idem tẽpus Mathfridus & Lambertus cæterique à parte Lodharij pœnes marcam Britannicam morabãtur: ad quos pellendos miſſus eſt Vodo & omnes inter Sequanam & Ligerim degentes: qui manu valida collecta, hinc atque inde conuenerunt. & hos quidem paucitas, & per hoc ſumma neceſſitas, vnanimes effecit: Vodonem autem & ſuos maxima multitudo ſecuros, diſcordes & inordinatos reddidit. Quapropter prælio commiſſo, fugerunt. Cecidit Vodo & Odo, Viuianus, Fulbertus ac plebis innumera multitudo. Quod quidem citato curſu victores Lodhario notãtes, mandant vt quantotius poſſet il-

lis cum exercitu occurrat: qui libenter paruit, & Cauillonum collecta manu valida venit, ciuitatem obſidione cinxit, prœliando triduum obſedit, & tandem vrbem captam vna cum Eccleſiis incendit. Gerbergam more maleficorum in Ararim mergi præcepit. Gozhelmum & Senilam capite puniuit. VVarino autem vitam donauit, & vt ſe deinceps pro viribus iuuaret, iureiurando cōſtrinxit. Hinc autem Lodharius & ſui duobus præliis feliciter geſtis magnanimes effecti vniuerſum imperium perfacile inuadere ſperantes, ad cætera deliberaturi Aurelianenſem vrbem petunt. Quod pater audiens, è Francia manu valida collecta, inſuper Lodhuvvico filio ſuo cum vniuerſis qui trans Renum morabantur, in auxilium ſibi aſſumpto, tantum facinus à filio in Imperium commiſſum vindicaturus perrexit. Lodharius quoque eadem ſpe qua Francos abducere conſueuerat, animatus, ire obuius ratum duxit. Ac per hoc hinc inde confluunt, ſupraque fluuium * iuxta villam quæ Caluiacus dicitur, caſtra ponunt. Sed Franci eo quod Imperatorem bis reliquerant, pœnitudine correpti, & vt deinde tale quid cōmitterent turpe iudicantes; ad defectionem

impelli dedignati ſunt. Quamobrē cũ nec fugę, nec prœlij locum videret, ea pactione nouiſſime proeliũ diremit, vt infra dies ſtatutos Alpibus excederet, ac deinceps, ſine patris iuſſione, fines Franciæ ingredi non præſumeret, & extra patris voluntatem in eius imperio deinceps nihil moliri temptaret: quod & ita ſe & ſuos ſeruaturos, tam is quam & ſui ſaciamēto firmauerunt. His ita cōpoſitis, pater, vti & cum quibus conſueuerat, imperiũ regebat. Videns autē quod populus nullo modo diebus vitæ ſuæ illum relinquere vti conſueuerat, vellet, conuentu Aquis hieme indicto, portionem regni his terminis notatam Karolo dedit, id eſt à mari per fines Saxoniæ vſque ad fines Ribuariorum, totam Friſiam, & per fines Ribuariorum Comitatus Moilla, haec crahaṁ, molant, maſa gouuui. deinde verò quicquid inter Moſam & Sequanam vſque Burgundiam vna cum Viridunenſe conſiſtit: & de Burgundia, Tullenſem, Odornenſem, Bedenſem, Bleſenſem, Partenſem, vtroſque Barrenſes, Brionenſes, Tricaſinum, Auteſioderenſem, Senonicum, VVaſtinenſem, Milidunenſem, Stampenſem, Caſtrenſem, Pariſiacum; & deinde per Sequanam vſque in mare

Oceanum,& per ipſum mare vſque in Friſiam. omnes videlicet Epiſcopatus, Abbatias, Comitatus, Fiſcos & omnia infra prędictos fines conſiſtentia, cum omnibus ad ſe pertinentibus in quacumque regione conſiſtebant & ſui iuris eſſe videbantur, vna cum auctoritate diuina atque paterna præfato filio ſuo Karolo dedit, firmumque vt permaneret Dei omnipotentis clementiam exorauit. Hilduinus autem Abbas Eccleſiæ ſancti Dionyſij, & Gerardus comes Pariſius ciuitatis ceterique omnes prædictos fines inhabitantes conuenerunt, fidemque ſacramento Karolo firmauerunt. Quod quidem Lodharius & Lodhuvvicus audientes, grauiter ferebant. vnde & colloquium indixerunt. Ad quod venientes, cum nihil ex his indignari ſe poſſe viderent, callide diſſimulantes quippiam ſe contra patris voluntatem moliri velle, diſceſſerunt. Veruntamen ob id colloquium commotio non modica exorta eſt, ſed facile quieuit. Hinc autem Cariſiacum mediante Septembrio venit, ſeditionemque quandam ſimiliter perfacile ſedauit, ac præfato Karolo arma & coronam, necnon & quandam portionem regni inter Sequanam & Ligerem dedit, Pippi-

num ac Karolum, vt videbatur, vnanimes effecit, & deinde Pippinum in Aquitaniã abire cum gratia permiſit: Karolum vero in partem regni quam ei dederat, direxit. Quo veniens, omnes hos fines inhabitantes ad illum venerunt & fidem ſacramento cõmendati eidem firmauerunt. Eodẽ tempore nuntiatur quod Lodhuuuicus à patre ſuo deſciuiſſet, & quicquid trans Renum regni continebatur, ſibi vindicare vellet. Quod pater eius audiens, indicto conuentu, Magontiam conuenit, ac traiecto exercitu, fugere illum in Baioariam compulit. Poſt Aquis exultans rediit, quoniam, quocumque ſe verterat, nutu diuino victor erat. Veruntamen ingruente ſenili ætate, & propter varias afflictiones pœne decrepita imminente, mater ac primores populi qui in voluntate patris pro Karolo laborauerant, metuentes, ſi infectis rebus decederet, odia fratrum vſque ad internitionem ſibi inſurgere, ratum duxerũt vt quemlibet è filiis pater in ſupplementum ſibi aſſumeret, & ſi poſt diſceſſum eius cæteri concordes eſſe nollent, ſaltem hi duo vnanimes effecti, valerent reſiſtere inuidorum factioni: cumque neceſſitate inſtãte, ac per hoc aſſiduis meditationibus in

hac electione verſarentur, vniuerſorum ſententia conſenſit, ſi Lodharius certum ſe in hoc negotio præbere vellet, cum eo fœdus iniri debere. Nam, vti præmiſſum eſt, idem patri matrique ac Karolo iurauerat, vt partem regni quam vellet pater, eidem daret, & eandem ſe conſentire & protegere illi contra omnes inimicos omnibus diebus vitæ ſuæ deberet. Quamobrem miſſos deligunt, & in Italiam ad Lodharium mittunt, promittentes, ſi patris voluntatem deinceps erga Karolum conſeruare vellet, omnia quæ in illum hactenus deliquerat, remitti, & omne regnũ, abſque Baioaria, inter illum & Karolum diuidendum. Quæ quoniam Lodhario & ſuis rata videbantur, vtraque ex parte ſic velle ac ſic ſe perficere, iurauerunt. Ergo ad vrbem Vangionum cõuentu indicto conuenerunt, in quo Lodharius humillime ad pedes patris coram cunctis procidit, dicẽs: Noui me corã Deo & te, Domine pater, deliquiſſe. Non regnum, ſed indulgentiam & vt gratiam tuam merear, quæſo. Idem autem vt pius ac clemens pater & delicta poſtulanti indixit, & gratiam roganti conceſſit eo ſcilicet pacto, vt deinceps nihil quolibet modo contra ſuam voluntatem

nec in Karolum, nec in regnum alicubi egiſſet. Dein benigne illum excepit, ac deoſculans, gratias Deo pro filio quem auerſum reconciliauerat, egit. Ad prandium deinde conuerſi ſunt, in craſtinum de cæteris quæ ſui iurauerant, deliberaturi. Die autem altera concilium ineunt. hinc pater, vt ſui iurauerant, perficere cupiens,* Ecce, fili, vt promiſeram, regnum omne coram te eſt: diuide illud prout libuerit. Quod ſi tu diuiſeris, partium electio Karoli erit. Si autem nos illud diuiſerimus, ſimiliter partium electio tua erit.* Quod idem per triduum diuidere vellet, ſed minime poſſet, Ioſippum atque Richardum ad patrem direxit, deprecans vt ille & ſui regnum diuiderent, partiumque electio ſibi concederetur. Inſuper vero, in ea fide quam illis iurauerãt, teſtati ſunt, quod pro nulla re alia, niſi ſola ignorantia regionum, id peragere differret. Quamobrem pater, vt ęquius valuit, regnum omne abſque Baioaria cum ſuis diuiſit: & à Moſa partem Auſtralem Lodharius cum ſuis elegit; quinimo & accepit: Occiduam vero vt Karolo conferretur, conſenſit, & vna cum patre corã omni populo ita ſe velle, annuntiauit. Hinc autem pater fratres, prout valuit, vnani-

mes effecit, rogans ac deprecans vt inuicē ſe diligerent & vt alter ab altero protegeretur adhortans exorat, & quod fieri deſiderat, optat. Quibus peractis, benigne & pacifice Lodhariū in Italiam ditatum remiſſionis gratia ac regni muneribus, remittens, ſacramenta quæ ſæpe iurauerat, quotiens in illum deliquerat, quotiens delicta eidem donauerat, in memoriam reducens, ac piis viſceribus monens, conteſtabatur ne ſaltem id quod tunc* nouiſſe peregerāt coramque cunctis ita ſe velle confirmauerat, fruſtrari quolibet modo permittat. Eodem tempore vt Pippinus deceſſiſſet pater nuntium acceperat, & pars quædam populi quid auus de regno vel nepotibus iuberet, præſtolabatur; pars autem, arrepto filio eius Pippino quia natu maximus erat, Tyrannidem exercebat. Quapropter his ita vt præfatum eſt, cum Lodhario perfectis, collecta manu valida, per Cauillonem, Clarummontem vna cum Karolo ac matre pater petit, ac partem populi qui illum præſtolabatur inibi benigne recepit. Et quoniam olim regnum Aquitaniæ Karolo donauerat, vt illi ſe commendarent, hortādo ſuaſit, iuſſit. Qui omnes commendati eidem ſacramento fidem firmauerūt.

*nouiſſime*

Poſt quod quomodo Tyrannos cõpeſce-ret, contendit. Per idem tempus Ludhouuuicus à Baioaria, ſolito more, egreſſus Alamanniam inuaſit cum quibuſdam Toringis & Saxonibus ſollicitatis. Quamobrem pater eius ab Aquitania reuocatus, dimiſſo videlicet Karolo vna cum matre eius Pictauis, ipſe vero ſanctum Paſcha Aquis celebrauit; & ſic vno eodemque itinere Toringam petiit: A qua Lodhuuuico filio eius pulſo, per Sclauos itinere redempto, eum in Baioariam fugere compulit. Quo peracto, Kal. Iulij ad Vangionum vrbem conuentum indixit, ad quod Lodharium filium ſuum ab Italia venire præcepit, cum eo cæteriſque ſibi credulis de Lodhuuuico deliberaturus. Cumq; ſe hæc ita haberent, & Lodharius in Italia, Lodhuuuicus trans Renũ & Karolus in Aquitania eſſet, Lodhuuuicus Imperator paterque illorũ in inſula quadã iuxta Magonciacum XII. Kal. Iulij obiit. Quem Drogo frater & Epiſcopus atque archicapellanus eius, Metis ciuitate ſua apud ſanctum Arnulfum, vna cum Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſque congruo honore ſepulturæ tradidit. Vixit per annos IIII. & LX. Rexit Aquitaniam per annos VII. & XXX. Imperiali

vero nomen per annos VII. & XX. & per menſes ſex obtinuit.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

# INCIPIT LIBER SECVNDVS.

EXPLICITIS pro tempore ac viribus, diſſenſionũ veſtrarum initiis, è quibus quique Lector ſcire cupiens quamobrem poſt obitum patris veſtri Lodharius vos fratremque perſequi ſtatuerit, decernat, colligat, & ſi iuſte egerit, cognoſcat; hinc iam qua virtute ac induſtria hoc exſequutus ſit, prout memoria vireſque ſuppleuerint, notare curabo. Vos vero difficultates quæ ex eadem moleſtia paruitati meæ obſtiterint, inſpicere depoſco. Et ſi quid in hoc opere neglexero, vt ignoſcatis, quæſo.

AVDIENS Lodharius patrẽ ſuum obiiſſe, confeſtim nuntios vbique, præſertim per totam Franciam mittit, qui ſe venturum in imperium quod olim fuerat illi datum affirment: promittens vnicuique honores à patre conceſſos ſe concedere, & eoſdem augere velle. Dubios quoque fidei ſacramento firmari præcepit. Inſuper autẽ

iuſſit vt quantotius poſſent, obuiã illi procederent. Nolentibus vero, capitale ſupplicium vt prædiceretur, indixit. Ipſe autẽ pedetemptim, quo ſe res verteret antequam Alpes excederet, ſcire volẽs. *Ergo cupiditate terroreque illecti vndique ad illum confluunt, & hoc cernens ſpe viribuſque magnanimis effectus, quibus artibus vniuerſum imperiũ liberius inuadere poſſet, deliberare cœpit. Lodhuuuicum quoque quem itineri ſuo contiguum eſſe proſpexit, vt primum in illum manum mitteret, ratum duxit; & vt eundem viribus annullaret, operam omni virtute adiecit. Interea ad Karolum in Aquitaniam legatos callide dirigens mandat erga illum, ſicut pater ſtatuerat & ſicut erga filiolum ex baptiſmate oportebat, beniuolũ eſſe. Verumtamen, vt nepoti ſuo filio Pippini donec cum eo loqueretur, parceret deprecatus eſt. Et his ita compoſitis, ad vrbem Vangionum iter direxit. Eodẽ tempore Lodhuuuicus pater exercitus inibi cauſa cuſtodiæ reliquerat, & Saxonibus ſollicitatis obuiã illis perrexerat. Quamobrem Lodharius paruo conflictu cuſtodes fugere compulit. Renum cum vniuerſo exercitu tranſiens, Franconofurth iter direxit, quo

inſperate hinc Lodharius, hinc Lodhuuuicus confluunt, paceque ſub nocte compoſita, alter inibi, alter vero quo Moin in Renum confluit, caſtra haud fraterno amore componunt. Cumque Lodhuuuicus viriliter reſiſteret & Lodharius illum abſque prælio ſibi ſubigere diffideret, ſperans Karolum facilius ſuperari poſſe, ea pactione prœlium diremit, vt III. Idus Nouemb. eodem loco rurſum conueniant, &, ni concordia ſtatutis interueniat, quid cuique debeatur, armis decernant. Et his ita omiſſis, Karolum ſibi ſubigere contendit. Per idem tempus, Karolus Bituricas ad placitũ quo Pippinum ſui iurauerant venturum, venerat: ad quod quidem, ex omibus nuntio recepto, miſſos, videlicet Nitardum & Adelgarium, delegit, & vti ocius valuit, ad Lodharium direxit, mandans ac deprecãs vt memor ſit ſacramentorum quæ inter ſe iurauerant, & ſeruet quæ inter illos pater ſtatuerat: Inſuper etiam fraternæ filiolique conditionis meminerit, haberet ſua ſibi, & quod illi pater ſuo conſenſu conceſſerat, abſque conflictu vllo habere permittat; promittens ſi hoc faceret, fidelem ſe illi & ſubiectum fore velle, ita vt primogenito fratri eſſe oporteret. Inſuper etiam quic-

quid hactenus in illum deliquerat, pollicitus eſt ſe ex corde remittere, deprecatus ne amplius ſuos ſollicitet, ne regnum ſibi à Deo cõmiſſum perturbet. Cederent vndique paci atque concordiæ, & hoc ſe ſua ſuorumque ex parte ratum videre, ac per hoc conſeruare velle, mandauit. Quod & ſi alter hoc ita eſſe non crederet, quocunque vellet modo, ex his illum certum ſe efficere promiſit. Quæ quidem Lodharius ſimulans ſe benigne ſuſcipere, legatos tantũ ſalutationis cauſa redire permiſit, ac per ſuos ſe reſponſurum de cæteris eſſe, reſpõdit. Inſuper etiam quoniã ad ipſum ſe vertere fruſtrata fide noluerunt, honoribus quos pater illi dederat, priuauit, ita quod fratri facere cogitaret, nobis indicium dabat. Interea omnes inter Moſam & Sequanam degentes ad Karolum miſerunt mandantes, vt antequam à Lodhario præoccuparentur, veniret: aduẽtum eius ſe præſtolaturos promittentes. Quamobrem cũ paucis Karolus hoc iter accelerans ab Aquitania Cariſiacum venit, & à Carbonariis & infra ad ſe venientes benigne ſuſcepit. Extra vero Herenfridus, Giſlebertus, Bouo ac cæteri ab Odulfo decepti firmatam fidem negligentes defecerũt. Eodem

tempore miſſus ab Aquitania venit, nuntians quod Pippinus cum his qui parti ſuæ fauebant ſuper matrem karoli irruere vellet: ac per hoc karolus Francos inibi omittens, mandat ſi illos frater ſuus donec reuerteretur opprimere vellet, obuiam ſibi procedere. Inſuper ad Lodharium, Hugonem, Adelhardum, Gerhardum & Hegilonem direxit, cunctaque quæ tunc nuper illi mandauerat replicans, nec non & pro Deo deprecatus eſt ne ſuos ſibi ſubtrahens regnum quod Deus paterque ſuo conſenſu illi dederat, amplius diſſipet. Et his ita compoſitis, in Aquitaniam feſtinus perrexit, ſuperque Pippinum & ſuos irruens, fuga illos abire compulit. Per idem tempus, cum Lodharius à Lodhuuuico reuerteretur, & omnes citra Carbonarias ad illum venirent, Moſa traiecta, ratum duxit vt Sequanam vſque procederet. Quo dum tenderet, Hilduinus Abbas ſancti Dionyſij & Gerardus Comes Pariſij ciuitatis à karolo deficiẽtes fide fruſtrata ad illum venerunt. Quod quidem Pippinus filius Bernardi regis Langobardorum ceterique cernentes, elegerunt potius more ſeruorum fidem omittere, iuramenta contemnere, quam ad modicum tempus fa-

cultates relinquere. ac per hoc, fide relicta, quos ſupra memorauimus ſecuti, eidem ſe dederunt. Hinc quoque Lodharius magnanimis effectus Sequanam exceſſit, præmittens more ſolito qui ad defectionem inter Sequanam & Ligerem degentes partim minis partim blanditiis ſubducerent. Ipſe quoque vti conſueuerat lento itinere ſubſecutus, Caramtenam ciuitatem tendebat: Cumque Teodericum Erícum & hos qui illum ſequi deliberauerant ad ſe venturos didiciſſet, ſpe multitudinis ſuæ fretus, Ligerem vſque vt produceret, deliberauit. Karolus quoque à fuga qua Pippinum & ſuos diſperſerat, reuerſus, & quoniam matrem vbi tuto relinqueret non habebat, pariter ad Franciæ partes properabant. Audiens autem Karolus interea quod hi omnes quos ſupra memorauimus ab eo defeciſſent, & Lodharius cum ingẽti exercitu perſequi illum vſque ad internitionem ſtatuiſſet, hinc autem Pippinus, & hinc Brittones infeſti erant, quid facerent, concilium conuocant, ineunt, deque his omnibus facile deliberaturi, facile conſilium perfacilé inuentum eſt, & quoniam nihil prętcr vitam & corpora reliquum habebant, elegerunt potius nobiliter mori

quam

quam regem proditum derelinquere. Quamobrem obuiam Lodhario pergunt, atque Aurilianenſem vrbem hinc inde petunt, caſtra ponunt diſtantes ab inuicem plus minus leuuas VI. legatos inuicem dirigunt. Et Karolus quidem ſola iuſtitia pacem petebat: Lodharius vero quoquo aſtu abſque prælio illum decipere ac ſuperare poſſet, operam dabat. Quod cũ peragere, ſtrenue reſiſtentibus, diffideret, ſperans vires ſuas, vti cœperãt, cotidie accreſcere, quæ[illegible] cũ Karolo decreuiſſent, facilius illũ ſubiugari poſſe arbitrabatur. Hac autẽ ſpe deceptus, ea pactione prælium diremit, vt cederet Karolo Aquitania, Septimania, Prouincia & decẽ comitatus inter Ligerim & Sequanam eo videlicet modo, vt his contentus interim inibi eſſet, donec Atiniacum VIII. Id. Maias conueniant, * qua ſe quidem communi conſenſu vtrorumque vtilitatem præuidere ac ſtatuere velle promiſit. Primores quoque partium Karoli cernentes negotium vires ſuas excedere, maximeque timebãt ne forte prœlio commiſſo in tanta paucitate regem ſuum ſaluare difficile poſſent. (Erat enim ſpes cunctis non modica indolis eius.) Quamobrem ſtatutis eo tenore, conſen-

tiunt, vt deinceps Lodharius Karolo ita fidus amicus ſit ſicut frater per iuſtitiam fratri eſſe debet; & regna quæ illi deputabat, quieta habere faceret; ac interim ſuper Lodhuicum hoſtiliter ire dediſſet: aliter autem, iure quod iurauerant abſoluti eſſe deberent. Qua quidem arte & regem ſuum à periculis ſubtrahunt, & ſe mox à ſacramento abſoluunt. Nam antequam idem qui hæc iurauerant, domo egrederentur, aliquos ex his qui aderant, ſubducere ab illo temptauit, & in craſtinũ quoſdam ſuorũ recepit. Inſuper & in regna quę illi deputauerat ſtatim direxit, & in quantum potuit, ne illi ſe ſubderent, perturbauit: & vt è Prouincia ad ſe venientes exciperet, perrexit, & quemadmodum Lodhuuuicum dolo an vi ſuperare poſſet, intendit. Interea Karolus Aurilianenſem vrbem veniens Teotbaldum & VVarinum cum quibuſdam è Burgundia ad ſe veniẽtes gratanter ac benigne excepit. Hinc autem obuiam Bernardo, ſicut mandauerat, Niuernenſem vrbem petit. Sed Bernardus, more ſolito, ad illum venire diſtulit dicẽs ſe cum Pippino ſuiſque ſacramento firmaſſe, vt neuter abſque alterius cõſenſu cum quolibet quodcunque pactum inire

deberet. Quamobrem teſtatus eſt, ad illos ſe ire velle, & ſi efficere poſſet vt vna ſecum deuenirent, bene; ſin aliter, ſoluto iuramento, infra dies quindecim ad illum reuerſurum, ſuæque ditioni ſe commiſſurum eſſe promiſit. Quamobrem karolus Bituricas iterum obuiam illi venit. Quo Bernardus veniens cum neutrum feciſſet, grauiter karolus ferens ſeductiones quas patri fecerat & hactenus illi faciebat, timēs ne aliter illum comprehendere poſſet, ſubito in illū irruere ſtatuit. Sed hoc Bernardus, quanquam tarde præſenſit, fugam iniit ac vix euaſit. Karolus autem quoſdam è ſuis ſtrauit, quoſdā ſaucios ac ſemiuiuos reliquit, quoſdam vero inlæſos cepit ac more captiuorum cuſtodiri præcepit. Suppellectilem autem vniuerſam diripere permiſit. Hinc quoque Bernardus humilior effectus paulo poſt ſupplex ad karolum venit dicens, & fidelem ſe illi fuiſſe, & tunc, ſi licetet, eſſe voluiſſe, & deinceps, quanquam hac contumelia affectus eſſet, in futurum fore minime diffideret. Quod & ſi quilibet aliter dicere vellet, armis ſe * ob * propulſurum promittit. Quibus karolus credulus effectus, ditatum muneribus & gratia in ſocietatem amicitiæ ſuſcepit, & vt Pippi-

num ac ſuos, vti promiſerat, ſubditos ſibi efficere temptaret, direxit. Et his ita compoſitis, Cenomannicam vrbem adiit, Lãtbertum Ericumque vna cum cæteris recepturus. Cumque ille illos inibi perhumane reciperet, protinus ad Nomenoïuum ducem Brittanorum mittit, ſcire cupiens ſi ſuæ ſe ditioni reddere vellet. Qui adquieſcens conſiliis plurimorum, karolo munera mittit ac ſacramento fidem deinceps ſeruandam illi firmauit. Quibus peractis quoniã tempus placiti quod Attiniacum condixerant, appropinquare videbatur, quid conſulte ac ſolida fide ſibi ſuiſque agere oporteret, karolus anxius erat. Ergo participes ſecretorum conuocat, rem omnibus notam replicat, ac quemadmodum à tanta calamitate congruentius ſe ſuoſque exſui poſſe exiſtimarent, vt aperiretur, depoſcit, ſeque in omnibus publicæ vtilitati & * parere velle: inſuper etiam ſi oporteret pro ea mortem ſubire, minime differre fatetur. Quibus cum vndique vires creuiſſe viderentur, reminiſcentes inſidiarum quas Lodharius temporibus patris ſui patri & karolo inferre ſtuduerat, quas etiam poſt obitũ patris, fratribus ſuis abſque remedio ſtruebat; occurrebant inſuper ſacramenta

quæ tunc nuper fefellerat, aiebant ſe omnem iuſtitiam ab eo libenter conſequi velle, ſed his indiciis nil boni ſperare poſſe. Idcirco ſibi vndique conſultum videri, quocumque modo poſſet, ad condictum placitum venire minime differret. Quod ſi frater ſuus, vti promiſerat, communem vtilitatem quærere ac ſtatuere vellet, hoc omnibus notis placere, & vt gratanter reciperetur, congruum eſſe. Sin aliter, fretus iuſticia, ac per hoc auxilio diuino ſuorumque fidelium, & quicquid regni pater ſuus amborumque fidelium conſenſu illi dederat, obtinere omni virtute non neglegat. Ergo omnes Aquitanos qui ſuæ parti fauebāt, vna cum matre poſt ſe venire præcepit: inſuper quicumque è Burgūdia nec non & inter Ligerem & Sequanā ſui iuris eſſe vellent, ſimiliter fecit. Idem autem ipſe vna cum his qui per pręſens aderant, quamquam difficile videretur, præfatum iter arripuit. Cumque Sequanā veniſſet, repperit Guntboldū, VVarnarium, Arnulfum, Gerardum, necnon & omnes à Carbonariis & infra, Comites, Abbates, Epiſcopos ob hoc videlicet à Lodhario inibi relictos, vt ſi abſque ſuo conſenſu trāſire vellet, minime poſſet. accedebat inſuper

quod amnis inundans vada vbique denegauerat. Cuſtodes autem fluminis omnes naues aut contriuerant, aut certe ſubmerſerant. Gerardus quoque pontes quoſcũque repperit, deſtruxit. Igitur ſupramodũ tranſitus difficilis effectus non modicam tranſire cupientibus importabat moleſtiã. Cum autem tot difficultatibus animi multimodis agitarentur, conſiliis tãdem mercatorũ, naues ab hoſtio quo Sequana mare influit feruenti æſtu abductæ propterque Rotomacenſem vrbem expoſitæ nunciantur. Quo veniens, harum duas minus de xxx. karolus armato milite complet, idemque ingreſſus præmittit qui ſe venturum prænuntient, vnicuique volenti delicta cedens, nolentibus autem vt abeant, regnumq; à Deo ſibi datum illi relinquũt. Quæ dum ſpreuiſſent, claſſiſque appropinquare videretur, crucem in qua iurauerãt, & karolum vt cognouerunt, relicto litore protinus fugerunt. Quos, quoniã quod in traiiciendo equi moram fecerant, cõſequi nequibat, ad Sanctum Dionyſium laudis obſecrationiſq; cauſa iter direxit. Quo veniens comperit quod hi quos fuga diſperſerat, in vnum vna cũ Arnulfo & Gerardo cæteriſque coiſſent, & ſuper Teutbaldum,

VVarinum, Otbertum, cæteroſque qui, vti mandatum fuerat, ad karolum veniebant, irruere vellent. Quamobrem ad ſanctum Germanũ cauſa orationis perrexit, ac per totam noctem iter faciens, aurora diluceſcente vbi Luua Sequanæ confluit, VVarinum cum ſociis ſaluum recepit, ac ſic vno eodemque itinere Senonicam adiit vrbẽ. Hinc noctu conſurgit per Vttam iter faciens, ſperanſque, vti nuntiatum illi fuerat, quos ſupra memorauimus in eodẽ ſaltu cõſiſtere. Diſpoſuerat enim vbicumque & qualitercumque poſſet, ſupra illos irruere. Quod & vtique feciſſet, niſi ſollicitis vitæ mors imminens pro foribus nunciaretur, quamobrem pœne cuncti ſupra modũ exterriti, quo quiſque valuit, fugam iniit. quos quoniã karolus conſequi non potuit, ſociis equiſque feſſis, cænã Domini quieti indulgens Tricaſinorum ciuitatẽ in craſtinum adiit. Eodem tempore dum hæc quæ præmiſimus à karolo exſequerẽtur, Lodharius, vti præfatum eſt, dolo an vi Lodhuuuicum aut ſubdere, aut, quod mauult, perdere poſſet, tota mẽte tractabat. In quo negotio congrue Otgarium Magontiæ ſedis Epiſcopum & Adhelbertum Metenſiũ comitẽ conuocat. Habebat enim vterque

Lodhuuuicum ad mortem vſque exoſum. Iam enim Adhelbertus ex infirmitate qua pene per annum detentus fuerat, velut in ſupplementũ fratricidij reſpirauerat. Erat enim eo in tempore ita prudẽs conſilio, vt ſententiam ab eo prolatam non quilibet mutare vellet. Cuius inſtinctu Lodharius collectã hinc inde infinitam multitudinẽ Renum traiecit præmittens, more ſolito, qui minis blanditiiſque pendulam plebem ſubducere temptarent. Timens autem populus qui cum Lodhuuico erat ne tantum exercitum ferre valeret, partim defecti ad Lodharium tranſeunt, partim fugam ineũt ac Lodhuuicum deſolatũ relinquunt. Qui, quoniam omne ſuffragium aliud vndique deerat, cum perpaucis abiit, & in Baioariã ſe recepit. Quod quoniam Lodhuuico cõtigit, minime deinceps Lodharius aliquid illum præualere putauit. Igitur Adhelbertum ducem quẽ ſupra montem memorauimus, ob hoc inibi reliquit, vt & populũ ſacramẽtis ſibi firmaret, & ſi Lodhuuicus ad karolũ ire vellet, nullomodo poſſet. Ipſe vero, quoniam karolum Sequanam tranſire repperit, obuiam ire parabat; velociter quidem præmittit, rei veritatem, vbi & cum quibus eſſet, ſcire cupiens. Mira ſane

ac merito notanda res karolo in eodē ſancto ſabbato contigit. Nam neque ipſe, neque quilibet in ſuo comitatu quicquid, abſque quod corpore gerebant & abſque armis & equis, habebant. cumque de balneo quidem egrederentur, & eadem veſtimenta quæ exuerat, induere pararet, repente ab Aquitania miſſi pro foribus adſtiterant qui coronam & omnem ornatum tam regium quam & quicquid ad cultum diuinum pertinebat, ferebant. Quis non miretur paucos & pœne ignotos viros, tot terrarum ſpatia, dū vbique omnes rapinæ inſiſterent, tot talenta auri gemmarumque infinitam multitudinem ferre inlæſos valuiſſe, &, quod maxime mirandum fateor fore, qualiter ad definitū locum vel certe ad ſtatutam diem & horā venire poterant, cum nec idē karolus vbi ſe ſuoſque * oporteret, ſciebat? Quo quidē euentu haud aliter quam munere ac nutu diuino viſum eſt euenire potuiſſe: ac per hoc cōmilitonibus ſtuporem iniecit, omneſque maximam ad ſpem ſalutis erexit. Hinc vero karolus cūctaque cohors exultans ad feſta celebrāda ſeſe conuertit. Expleto autem quod cæperat, miſſos Lodharij benigne excipiens cōuiuari vna ſecum præcepit. Quibus & vt in

craſtinũ redirent, iniũxit, per ſuos ſe reſpõſurum de eo quod frater ſuus illi mandauerat, promittens. In legatione vero Lodharij querebatur, cur abſque ſuo cõſenſu terminos quos illi ſtatuerat, excederet, &quia fecerat, ſaltẽ vbique illum repperirent, mãdat vt interim eo loco quieſcat, donec illi mandaretur ſi ad ſtatutum locum, an alio vbi congruentius illi videretur, venire deberet. Karolus per ſuos è contra ſe ob hoc ſtatutos terminos exceſſiſſe reſpõdit, quoniam de omnibus bonis ſua ex parte illis promiſſis ac iureiurando firmatis nihil ſtabile eſſe permiſit. Nam ſuorum hominum, vltra quod firmatum fuerat, ſollicitatos quoſdam ſuo iuri adiecit, quoſdam vero vita priuauit. inſuper regna quæ ſubiecta illi efficere debuit, in quantum valuit, perturbauit, &, quod maximum eſt, in fratrẽ hoſtiliter irruit: nec nõ & ſuffragium à paganis illum quærere cõpulit. Verumtamẽ, quamquam ſe hæc ita haberent, in cõuentum quod communi conſenſu ſtatuerant, venire ſe velle mandauit, vbi ſi communem vtilitatem, vti promiſerat, quærere ac ſtatuere vellet, ſibi placere: ſin aliter, de regno quod Deus paterque ſuus ſuorum conſenſu illi dederat, conſiliis ſuo-

rum fidelium in omnibus, ſecundum Dei voluntatem, parere ſe innotuit. Et his ita compoſitis, idem iter arripuit atque ad præfatum locum pridie quam venerat, præuenit. Quo quidem Lodharius veluti ex conſulto, venire diſtulit; Veruntamen miſſos variis querimoniis refertos frequẽter mittebat, & ne forte ex improuiſo Karolus ſupra illũ irruere poſſet, cauebat. Interea legati à Lodhuuico venerant nunciantes, quod ſi ſciret quomodo fieri poſſet, in illius adiutorium venire vellet. Quo ſe Karolus & indigere reſpondit, gratias congruæ voluntati egit, & vt hoc accelerare ſtuderent, protinus præfatos miſſos remiſit. Cumque quatuor vel eo amplius dies inibi aduentum Lotharij præſtolaretur, & ille venire differret, concionem aduocat, cõcilium iniit, quid nam conſultius deinceps illi agendum videretur, deliberaturus. Quidam autem aiebant, quoniam mater ſua vna cum Aquitanis veniebat, obuiam illi ire debere. Sed maxima pars aut obuiam Lothario iter arripere ſuadebant, aut certe, vbicunque vellet, aduentum illius præſtolari debere dicebant, ob hoc quidem maxime, quoniam ſiquoquomodo aliorſum inflectere cepiſſet, cuncti

fugam illum iniſſe iactarent, & hinc Lodharium & ſuos audentiores fieri debere, atq; hi qui adhuc cauſa timoris neutri ſeſe copulauerant, ad illum affluere vndique ſperabant. quod & euenit. Quã quam difficile, præualuit tamen ſententia priorum. Quamobrem Cadhellonicã Karolus adiit vrbem, ibique matre vna cum Aquitanis recepta, repente nunciatur quod Lodhuuicus cum Adelberto duce Auſtraſiorum prælio commiſſo viciſſet, Renoque traiecto ob illius adiutorium quantocius poſſet, veniret. Quod cum ocius vniuerſis caſtris * omibus notum fieret, cuncti alacri animo vt illi obuiam irent, ſuadebãt. Lodharius * quoque hæc ita ſe habere deprehenderet, circumfuſæ plebi Karolum fugam iniſſe perſequique illum quantocius poſſet, velle denuntiat. Quo quidem nuncio fidos ſibi alacriores reddidit, dubiis autem quibuſque & affluendi audaciam iniecit, & firmiores ſuæ parti reddidit. Cumque Karolus à Lodhario perſequi ſe didiciſſet, quoniam in difficili loco aquis paludibuſque circũfuſis caſtra poſuerãt, vt abſque qualibet difficultate, ſi Lodharius vellet, congredi poſſent, protinus obuiam illi perrexit. Quæ quidem Lodhario vti nun-

quamquã

ciata ſunt, caſtra poſuit ac veluti feſſis equis biduo requiem dedit. Iterato itaque cum hæc eadem feciſſent, miſſoſque inuicem frequenter mitterent, ſed nihil proficui deliberare poſſent, tandem appropinquã-tes Lodhuuicus & Karolus conueniunt, deque his omnibus in eodem conuentu quæ Lodharius abſque quolibet moderamine erga ſe ſuoſque ſæuiebat, dolendo conferunt, quidue deinceps agendum oportunius videretur, in craſtinum delibe-raturi. Aurora ſiquidem deluceſcente conueniunt, cõcilium ineunt, in quo multum de tanta calamitate conqueruntur. Cumque alteruter quæ quantaue & qualia paſſi à fratre fuerãt, referre deſiiſſent, vniuerſis viſum vnanimiter parique cõſenſu, tam ex ſacro ſancto ordine Epiſcoporum quam & laicorum viros nobiles, prudentes, beniuolos deligant, per quos, quę pater inter illos ſtatuerat & quæ poſt obitum ab illo paſſi ſint, mandent: inſuper obſecrent vt memor ſit Dei omnipotentis, & concedat pacem fratribus ſuis vniuerſæque Eccleſiæ Dei: cederet cuique quod * patẽr frẽſque conſenſu iuſte debebatur, inſuper etiã vt iuſtis precibus acquieſceret, offerrent illi quicquid abſque equis & armis in vni-

uerſo exercitu habere videbantur. Et ſi his monitis obſecrationibuſque acquieſcere vellet, placere: ſin aliter, aiebant ſe diuino ex munere ſuffragium abſque dubio ſperare poſſe, ſi omne quod iuſtum eſt, vellent, & hoc fratri offerre humiliter ſtuderent. Quæ quoniam merito rata videbantur, protinus expleta ſunt. Sed hæc veluti pro nihilo ducta Lodharius ſpreuit, per ſuos, ſe nihil abſque prælio velle, mandauit. Confeſtimque obuiam Pippino qui ab Aquitania ad illum veniebat, iter arripuit. Quod cum ocius didiciſſent Lodhuuuicus & ſui, ſupramodũ rem grauiter ferentes (Erant enim vndique grauiter tam itineris lõgitudine quã & prœliis variiſque difficultatibus & maxime equorũ inopia attriti) veruntamen quamquam ſe hæc ita haberent, timentes ne forte ſi ab auxilio fratris frater deficeret, poſteris ſuis indignam memoriam reliquiſſent. Quod quidem ne facerent, elegerunt omni penuriæ, etiam, ſi oporteret, morti potius ſubire, quam nomen inuictum amittere. Quamobrem ex eadem magnanimitate mœſtitia oppreſſi, inuicem ſe adhortantes, gaudẽtes velociterque vt Lodharium cito conſequi poſſent, ibãt. Cumque * at-

que inſperate propter vrbem Alciodotenſem vterque exercitus alter ab altero videretur, confeſtim Lodharius verens ne forte fratres ſui abſque dilatione ſupra ſe irruere vellent, armatus caſtra aliquantulum exceſſit. Quod quoniam fratres ſui facere illum cognouerũt, quoſdam caſtrametentes relinquunt, quoſdam ſecum armatos aſſumunt & abſque dilatione obuiam procedunt. Miſſos inuicem mittunt, pacemque ſub noctem componunt. Caſtra autem ab inuicem diſtabant plus minus leuas tres, & intererat paucula palus ſaltuſque: ac per hoc erat vtrique ad alterum difficilis acceſſus. Quapropter aurora delucescente, Lodhuuuicus & karolus ad Lodharium mittunt: mandant valde ſibi diſplicere quod illis pacem abſque prœlio denegauerat. Quod etiam, quoniam vellet & abſque qualibet fraude ſi fieri deberet, eſſet. Et primum quidem ieiuniis ac votis Deum inuocent. deinde ſi ille tranſire ad illos voluiſſet, locum tranſcundi ſe daturos promittunt, vt omni impedimento ſua ſuorumque ex parte ablato, abſque qualibet occulta deceptione congredi poſſent. Quæ & ſi vellet ſacramento firmare præceperunt. At ſi nollet, vt eadem illis con-

cederet atque firmare rogaret, petunt. Is autem more ſolito, per ſuos ſe reſpõſurum promiſit, & vt legati egreſſi ſunt, protinus obuiam iter arripuit, ac locum quo caſtra poneret, Fontaneum petit. Eadem autem die fratres ſui poſt Lodharium iter accelerantes, anteceſſerunt illum, & propter vicum quod Tauriacus dicitur, caſtra poſuerunt. Craſtina die exercitus præparati ad prælium, caſtra aliquantulum exceſſerunt * Præmittes Lodhuuicus ac Karolus Lodhario mandauerunt vt memor eſſet fraternæ conditionis, ſineret Eccleſiam Dei & vniuerſum populum Chriſtianum pacem habere, concederet illis regna à patre ſuo cõſenſu conceſſa, haberet ſua ſibi non merito, ſed ſola miſericordia à patre illi relicta, & in munere offerebant illi quicquid in vniuerſo exercitu abſque armis & equis habere videbãtur. At ſi id nollet, cedebãt illi vterque portionem regni, alter vſque Carbonarias, alter vero vſque Renum. Quod & ſi renueret, vniuerſam Franciam æqua lance diuiderent, & quicquid horum vellet, ſuæ ditionis eſſet. Ad quod Lodharius, more ſolito, per ſuos ſe quicquid placeret notare reſpondit, mittenſque per præſens Drogonem, Hugonem, Hegibertum,

tum, mandat, non illos aliquod tale antea mandaſſe, ad quod conſiderandum ſpatium habere ſe velle, aiebat. Re autem vera Pippinus non venerat. illum hac dilatione expectare volebat. Verumtamen Ricuinum, Hirmenaldum & Fredericum ſacramento firmare præcepit, quod nulla re alia has inducias peteret pręter quod commune profectum tam illorũ quam & vniuerſæ plebis, ſicut iuſtitiam inter fratres & populum Chriſti oportebat, quærere volebat. Quo quidem ſacramento Lodhuuicus & Karolus creduli effecti, eadem die & in craſtinum, inſuper etiam vſque in horam ſecundam diei tertij, quod euenit VII. Kalend. Iulij, pace vtrorumque ex parte iureiurando firmata, ad caſtra redeunt, miſſam vero ſancti Ioannis in craſtinum celebraturi. Pippino quoque eadẽ die Lodharius in ſupplementum recepto mandat fratribus ſuis quoniam ſcirent illi Imperatoris nomen magna auctoritate fuiſſe impoſitum, vt conſiderent quatenus eiuſdem nominis magnificè poſſit explere officium. Inſuper autem haut ſe libenter vtrorumque quęrere profectũ. Interrogati autem ſi quiddam horum quæ mandauerant, recipere vellet, vel ſi quãlibet finiti-

uam ſententiam illis mandaſſet, nihil ſibi horum fuiſſe iniunctum reſponderunt. Quamobrem cum omnis ſpes iuſtitiæ ac pacis ſua ex parte ablata videretur, mandant illi, ſi melius non inueniſſet, aut reciperet vnum horum quæ illi mandauerant, aut noſſet illos in craſtinum, quod contigit, ſicut præfatum eſt, VII. Kalend. Iulij. hora videlicet diei ſecunda, ad omnipotentis Dei iudicium quod illis abſque illorum voluntate mandauerat, eſſe venturos. Quæ quidem Lodharius, ſolito more, inſolẽter ſpreuit, & viſuros ſe quid agere deberet, reſpondit. (Dum hęc ſuper Ligerim iuxta ſanctum Fludualdum conſiſtens ſcriberem, Eclipſis ſolis hora prima feria XV. Kal. Nouembris in Scorpione contigit.) His ita omiſſis diluculo Lodhuuicus & Karolus conſurgunt, verticẽ montis caſtris Lodharij contigui cum tertia vt videtur, exercitus parte occupant, aduentumque eius & horam ſecundam vt ſui iurauerant, exſpectãt. Cumque vtrumque adeſſet, prælium ſuper Riudam Burgundionum, magno certamine committunt. Et Lodhuuicus quidem ac Lodharius in loco qui Brittas dicitur, ſtrenue confligunt: Quo ſuperatus Lodharius,

terga vertit. Pars autem exercitus quam Karolus in loco qui Fagit vulgo dicitur, excepit, protinus fugit: Pars vero quæ in Solẽnat Adhelardum * ceteroſque quibus haud modicum ſupplementum, Domino auxiliante, præbui, appetiit, ſtrenue conflixit. Quo & vtrique vicerunt. Sed nouiſſime omnes à parte Lodharij fugerunt. Quo finem primi certaminis dedit Lodharius, terminetur liber ſecundus.

## INCIPIT LIBER TERTIVS.

QVIA ME SINISTRVM quiddam ex genere noſtro vt audiam, pudet, referre † preſertim, quam maxime piget. Quamobrem imperio haudquaquam maiiuole contempto, vt finis optatus libri ſecundi affuit, per omnia finire hoc opus animus decreuit. Sed ne forte quilibet quocunque modo deceptus, res noſtro in tempore geſtas, præter quam exactæ ſunt, narrare præſumat, ex his quibus interfui libellum vt adderem acquieui.

PROELIO QVIDEM vti præfatum eſt ſtrenue peracto, quid de palãtibus per-

ſageretur Ludhuuicus & Karolus in eodē campo deliberare cœperunt. Et quidam ira correpti, perſequi hoſtes ſuadebant: Quidam autem & maxime reges, miſerantes fratris plebiſque & vt iudicio Dei & hac plaga repreſſi ab iniqua cupiditate reſipiſcerent, & Deo donante, deinceps vnanimes in vera iuſtitia deuenirent, piis viſceribus, ſolito more, optabant. In quo negotio Dei miſericordia vt præſtolaretur, ſuadebant. Quibus cætera multitudo aſſentientes à prœlio & præda diſceſſerunt, & fere mediante die, ad caſtra redeūt: quid deinceps cōſultius acturum videretur, deliberaturi. Fuit quidem ingens numerus prædæ & ingēs * cedæ, inſuper ammirabilis immo & merito notabilis miſericordia tam regum quam & vniuerſorum. Nam diuerſis pro rebus diem dominicum inibi acturos ſe deliberarunt, in quo, miſſa peracta, amicos & inimicos, fideles & infideles pariter ſepulturæ tradebant. Plaga correptos ac ſemiuiuos eodem modo pro viribus ex animo refouebant. Poſt hos qui fuga euaſerant, miſerūt offerentes ſi reuera ſana fide vellent, omnia delicta remitti. Poſt hæc reges populique ſuper † fratris populoque Chriſtiano dolentes, per-

contari Epiſcopos cæperunt, quid agere ſuper hoc negotio deberent. Quamobrem vnanimes ad concilium omnes Epiſcopi confluunt, inuentumque in conuentu publico eſt quod pro ſola iuſtitia & æquitate decertauerint, & hoc Dei iudicio manifeſtum effectum ſit: Ac per hoc immunis omnis Dei miniſter in hoc negotio haberi tam ſuaſor quam & effector deberetur. At quicũque cõſcius ſibi aut ira, aut odio, aut vana gloria, aut certe quolibet vitio quiddam in hac expeditione ſuaſit, vel geſſit, eſſet vere confeſſus ſecrete ſecreti delicti & ſecundum modum culpę diiudicaretur. Veruntamen in veneratione ac laude tantæ declarationis iuſticiæ, pro remiſſione delictis mortuorum fratrum ſuorum in eo quod imperfecti peccatis interuenientibus ſe nouerant, vt in multis volentes nolenteſque delinquebant, vt ſuo adiutorio ab his exuti liberarentur, Inſuper autem vti actenus in iuſtitia adiutor & protector illi Deus extitit, ita vt deinceps vbiq; exiſteret: proque his omnibus triduanum ieiunium inuentum immoque libenter ac celebre celebratum eſt. His ita reor peractis, Lodhuuicus vt Renum peteret, decreuit. Karolus autem diuerſis

pro rebus, & maxime propter Pippinū vt illū ſibi ſubdere ſtuderet, in Aquitaniā vt proficiſceretur ratū duxit. Nā Bernardus dux Septimaniæ quāquam à loco prædicti prœlij plus minus leuuas tres defuerit, neutri in hoc negotio ſupplementum fuit. Victoriam autē vt Karoli eſſe didicit, filium ſuum VVillelmum ad illum direxit, & ſi honores quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, vt ſe illi commendaret, præcepit. Inſuper iactabat ſe poſſe, nec non & aiebat quod Pippinum vna cum ſuis Karolo fœdere quo valeret ſubdere vellet. Quam legationem benigne excepit, & ſicut poſtulauerat per omnia conceſſit, monens vt de Pippino & ſuis quod promiſerat, in quantum poſſet, vt perficeretur, operam daret. Cumque aduerſa vndique propulſa viderentur, ac ſpes proſperitatis cuiq; hinc inde faueret, Lodhuuicus cum ſuis Renū petiit, karolus vero vna cum matre Legerim adiit. Res autem publica incōſultius quam oporteret omiſſa, quo quemque voluntas rapuit, perfacile omiſſus abſceſſit: Quod quidem Pippinus audiens, paulo ante deſideratum cum illo fœdus inire diſtulit. Bernardus quidem ad illum venit, ſed vt illi ſe commendaret, mi-

nime acquieuit. Quidam tamen à Pippino deſciuerunt: & hoc tantum præfata expeditio Karolo profuit, quod illos ſibi fœderatos recepit. Interea Adhelardus cæterique quos Karolus ad Francos direxerat ſcire cupiens ſi ad illum reuerti vellent, Cariſiacum venientes quo illi, vt miſſos dirigeret, mandauerant, perpaucos obuios habuerunt, qui hoc dicebant, ſi idem Karolus ad præſens eſſet, ad illum venire minime differrēt: aliter autem, neſcire aiebant vtrum viueret an non. Iactauerant enim hi qui partis Lodharij ſentiebant, in prœlio Karolum cecidiſſe, Lodhuuicum vulneratum & fuga lapſum abiſſe. Quapropter inconſultum aiebant in incertis rebus aliquod fœdus cum quolibet inire debere. At Guntboldus ceterique coadunati ſupra præfatos Karoli miſſos irruere ſe ſimulabant. Et vtique feciſſent, ſi auſi eſſent. Quapropter ad Karolum Adhelardus & ceteri miſerunt, mandantes vt quātocius poſset, venire ſatageret, quatinus & illis adiutorium præberet, & ſi Franci, vti aiebant, ad illum venire vellent, ſcire poſset. Ipſi vero Pariſiacam ciuitatem adeunt, aduentum Karoli præſtolaturi. Quod cum Karolo nunciaretur, protinus

his in partibus iter direxit. Ad Sequonam autem vt peruenit, Adhelardum vna cum cæteris in Spedonna obuiam habuit, & quamquam propter conuentum quod cum fratre in Lingonicam vrbē Kal. Sept. condixerat, quoniam imminebat, anxius eſset, raſum duxit vt ſaltem citato curſu per vrbem Beluacenſem, ac deinde per Compendium & Sueſſionis, hinc per Remenſem & Cadelonenſem, Lingonicam peteret vrbē, quatinus eo tenore id quod cum fratre ſtatuerat, obſeruare ſtuderet, & ſi quilibet è Francis ad illum venire vellet, poſſet. Franci vero eandem paucitatē quā & Aquitani ſpreuerant, ſpernentes, variis fictionibus illi ſe per præſens ſubdere diſtulerunt. Quod vt Karolus cognouit, præfatum iter accelerare cæpit. cumque Sueſſionicam peteret vrbem, monachi de ſancto Medardo occurrerunt illi, deprecātes vt corpora ſanctorum Medardi, Sebaſtiani, Tiburcij, Petri & Marcellini, Marij, Marthæ, Audifax & Abacuc, Oneſimi, Meleſine & Le[cadiæ, Mariani, Pelagij, & Mauri, Floriani cum ſex fratribus ſuis, Gildardi, Sereni & domni Remigij Rotomagorum Archiepiſcopi in baſilicam vbi nunc quieſcūt] & iam tūc maxima ex par-

*Hic locus in vet. ex. emendatus eſt recentioris librarij manu, qui videtur quadā deleuiſſe, alia in textu, nō nulla in margine addidiſſe vt ea quæ incluſa ſūt his notis [ ] Et vero quadā deeſſe manifeſtum eſt.*

r

V c Gildardo et Medardo · auctor Vitardu citat Volaterran' lib xvi Anthropolog

te ædificata erat, tranſferret. Quibus acquieſcens inibi remanſit, & vt poſtulauerant, beatorũ corpora propriis humeris cũ omni veneratione tranſtulit. Inſuper & villam quæ Bernacha dicitur, rebus eiuſdẽ Eccleſiæ addidit. His ita peractis, Remenſem vrbem petiit. Quo cum veniſſet, nuncium recepit quod Lodhuuicus ad conuẽtum quod in Lingonicam vrbem condixerant, venire non poſſet eo quod Lodharius in regnum illius hoſtili manu irruere vellet. Mandauerant etiam huc auunculi eius, nec non & Giſlebertus comes Manſuariorum ſi in illis partibus iiſſet, ad illum ſe vna cum cæteris eſſe venturos. Ergo tã pro fratris adiutorio, quam & vt hos, ſi ad illum venire vellẽt, recipere poſſet, ad ſanctum Quintinum iter direxit. Quo quidẽ Hugonem, ſicut mandauerat, obuiam habuit: & inde in partes Traiecti iter direxit. Lodharius autem vt hæc audiuit, omiſſo Lodhuuico quem paulo ante perſequi ſtatuerat, à VVarmacia ad conuentum quod Teotonis-villam indixerat, iter arripuit. Eo qualiter ſuper Karolum irrueret, intendit. Quod cum Karolus in VVaſſiticum didiciſſet, Hugonem & Adhelardum † & Giſlebertum vna cum cæteris fœdere quo

f. vt

valerent ſibi adnecterent, direxit. Rabanonem etiam ad Lodhuuicum dirigens, mãdat qualiter pro ſuo adiutorio illis in partibus iſſet: quod Lodharius audiens, illo omiſſo, ſupra ſe cum omnibus copiis ire pararet: monenſque ac deprecatur vt quãtocius poſſet, ſolito more adiutorium illi præbere ſtuderet. Inſuper autem Exemenonem venerabilem Epiſcopũ ad Lodharium direxit, ſolito more humiliter præcepit vt roget, vt obſecret, meminerit quod frater filiolusque eius ſit: Meminerit quæ pater inter illos ſtatuerat, quæ tam is quam & ſui inter illos iurauerant: Meminerit quę nouiſſime iudicio Dei inter illos voluntas eius declarata ſit. Et ſi horum omnium recordari nolit, ceſſet à perſecutione ſanctæ Dei Eccleſiæ, miſereatur pauperũ, viduarum orfanorumque, & regnum à patre ſuo conſenſu ſibi datum vt ingrediatur, omittat, ne forte iterato populum Chriſtianum ad cedem mutuam confluere compellat. Et his ita compoſitis, idem ipſe Pariſiacam vrbem adiit tam fratris ſui Lodhuuici aduentum, quam & ceteros fideles ſuos quos vndiq; conuocauerat, prȩſtolaturus. Quod cum Lodharius didiciſſet, ad eandem vrbem iter direxit. Habebat enim tam Saxo-

num quam & Auſtraſiorum, necnon & de Alamannis partem haud modicam ſecum, horumque auxilio præmaxime confiſus ad ſanctum Dionyſium venit. Repererat autem inibi naues plus minus x x. inſuper quoque Sequana, vti menſe Septembrio ſolet, exigua erat tranſitumque perfacilem præſtabat. Quamobrem iactabant ſe ſui facile tranſire poſſe. Et hoc vtique ſimulabant ſe maxime velle. Ergo Karolus quoſdam Pariſium & Milidonē cuſtodiri præcepit: quoſdam vero vbicumque vada vel nauigia eſſe nouerat, reſidere fecit, ipſe è regione ſancti Dionyſij iuxta ſanctum Fludualdum, caſtra in meditullio poſuit, vt & Lodhario ſi ita oporteret, tranſitū prohibere, aut ſi alicubi ſuper ſuos irruere vellet, illis ſuccurrere poſſet. Et vt perfacile digno ſceretur quo in loco adiutorium præberi deberet, more maritimo ſigna in locis cōgruis atque cuſtodias deputauit. Inſuper autem Sequana (mirabile dictu) dum nos nuſquam eo in tempore infra duos menſes pluuias eſſe nouimus, repente aëre ſereno tumeſcere cępit ac ſponte his in locis vada vbique prohibuit. Cumque hæc ita haberent, cernens Lodharius tranſitum inibi vndique ſibi prohibitum, eo tenore cum

Karolo pacem inire ſe velle mandauit, vt fœdus quod Karolus cum fratre ſuo Lodhuuico ſacramentis firmauerat, omiſiſſet. Et ille ecõtra fœdus quod cũ Pippino nepote ſuo ſimiliter ſacramentis firmauerat, omitteret, & haberet Karolus à Sequana partẽ Occiduam * abſque Prouinciã & Septimaniã, eſſentq; quaſi pace perpetua fœderati. Re autem vera ſeſe vtroſque facilius decipere poſſe putabat, omnéque imperiũ hac arte inuadere ſperabat. At Karolus reſpõdit ſe fœdus quod cum fratre ſuo neceſſitate coactus inierat, minime violare velle. Inſuper vt a Moſa vſque ad Sequanã regnum quod pater illi dederat, nequaquã congruum videretur vt illi committeret, præſertim cum tanta nobilitas illum ſecuta de his regionibus eſſet, quos in ſua fide deceptos eſſe minime oporteret. Quamobrem quoniam hiems aderat, haberet quique honores quos pater illis dederat, ſi vellet, mãdauit, donec veris tempore vellent cum paucis, vellent cum omni comitatu, omnes conueniant: & ne ſtatutis aut ſtatuendis concordia concurrat, quid cuique debeatur, armis decernant. Quæ quidem Lodharius, more ſolito, ſpreuit & à ſancto Dionyſio obuiam Pippino qui ab

*f. vſque*

Aquitania ad illum veniebat, Senones iter direxit. Karolus autem econtra, qualiter Lodharium in adiutorium ſuum recipere poſſet, intendit. Interea nunciatum eſt Karolo quod ſoror ſua Hildigardis Adelgarium quendam ex ſuis captum haberet, & in vrbe Laudunenſi vna ſecum cuſtodiri feciſſet. Quapropter expeditos ad hoc opus Karolus ſibi delegit, ac protinus decedente iam die, his in partibus feſtinus perrexit. Diſtabat enim vrbs eadem plus minus leuuas XXX. Per totam ſiquidem noctem iter faciens, impediente gelu præualido, hora fere diei tertia inſperate ſubito ſorori & ciuibus cum infinita multitudine nunciatur Karolus adeſſe; omniſque vrbs militibus circumdata fore. Quo quidem nuncio exterriti, quoniam nec euadendi, nec aderat ſpes mœnia tuendi, pacem ſub vna eademque nocte petunt: Adelgarium confeſtim reddunt, & vt ſe vrbemque abſque conflictu in craſtinum dedant, cum omni ſubiectione promittunt. Dum hæc agerentur, milites moram huius rei grauiter ferentes, inſuper laboris tædio quod præteritæ noctis paſſi fuerant, permoti, in occidium vrbis ruere vndique cœperunt, eſſetque proculdubio protinus flammis

rapiniſque tradita, ni idem Karolus miſericordia ſuper Eccleſiarum Dei ſororiſque nec nō & populi Chriſtiani permotus minis atque blanditiis horum animos maximo labore compeſcere ſtuduiſſet: Quos cū abſcedere feciſſet, vt ſoror poſtulauerat, conceſſit, & Salmonciacum ab vrbe diſceſſit. Craſtina quoque die Hildigardis ad fidem ſuam, ſicut ſpoponderat, venit, vrbemque inlæſam & abſque conflictu ſui iuris reſtituit. Sororem ſuam ſiquidem Karolus benigne excepit, & omnia quæ actenus erga illum deliquerat, illi donauit; multiſque verbis blande illam allocutus, omnem benignitatem quam frater ſorori debet ſi deinde beniuola erga illum eſſe vellet, ei perhumane promiſit, ac quo voluit, illam abire conceſſit. Vrbi ſua iura ſtatuit, & ad ſuos quos circa Pariſium omiſerat, his ita peractis rediit. Senonas autem Lodharius Pippino recepto quid agere deberet, anxius erat. Nam Karolus partem exercitus Sequanam traiecit, & in ſaltum qui Pertica vulgo dicitur, direxit. Quos quoniam Lodharius vel ſe vel ſuos impedire timuit, primum inſectari ſtatuit. Qua quidē re ſperabat ſe & hos facile dedere, & hoc terrore ſibi reſiduos ſubiuga-

re, maximéque † Nominoium Brittannorum ducem ſuo ſubdere dominatui poſſe. Sed fruſtra hæc omnia expleturus adiit, dũ nihil horum ad effectum perduxit. Nam exercitus Karoli omnis ab eo ſaluus euaſit, inſuper ex ſuis neminem recepit, & Nomenoïus omnia quæ illi mandauerat, inſolenter ſpreuit. His ita ſe habentibus, repẽte nuntium accepit, quod Lodhuuicus & karolus vna cum ingenti exercitu alter alteri ſtuderet. Cumque ſe vndique rebus aduerſis circumſeptum videret, maximo ambitu inaniter expleto, à Turonis redire cæpit, & fatigato exercitu tandem feſſus Franciam peruenit. Pippinus autem quod ſe illi ſociauerat, pœnitudine correptus, Aquitaniam ſe recepit. Interea audiẽs Karolus quod Otgarius Maguntiæ ſedis Epiſcopus vna cum cæteris Lodhuuico fratri ſuo tranſitum ad ſe prohibuiſſet, iter per Tullenſem vrbem accelerans, Eliſazam ad Zabarnam introiit. Quod cum Otgarius didiciſſet, vna cum ceteris litore relicto abiit, & quo quiſque valuit, ocius ſe abdidit. Ergo XVI. kal. Marcij Lodhuuicus & Karolus in ciuitate quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgo dicitur, conuenerunt, & ſacramento quæ

Nomenoium

Zaber. S. 160.

ſubter notata ſunt Lodhuuicus Romana, Karolus vero Teudiſca lingua iurauerunt. Ac ſic ante ſacramenta circumfuſam plebem alter Teudiſca, alter Romana lingua alloquuti ſunt. Lodhuuicus autē quia maior natu, prior exorſus ſic cœpit. Quotiens Lodharius me & hunc fratrem meum poſt obitum patris noſtri inſectando vſque ad internecionem delere conatus ſit, noſtis. Cum autem nec fraternitas, nec Chriſtianitas, nec quodlibet ingenium, ſalua iuſticia vt pax inter nos eſset, adiuuare poſset, tandem coacti rem ad iudicium omnipotentis Dei detulimus, vt ſuo nutu quid cuique deberetur, contenti eſsemus. In quo nos, ſicut noſtis, per miſericordiā Dei victores extitimus. Is autem victus vna cum ſuis quo valuit, ſeceſſit. Hinc vero fraterno amore correpti, nec non & ſuper populum Chriſtianum compaſſi, perſequi atque delere illos noluimus, ſed hactenus, ſicut & antea, vt ſaltem deinde cuique ſua iuſticia cederetur, mādauimus. At ille poſt hac non contentus iudicio diuino, ſed hoſtili manu iterum & me & hunc fratrem meum perſequi non ceſsat. Inſuper & populum noſtrum incendiis, rapinis cædibuſque deuaſtat. Quamobrem nunc neceſſitate

ceſſitate coacti conuenimus. Et quoniam vos de noſtra ſtabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus, hoc ſacramentum inter nos in conſpectu veſtro iurare decreuimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, ſed vt certiores, ſi Deus nobis veſtro adiutorio quietem dederit, de communi profectu ſimus. Si autem, quod abſit, ſacramentum quod fratri meo iurauero violare præſumpſero, ab ſubditione mea, necnon & à iuramento quod mihi iuraſtis, vnumquemque veſtrum abſoluo. Cumque Karolus hæc eadem verba Romana lingua peroraſſet, Lodhuuicus quoniam maior natu erat, prior hæc deinde ſe ſeruaturum teſtatus eſt.

Pro dõ amur & ꝓ Xp̃ian poblo & nr̃o cõmun ſaluamẽt diſt di en auant in quant đs ſauir & podir me dunat ſi ſaluarai eo ciſt meon fradre Karlo & in adiudha & in cadhuna coſa ſi cũ om ꝑ dreit ſon frada ſaluar diſt ino quid il mi altre ſi fazet & abludher nul plaid nũquã prindrai qui meon vol eiſt meon fradre Karle in damno ſit. Quod cum Lodhuuicus expleſſet, Karolus Teudiſca lingua ſic hęc eadẽ verba teſtatus eſt.

In godes minna induithes xp̃anes folches ind unſer bedhero gealtniſſi fon theſe-

mo dage*frammordeſſo fram*ſo mir got geuuiz ei indi madh furgibit ſo hald ihtis an minā bruher ſcal in thi utha zermigſoſo maduo indimit luherem in nothe in mit hing nege gāgo theminā uuillon * imo ce ſcadhen uuerhen. Sacramentū autē quod vtrorumque populus quique propria lingua teſtatus eſt, Romana lingua ſic ſe habet : Si Lodhuuigs ſagrament que ſon fradre Karlo iurat, conſeruat, & Karlus meos ſendra de ſuo part ñ los tanit, ſi io returnar non lint pois ne io ne neulſ cui eo returnar int pois in nulla aiudha contra Lodhuuuig nun li iuer. Teudiſca autem lingua : Oba karl then eid then er ſineno bruodher Ludhuvvige geſuor geleiſtit, indi Ludhuuuig min herro then er imo geſuor forbrihchit, ob ih ina neſ aruuendenne mag, noh ih, noh thero, noh hein thenihes iruuēden mag uuidhar karle imo ce follus tine uuirdhit. Quibus peractis Lodhuuicus Reno tenus per Spiram, & Karolus iuxta VVaſagum per Vuizzunburg, VVarmaciam iter direxit. † Æſtas
in qua autē quo in prȩfatum exactū eſt prœlium, fuit frigida nimis & omnes fruges perſero collectæ ſunt. Autumnus vero & hiems naturalem ordinem peregerunt. Ac ca-

dem die qua prædicti fratres necnon & primores populi præfatum pepigerunt pactum, ſubſequente gelu nix multa cecidit. Stella cometis menſe Decẽbrio & Ianuario, nec non & Februario vſque prælatum conuentum apparuit. Per piſces centrum aſcendit, & inter ſignum quod à quibuſdam lyra, à quibuſdã vero Andromeda vocatur, & arctur * b * acriorem hoc concilio expleto defecit. His paucis de temporum ſideriſque ſerie delibatis, ad hiſtoriæ tramitem reuertamur. Cumque VVarmatiam veniſſent, miſſos deligunt quos protinus ad Lotharium & in Aquitaniam mittunt, & horum, necnõ & karlemanni aduẽtus inter VVarmatiam & Magonciacum præſtolaretur, ſtatuunt. Hic quoque haudquaquam ab re quoniam iocunda ac merito notanda videntur de qualitate horum regum, & vnanimitate qua interea deguerint, pauca referre libet. Erat quidem vtriſque forma mediocris cum omni decore pulchra & omni exercitio apta. Erat vterque audax, largus, prudens pariter & eloquens, omnemque pręmiſſam nobilitatem excedebat fratrum ſancta ac veneranda concordia. Nam conuiuia erant illis pœne aſſidua, & quodcun-

que precium habebant, hoc alter alteri per humane dabat. vna domus erat illis conuiuij, & vna ſomni. Tractabant tam pari cõſenſu communia, quam & priuata. Non quicquam aliud quilibet horum ab altero petebat, niſi quod vtile ac congruum illi eſſe cenſebat. Ludos etiam hoc ordine ſæpe cauſa exercitij frequentabant. Conueniebant autem quocumque congruum ſpectaculo videbatur, & ſubſiſtente hinc inde omni multitudine, primum pari numero Saxonorũ, VVaſconorum, Auſtraſiorum, Brittonorum, ex vtraque parte, veluti inuicem aduerſari ſibi vellent, alter in alterum veloci curſu ruebat. Hinc pars terga verſa protecti vmbonibus, ad ſocios inſectantes euadere ſe velle ſimulabant. At verſa vice, iterum illos quos fugiebant, perſequi ſtudebant, donec nouiſſime vtrique reges cum omni iuuentute ingenti clamore, equis emiſſis aſtilia criſpantes exiliunt, & nunc his, nunc illis terga dantibus inſiſtunt: eratque res digna pro tanta nobilitate nec & moderatione ſpectaculo. Non enim quiſpiam in tanta multitudine ac diuerſitate generis, vt ſæpe inter pauciſſimos & notos contingere ſolet, alicui aut

læſionis aut vituperij quippiam inferre audebat. His ita ſe habentibus karlemannus cum ingenti exercitu Baioariorum & Alamannorum ad patrem ſuum Mogontiam venit: Bardo vero qui in Saxoniam miſſus fuerat, ſimiliter fecit, nuntians quod Saxones mandata Lodharij ſpreuiſſent, & quicquid Lodhuuicus & karolus illis præciperent, libenter id facere vellent. Lodharius quoque miſſos qui ad ſe directi fuerant, inconſulte audire diſtulit. Quod tam Lodhuuicus quam & Karolus, nec non & vniuerſus exercitus ægre tulerunt, & qualiter idem ipſi ad illum peruenire poſſent, intendunt. Ergo XVI. kal. Aprilis illis in partibus viam dirigunt, & karolus quidem per VVaſagum iter difficile ingreſſus, Lodhuuicus vero terra Renoque per Bingam, Karlemanus autem per * Einrichi ad Conflentim in craſtinum hora fere diei ſexta venerunt, protinuſque ad ſanctum Caſtorem orationis cauſa pergunt. Miſſam audiunt, ac deinde idem reges armati naues conſcendunt & Moſellam otius traiiciunt. Quod cum Otgarius Mogontiæ ſedis Epiſcopus, Hatto Comes, Herioldus ceterique viderũt quos Lodharius ob hoc inibi reliquerat vt illis tranſitum prohibuiſſent,

timore perterriti, litore relicto fugerunt. Lodharius quoque vt fratres ſuos Moſellã tranſiſſe in Sinciaco didicit, confeſtim & ipſe abire & regno & ſede non deſtitit, donec ſe ſuper ripam Rodanis cũ paucis qui ſe ſequi deliberauerant, cæteris omiſſis, excepit. Qua finem ſecundi certaminis dedit Lodharius, terminetur liber tertius.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

# INCIPIT LIBER QVARTVS.

NON SOLVM me, vti præfatum eſt, ab hoc opere narrationis quieſcere delectat, verum etiam quo ab vniuerſa republica totius ſecedam, mẽs variis querimoniis referta, aſſiduis meditationibus anxia verſat. Sed quoniam me de rebus vniuerſis fortuna hinc inde iunxit, validiſque procellis merentem vehit qua portum ferar, immo vero penitus ignoro. Interim autem ſi aliquod tempus otioſum repercro, quid oberit ſi, vti iuſſum eſt, facta principum procerumque noſtrorum ſtili officio memoriæ mandare curabo? Ergo huic rerum operi quarto inſiſtam, & ſi in cæteris rebus futuris prodeſſe nequiue-

ro, ſaltem in his erroris nubeculam proprio labore poſteris detergam.

VSQVE LODHVVICVS & karolus Lodharium à regno ſuo abiſſe certis indiciis cognouere, Aquis palatium, quod tũc ſedes prima Franciæ erat, petentes, ſequẽti vero die quid conſultius de populo ac regno à fratre relicto agendum videretur, deliberaturi. Et primum quidem viſum eſt vt rem ad Epiſcopos ſacerdotéſque, quorum aderat pars maxima, conferrent, vt illorum conſultu, veluti numine diuino, harum rerum exordium atque auctoritas proderetur. Et hoc illis quoniam merito ratum videbatur, commiſſum eſt. Quibus ab initio geſta Lodharij conſiderantibus, quomodo patrem ſuum regno pepulerit, quoties populum Chriſtianum periurum ſua cupiditas effecerit, quoties idem ipſe hoc quod patri fratribuſque iurauerat, fruſtrauerit, quoties poſt patris obitum fratres ſuos exheredirare atque delere temptaſſet, quota homicidia, adulteria, incendia omnigenaque facinora vniuerſalis Ecclesia, ſua nefandiſſima cupiditate perpeſſa ſit: Inſuper autem neque ſcientiam gubernandi Rempublicam illum habere, nec quoddam veſtigium bonæ voluntatis in

ſua gubernatione quemlibet inuenire poſſe, ferebant. Quibus ex cauſis non inmerito, ſed iuſto Dei omnipotentis iudicio, primum à prœlio, & ſecundo à proprio regno fugam illum iniſſe aiebant. Ergo omnibus vnanimiter viſum eſt atque conſentiunt quod ob ſuam nequitiam, vindicta Dei illum eiecerit regnumque fratribus ſuis melioribus ſe, iuſte ad regendum tradiderit. Verumtamen haudquaquam illis hanc licentiam dedere, donec palam illos percontati ſunt, vtrum illud per veſtigia fratris eiecti, an ſecundum Dei voluntatem regere voluiſſet. Reſpondentibus autem, in quãtum noſſe ac poſſe Deus illis concederet, ſecundum ſuam voluntatem ſe & ſuos gubernare & regere velle, aiunt, Et auctoritate diuina vt illud ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem illud regatis, monemus, hortamur atque præcipimus. Hinc autem vterque illorũ duodecim è ſuis ad hoc opus elegit, quorum vnus extiti, & ſicut illis congruum vt inter illos hoc regnũ diuideretur viſum eſt, contenti ſunt. In qua diuiſione non tãtum fertilitas aut æqua portio regni, quantũ affinitas & congruentia cuiuſque aptata eſt: Euenitq; Lodhuuico omnis Friſia, &c. **

*ſic vet. ex quod nuper admodum quidam ſic ſupplere tentauit:* Et Orientalia regna ceſſerunt, omnis ſcilicet Germania vſque ad Reni fluēta & aliquæ ciuitates trans Renum cum adiacentibus pagis.

Karolo vero * *

*ſic vet. quod & idē nuper ſic ſupplere conatus eſt.* Karolus vero accepit occidentalia regna à Britannico Oceano vſque ad Moſam fluuium, in qua parte extunc & modo nomen Franciæ remanſit.

Quibus peractis quique illorum è populo qui ſe ſequutus eſt, ſuſcepit, ac ſibi, vt deinceps fidelis eſſet, ſacramento firmauit. Et karolus quidem Moſam regnum ſuum ordinaturus traiecit: Lodhuuicus vero, Saxonorum cauſa Coloniam petiit, quorum caſus quoniam maximos eſſe perſpicio prætereundos minime puto. Saxones quidem, ſicut vniuerſis Europam degentibus patet, karolus, magnus Imperator ab vniuerſis nationibus non inmerito vocatus, ab idolorum varia cultura multo ac diuerſo labore ad verā Dei Chriſtianamque religionem conuertit. qui ab initio tā nobiles quā & ad bella promptiſſimi, multis indiciis perſepe claruerunt. Quæ gens omnis in tribus ordinibus diuiſa conſiſtit. Sunt enim inter illos qui Edhilingi, ſunt qui Frilingi, ſunt qui Lazzi illorum lingua dicūtur. Latina vero lingua hoc ſunt Nobiles, Ingenuiles atque Seruiles. Sed pars

illorum quæ nobilis inter illos habetur, in duabus partibus in diſſenſione Lodharij ac fratrum ſuorum diuiſa, vnaque eorum Lodharium, altera vero Lodhuuicum ſecuta eſt. His ita ſe habentibus, cernẽs Lodharius quod poſt victoriam fratrum populus qui cum illo fuerat, deficere vellet, variis neceſſitatibus aſtrictus, quocumque & quomodocumque poterat ſubſidiũ quærebat. Hinc rẽ publicam in propriis vſibus tribuebat, hinc quibuſdã libertatẽ dabat, quibuſdam autẽ poſt victoriam ſe daturũ promittebat. Hinc etiã in Saxoniã miſit, Frilingis Lazzibuſque, quorum infinita multitudo eſt, promittens, ſi ſecum ſentirent, vt legem quam anteceſſores ſui tempore quo idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam cõcederet. Qua ſupra modum cupidi nomen nouum ſibi, id eſt Stellingua impoſuerũt, & in vnum conglobati, dominis è regno pœne pulſis, more antiquo, qua quiſque volebat lege viuebat. Inſuper autem Lodharius Nortmannos cauſa ſubſidij introduxerat, partemque Chriſtianorum illis ſubdiderat, quibus etiam vt ceteros Chriſtianos deprædarent, licentiam dabat. Igitur metuens Lodhuuicus ne iidem Nort-

manni necnon & Sclaui propter affinitatẽ Saxonibus qui ſe Stellinga nominauerant, coniungerent, regnumque ſibi vindicaturi inuaderent, & Chriſtianam religionẽ his in partibus annullarent. Quamobrem, vti prætulimus, ꝑ maxime & * adiit, & in quantum valuit ſimul & cetera regni ſui ſcandala ne hoc nefandiſſimum malũ ſanctæ Dei Eccleſiæ deueniret, præcauit. Quibus expletis, Viridunenſium ciuitatem Lodhuuicus per Teotonis villam, Karolus autem per Remenſem vrbem adeunt, quid deinceps agendum videretur, deliberaturi. Per idem tempus Nortmanni * contuuig deprædati ſunt, inibiq; mare traiecto, Hamuuig & Nodhũnuuig ſimiliter depopulati ſunt. Lodharius autem vt ſe ſupra ripam Rodani recepit, nauigio eiuſdem fluminis fretus inibi reſedit, quò vndique quos valuit ſibi in ſubſidium adtraxit. Veruntamẽ legatum ad fratres ſuos dirigens mandat, ſi ſciret qua fieri poſſet, primores ſuos ad illos dirigere vellet de pace deliberaturos. Reſponſum eſt, Mitteret quos vellet: facile quemlibet ſcire poſſe qua illis * deueniret eſſe. Ipſi vero vno eodemque itinere per Tricaſinenſium, Cadhellonenſem adeunt vrbem. Cumque Mi-

* *Coloniam*

liciacum veniſſet Ioſippus, Eberhardus, Egbertus vna cum cæteris à parte Lodharij ad illos venerũt, dicentes, quod Lodharius cognouiſſet ſe in Deum & illos deliquiſſe, nolletque amplius vt altercatio inter illos & Chriſtianum populum eſſet. Si vellent aliquid illi ſupra tertiam partem regni propter nomen Imperatoris quod illi pater illorum cõceſſerat, & propter dignitatẽ imperij quam auus regno Francorum adiecerat, augere facerent: Sin aliter, tertiam tantummodo partem totius abſque Langobardia, Baioaria & Aquitania illi concederent, regeretque quiſque illorum, Deo fauente, portionem regni ſui prout melius poſſet. frueretur alter alterius ſubſidio ac beneuolentia, concederent pacem & leges inuicem ſibi ſubiectas, eſſetque inter illos, Deo auctore, pacta pax perpes. Quod cum Lodhuuicus & Karolus audiſſent & illis plebique vniuerſæ perplacitum eſſet, in vnũ vna cum primoribus coëunt, & quid de talibus acturi eſſent, gratanti animo conferunt. Aiebant ſe hoc in exordio diſſenſionis voluiſſe, & quamquã peccatis interuenientibus proficuum eſſe non poſſet, ſæpe hoc illi mandatum fuiſſe. In eo tamen omnipotẽti Deo gratias refere-

bant, cuius tãdem ope adiuti hoc promeruerant, vt frater illorum qui ſemper pacem atque cõcordiam ſpreuerat, Deo largiente tunc illam petebat. Verumtamen ſolito more ad Epiſcopos ſacerdoteſque rem referunt, vt quocunque diuina auctoritas id vertere vellet, nutu ipſius libẽti animo præſto adeſſent. Quibus cum vndique vt pax inter illos fieret melius videretur, conſentiunt, legatos conuocant, poſtulata concedunt. Cumque in diuiſione regni quatuor dies vel eo amplius morarentur, tandem viſum eſt vt inter Renum & Moſam vſque ad exortum Moſæ, ac deinde ad exortum Saugonnæ, & ſic per Saugonnam vſque ad Confluencum Rodani, & ſic deinde per Rodanum vſque in mare Tyrrenum omnes videlicet Epiſcopatus Abbatias Comitatus fiſcaſ*is alpib; * conſiſtentia abſque * * illi in parte regni tertia offerrent. Et ſi hanc recipere renuat, quid cuique debeatur, armis decernãt. Quod quidem quamquam vltra quod iuſtum ac congruum, vt quibuſdam videbatur, inuentum fuerit, per Conradum, Abbonẽ, Adhelhardum & cæteros mãdatum eſt. Ipſi vero interim donec qui miſſi fuerant reuerterentur, in eodem loco eſ-

ſe ſe decernunt, reſponſum Lodharij præſtolaturi. Qui cũ ad Lotharium veniſſent, repererunt illum paululum minus ſolito more animatum. Aiebat enim ſe non eſſe contentum in eo quod fratres ſui illi mandauerant, quia æqua portio non eſſet, querebaturque inſuper ſuorum qui ſe ſequuti ſunt cauſam, quod in præfata parte quæ illi offerebatur, non haberet vnde illis ea quæ amittebant, reſtituere poſſet. Quamobrem, ignoro qua fraude decepti, hi qui miſſi fuerant, augent illi ſupra definitam partem vſque in Carbonarias: Inſuper ſi hoc vſque ad tempus quod illis pariter cõueniret, reciperet, iurant illi, quod tunc fratres ſui iureiurando, prout æquius poſſent, regnum omne abſque Langobardia, Baioria & Aquitania in tribus partibus diuiderent, eſſetque ſuper his ſua electio, vt quam vellet harum acciperet, ac diebus vitæ ſuæ eandem illi concederẽt, in eo, quod ille illis ſimiliter faceret: & hæc omnia ſi aliter nõ crederet, ſacramento ſic ſe facturos promitterent. Iurat etiam Lodharius ſic ſe velle, ac ſua ex parte ſic perficere in eo quod fratres ſui vti miſſi illorum tunc illi iurauerant, adimpleſſent. Igitur mediante Iunio feria videlicet quinta propter

ciuitatem Madaſconis, in inſula quæ Anxilla dicitur, cum æquo numero priorum Lodharius, Lodhuuicus & karolus conueniunt, & hoc ſacramentum mutuo ſibi iurauerunt. Videlicet vt ab ea die & deinceps inuicem ſibi pacem conſeruare deberent, & ad placitum quod fideles illorum inibi ſtatuiſſent, regnum omne abſque Lãgobardia, Baioaria & Aquitania, cum ſacramento, prout æquius poſſent, in tribus partibus ſui diuiderẽt, electioque partium eiuſdem regni eſſet Lotharij: & quique illorum partem quam quiſque acciperet, cuique deinde omnibus diebus vitæ ſuæ conſeruare deberet, in eo, ſi aduerſus frī & ſuos frater ſuus ſimiliter faceret. Quo expleto, adhibitiſque verbis pacificis, pacifice diſcedunt, ad caſtra redeunt, in craſtinum de cæteris deliberaturi. Quamquam & ægre, vix tamen effectum eſt & vt vſque ad conuentum quod in kal. Octobris condixerant, pacifice quiſque in ſua portione qui vellet, eſſet. Et Lodhuuicus quidem Saxoniam, Karolus vero Aquitaniam ordinaturi adeunt. Lodharius autem iam, vt ſibi videbatur, de electione regni partium ſecurus, Arduennam venatum petit, omneſque primores ſuæ portionis populi qui

à ſe dum à regno abiret neceſſitate coacti deſciuerant, honoribus priuauit. Lodhuuicus etenim in Saxonia ſeditioſos qui ſe, vti pręfatum eſt, Stellinga nominauerant, nobiliter, legali tamen cede compeſcuit. karolus vero in Aquitaniam Pippinum fugauit: Quo latitante, nihil aliud notabile efficere valuit, præter quod VVarinum quendã ducem ceteroſque qui ſibi fidi videbantur, ob cuſtodiã eiuſdem patriæ inibi reliquit. Inſuper comes Toloſę è Pippini ſociis qui ad ſe perdendum miſſi fuerant, quoſdam in inſidiis cœpit, quoſdam ſtrauit. Idemque karolus ad placitũ quod cum Lodhuuico fratre ſuo VVarmatiam condixerat, iter direxit. Cumque Metis pridie kal. Octobris veniſſet, Lodharium in villa Teotonis reperit quo ante condictum placitum venerat, ac aliter quam ſtatuerat, reſidebat. Quamobrem his qui à patre Lodhuuici necnon & karoli propter diuiſionem regni Mettis reſidere debuerant, tutum minime videbatur, vt dum ſeniores ſui in VVormatia, & Lodharius in Teotonis-villa eſſent, illi Mettis regnum diuiderent. Diſtat enim VVarmatia Mettis leuuas plus minus LXX. Teotonis autem villa plus minus octo. Occurrebat etiam

quod

quod Lodharius in fratrum deceptione ſæpe perfacilis prõptuſq; extiterat. Ideoque ſuam ſalutem illi credere haudquaquam, abſque qualibet ſecuritate, audebant. Ergo Karolus horum ſaluti conſulens ad Lodharium dirigit: mandat, quoniam aliter quam conueniſſet, venerat * & era ſi vellet vt miſſi fratris ſui nec non & ſui inibi vna cum ſuis remanerent, daret illi obſides vt de ſalute illorũ fidus eſſet. Sin aliter, mittere ille miſſos ſuos VVarmatiam ad illos, & illi quos vellet, obſides illi darent: Sin aliter, recederent à Mettis pari ſpatio. Sin etiam & hoc nollet, in meditullio qua vellet, miſſi eorum conueniſſent. Non enim ſe tot nobilium virorum ſalutem neglegere debere, dicebat. Erant quidẽ octoginta electi ex omni multitudine, omni nobilitate præſtantes, quorum interitus ni præcaueretur, maximam ſibi fratrique ſuo poſſe inferre iacturam aiebat. Tum tandem pro commoditate omnium hinc inde viſum eſt, vt Confluentum miſſi illorum * centum decim videlicet abſque obſidibus conuenirent, inibique regnum prout æquius poſſent, diuiderent. Quo ſcilicet XIIII. Kal. Nouembris conuenientes ne forte quoddam ſcandalum inter homi-

nes illorum qualibet ex cauſa oriretur, pars illorum quæ à Lodhuuico nec non & Karolo venerat, orientalem ripam Reni metantes, quæ autem à Lodhario, occiduam, cotidieque ob commune colloquium ſanctum Caſtorem petierunt. Cumque ad regni diuiſionem hi qui à Lodhuuico & Karolo miſſi fuerant variis querimoniis acceſſiſſent, quæſitum eſt, ſi quis illorum totius imperij noticiam ad liquidum haberet. Cum nullus reperiretur, quæſitum eſt, cur miſſi illorum in tranſacto ſpatio non circumiiſſent & illorum induſtria inbreuiatum eſſet. Cum & hoc vt fieret Lodharium nolle reperiſſet, aiebant impoſſibile eſſe ignoranti quiddam æqualiter diuidere poſſe. Nouiſſime autem quæſitum eſt, quoniam ſacramento illud prout æquius ac melius poſſent, noſſentque, diuidere deberent, ſi hoc ſincere iurare poſſent, dum ſcirent quod nemo ignoranter id facere valeret: & hoc quoque ad conferendum Epiſcopis commiſſum, qui hinc inde in baſilicam ſancti Caſtoris conuenientes à parte Lodharij aiebant, ſi in ſacramento quilibet deliquiſſet, hoc expiare poſſe, ac per hoc melius eſſet vt hoc facerent, quam diutius tot rapinæ, incendia, homicidia,

adulteria Eccleſia Dei pateretur. At contra hi qui à parte Lodhuuici nec non & karoli erant, aiebant dum neutrum neceſſe eſſet, cur in Deum peccare deberent? Aiebant melius eſſe vt firmaretur pax inter illos, mitteréntque pariter per vniuerſum imperium, & inbreuiaretur, ac tum tandem iurare quod certum eſt abſque periculo, æqualiterque diuidere poſſe cenſebant. ſic quoque periurium cæteraque facinora deuitare niſi cæca cupiditas impediret, poſſe firmabant, ac per hoc nec ſe lædere in ſacramento velle, nec cuipiam vt faceret licentiam dare, teſtabantur. Qua diſſentientes quique quà venerat, ad ſuos ſeceſſerunt. Hinc omnes in eadem domo conuenerunt à parte Lodharij, dicentes quod parati ad ſacramentum & ad diuiſionem vti iuratum fuerat, eſsent. At contra à parte Lodhuuici & karoli ſimiliter ſe velle ſi poſsent, aiebant. Nouiſſime autem, quoniam neuter quod alter volebat, abſque ſeniorum ſuorum auctoritate, aſsentire audebat, ſtatuunt vt pax inter illos eſset, donec ſcire poſsent quid ſeniores ſui horum recipere vellent: & hoc fieri poſse in Non. Nouemb. viſum eſt, vſquequo pacis termino conſtituto, diſcedunt. Qua quidem

die terræ motus magnus per omnem pœne hanc Galliam factus eſt. Eademque die Angilbertus vir memorabilis Centulo tranſlatus, & anno poſt deceſſum eius XXVIII. corpore abſque aromatibus indiſſoluto repertus eſt. Fuit hic vir ortus eo in tempore haud ignotæ familiæ. Madhelgaudus autem * Richardus & hic, ex vna progenie fuere. Et apud magnū Karolum merito magni habebantur. Qui ex eiuſdē magni regis filia nomine Beretha Harnidum fratrem meum & me Nithardum genuit. Centulo opus mirificum in honore omnipotentis Dei ſanctique Ricarij conſtruxit. Familiam ſibi commiſſam mirifice rexit. Hinc vita cum omni felicitate defuncta Centulo, in pace quieuit. His paucis de origine mea delibatis, ad hiſtoriæ ſeriem redire libet. Cum autem vt præfatum eſt reuerſi quique regi ſuo quæ inuenerat, nunciaſſent, hinc inopia, hinc hieme inſtante, hinc etiam quod primores populi deguſtato ſemel periculo iterum prœlium nolebant, ac per hoc pax inter illos vſque in vigeſimo die poſt miſſam ſancti Iohannis firmaretur, aſſentiunt. Ad quam ſtatuendam hinc inde primates populi Teotonis villā con-

fluunt, iurant, vt ipſi reges inter ſe interim mutuam pacem ſeruare deberent. Et vt nequaquam quolibet modo omittere- tur, ni in eodem conuentu vt æquius poſſent, omne regnum diuiderent, eſſetque Lodharij, vti iuratum fuerat, partium electio eiuſdem regni. Hinc quique qua libuit, diſceſſit: & Lodharius Aquis hiematum petiit, Lodhuuicus Baioariam, Karolus autem vxorem ducturus Cariſiacum venit. Eodem tempore Mauri à Sigenulſo fratris Sigihardi ſibi cauſa ſubſidij inducti Beneuentum inuadunt. Eodẽ tempore Stellinga in Saxonia contra dominos ſuos rebellarunt, ſed prœlio commiſſo, nimia cæde proſtrati ſunt; ac ſic auctoritate interiit quod ſine auctoritate ſurgere præſumpſit. Accepit quidem Karolus vti præfatum eſt, in coniugio Hirmentrudem Vodonis & Ingeltrudis filiam & neptam Adelardi. Dilexerat autẽ pater eius ſuo in tempore hunc Adelardum adeo idem vellet in vniuerſo imperio, hoc pater faceret. Qui vtilitati publicæ minus proſpiciens placere cuique intendit. Hinc libertates, hinc publica in propriis vſibus diſtribuere ſuaſit, ac dum quod quique petebat vt fieret, effecit, rem publicam pe-

nitus annullauit. Quo quidem modo effectum eſt, vt in hac tẽpeſtate populũ qua vellet facile deuertere poſſet. Et hac de re Karolus præfatas nuptias maxime iniit, quia cum eo maximam partem plebis ſibi vindicare poſſe putauit. Nuptiis quidem XVIIII. Kal. Ianuarij expletis, natalem Domini ad ſanctum Quintinum celebre peregit. Valentianas quoque qui de fidelibus ſuis inter Moſam Sequanamque cuſtodiæ remanere deberent, ordinauit. Idem vero partibus Aquitaniæ vna coniuge anno DCCCXLIII. incarnationis Domini in hieme iter direxit. Fuit autem eadem hiems præfrigida nimis ac diuturna. Langoribus inſuper habundãs, nec non & agriculturæ pecorique apibuſque ſatis incongrua. Hic quique colligat, qua dementia vtilitatem * publicam neglegat priuatis ac propriis voluntatibus inſaniat, dum ex vtriſque creatorem adeo offendat, vt etiam omnia elementa eius veſaniæ contraria reddat: Quodque hiſcemodi exemplis pene adhuc omnibus notis perfacile probaturus accedam. Nam temporibus bonæ recordationis magni Karoli, qui euoluto iam pene anno XXX. deceſſit. quoniam hic populus vnam eandemque rectam ac per

hoc viam domini publicam incedebat, pax illis atque concordia vbique erat: At nunc è contra, quoniam quique ſemitam quam cupit, incedit, vbique diſſenſiones & rixæ ſunt manifeſtæ. Tunc vbique habundantia atque lætitia, nunc vbique periuria atque mæſticia. Ipſa elementa tunc cuique regi congrua, nunc autem omnibus vbique contraria, vti ſcriptura diuino munere prolata teſtatur: Et pugnabit orbis terrarum contra inſenſatos. Per idem tempus Eclipſis Lunæ * XIII. Kal. Aprilis contigit. Nix inſuper multa eadem nocte cecidit, mæroremque omnibus, vti præfatum eſt, iuſto Dei iudicio incuſſit. Id propterea, inquam quia hinc inde vbique rapinæ & omnigena mala ſeſe inſerebant, illinc aëris intemperies ſpem omnium bonorum eripiebat. * * al. XV.

*QVÆ DESVNT SVPERIORI LIBRO NITARDI de portionibus Ludouici & Caroli, quamuis ex Appendice ad Aimoini hiſtoriam aliqua parte ſuppleri poſſe videantur, quia tamen, vt in huiuſmodi proprijs locorum nominibus fere ſolet, varia & incerta ſcriptura eſt, eam nos hic exhibere voluimus quam in vetuſtiſſ. omnium, quæ quidem nobis videre contigit, exemplaribus Bellouacenſi & noſtro reperimus, ſeruata etiam quantum pagina ferre potuit, Bellouacenſis in portione Ludouici ſcripturæ forma, & adiecta ex noſtro ſcripturæ varietate.*

*Anno incarnationis dominicæ* DCCCLXX. *regni Karoli* XXXIII. *Indict.* III. VI. *Id.* A*ug. fuit hæc diuiſio regni facta in Procaſpide ſuper fluuium Moſam inter glorioſos reges Karolum & Hluduuicum.*

Coloniam
Treueris
Vtrech
Straſtburch
Baſulam
*Siluestre* Abbatiã * Sueſtres
Berch
Niu monaſteriũ
Caſtellum

Indam
S. Maximini
Ephternacum
Horream
Sancti Gangulfi
Faueiniacum
Polemniacum
Luxouium
Luciam
Balmam

Offonis villam
Megeni
Monaſterium
Sancti Deodati
Bodonis monaſt.
* Striuarium *Stuagnum*
Romerici montem
Moibarch.

*Hic relictum eſt ſpacium quoddam purum: ſequitur in altera pagina.*

Sancti Gregorij
Mauri monaſter.
Eboresheim
Homouua
Maſonis monaſt.
Hombuic
*Stagni* Sancti * Stephani Straſtburch
Erenſtein
Sancti Vrſi in Salodoro
*Cirãdi vallem* * Grandiu. Item
Altam petiam

Iuſtinam
Vallem cluſæ
Caſtallum Carnones
Heribodesheim
Abb. de Aquis
Hoenchirche
Auguſt chirche
Com. * Treſtebant *Teſtebrant*
Batua
* Hattuaris *Hattuarias*
Maſau ſubterior de iſta parte

Item

Item Maſau ſuperior quod de iſta parte eſt
Liugas quod de iſta parte eſt.
Diſtrictum Aquenſe
Diſtr ctum * Tectis — *Trectis*
* In Ripuarias Com. v. — *Inripuarias*
Megenenſium
Bedagouua
Niithouua
Sara ij chouaia ſubterior
Bleſiichouua
Selme
Albechouua
* Suetiſium — *Suentiſium*
Calmontis
Sarachouua ſuperior
Odornenſe quod Bernardus * habet — *habuit*
Solocenſe
Baſiniacum
Eliſchouue
VVaraſch
Scudingum
Emaus
Baſalchouua
In Eliſatio Com. II.
Deſiiſia duas partes. De regno quod Hlotharius habuit, ſuper iſtã diuiſione propter pacis & caritatis cuſtodiam ſuperaddidimus iſtam adiectionem.

Ciuitatem Mettis cum abbatia Sācti Petri & S. Martini & Comitatu * Moſlenſi cū omnibus villis in eo conſiſtentibus tam dominicatis quam & vaſſallorum. — *Moſieſi*

De Arduenna ſicut flumen Vrta ſurgit inter Biſſanc & Tumbas, ac decurrit in Moſam, & ſicut recta via pergit in Bedenſi, ſecundum quod communes * fideles noſtri rectius inuenerunt excepto quod de * Conduſtro eſt ad partem Orientis trans Vrtam, & abbatias Prumiam & * Stabolata & omnibus villis dominicatis & vaſallorum. — *miſſi* — *Cōdruſta* — *Stabolau*

### ~~Quæ ſequuntur~~ ſequentia deſcripſimus ex noſtro.

HÆc eſt diuiſio quam Karolus de eodem regno ſibi accepit. Lugdunum Veſontium. Viennã. Tungris Tullum. Viridunum. Cameracum. Viuarias. * Vceria. Montem falconis. Sancti Michaëlis. * Culdini monaſterium. Sancta Maria in Biſinciono. Sancti Martini in eodem loco. Sancti Augentij. Sancti Marcelli. Sancti Laurentij Leudenſi. Sennonem. Abb. Mellam. Molbarium. Laubias. Sancti * Gauderici. Sãcti Saluij. Criſpinno. Foſſas. Marilias. * Hunulcurt. Sancti * Geruaſij. Maalinas. Ledi. * Sumniacum. Antonium. Condatum. Merrebecchi. Ticliuinni. Luitoſa. Calmontis. Sancta Maria in Deonant. Echa. Andana. * Vuaſloi. Altum montem. Comitatum Texandrum. In Brachanto Comitatus IIII. Camaracenſium. Hanioum. Lomenſem. In Haſbanio Comitatus IIII. Maſau ſuperior quod de iſta parte eſt: Liugas quod de iſta parte Moſæ eſt & pertinet ad * Velſatum. Scarponinſe. Viriduninſe. Dulminſe. Arlon. Vuaurenſe Comitatus duos. Moſminſe. Caſtricium. Condruſt. de Arduenna ſicut flumen Vrta ſurgit inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Moſam, & ſicut recta via ex hac parte Occidentis pergit in Bedenſi ſecundum quod miſſi noſtri rectius inuenerint. Tullenſe. aliud Odornenſe quod Tetmarus habuit. Barrenſe. Portenſe. Salmoringum. Lugdunenſe. Viennenſe. Viuarias. Vcetium. De Friſia tertiam partem.

*al. Vzotias*
*al. Suldum*
*al. Gildini*
*al. Lauderici.*
*al. Gaugerici*
*Hunulfurt. al.*
*al. Geruaſii*
*Sumnacũ*
*VVaſlios*
*al. Verſatũ*

*Quæ ſequuntur, etſi ad Synodum Tullenſem proprie ſpectat, quia tamen ad hiſtoriam eorum temporum non parum pertinere viſa ſunt, ex eius amplioribus actus quæ in Vetuſt. codic. extabant, excipere hicque aducere voluimus.*

LIBELLVS PROCLAMATIONIS DOMNI CAROLI REGIS ADVERSVS VVENILONEM ARCHIEPISCOPVM SENONVM ELECTIS IVDICIBVS REMIGIO LVGDVN. EIRARDO TVRON. VVELINONI, ROTHOMAGEN. ET RODVLPHO BITVRIGVM ARCHIEPISCOPIS IN SANCTA SYNODO XII. PROVINCIARVM APVD TVLLENSEM PARROCHIAM IN SVBVRBANO EIVSDEM VRBIS QVOD DICITVR SAPONARIAS, PROPRIA IPSIVS MANV PORRECTVS. ANNO INCARNAT. DOMIN. DCCCLIX. INDICT. VI. XVIII. KAL. IVL.

## CAP. I.

QVIA, ſicut dicit ſanctus Gregorius & ex conſuetudine Olitana cognoſcitis, in Francorum regno reges ex genere prodeunt, mihi à domno

& genitore meo piæ memoriæ Ludouico Auguſto pars regni inter fratres meos reges diuina diſpoſitione eſt tradita, in qua parte regni vacabat tunc paſtore Metropolis Senonum, quam, iuxta conſuetudinem prædeceſſorum meorũ regum, VVeniloni tunc clerico meo in capella mea mihi ſeruienti, qui more liberi clerici ſe mihi commendauerat & fidelitatem ſacramento promiſerat, conſenſu ſacrorum Epiſcoporum ipſius Metropolis ad gubernandam commiſi, & apud Epiſcopos, quantum ex me fuit, vt eum ibidem Archiepiſcopum ordinarent, obtinui.

II. Poſt hæc de diuiſione regni inter me & fratres meos ratio eſt exorta notiſſima, vnde partem diuiſionis cum mutuis noſtris ſcilicet noſtrorumque fidelium ſacramentis, ſicut etiam primores regni totius inuenerant, tenendam & gubernandam ſuſcepi. Quam diuiſionem inter me & fratres meos de cætero à me ſubſtantialiter tenendam, ſicut & alij qui ibi adfuerunt Epiſcopi, VVenilo mihi fratribuſque meis propria manu iurauit: pacem etiam & mutuum adiutorium inter me & præfatum fratrem Ludouicum VVenilo ſacramento firmauit.

III. Sed & poſt hoc, electione ſua aliorumque Epiſcoporum ac cæterorum fidelium regni noſtri voluntate, conſenſu & acclamatione cum aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis VVenilo in diœceſi ſua apud Aurelianis ciuitatem in Baſilica ſanctæ Crucis me, ſecundum traditionem Eccleſiaſticā, regem conſecrauit, & in regni regimine chriſmate ſacro perunxit, & diademate atque regni ſceptro in regni ſolio ſublimauit. A qua conſecratione vel regni ſublimitate ſupplantari vel proiici à nullo debueram, ſaltem ſine audientia & iudicio Epiſcoporum quorum miniſterio in regem ſum conſecratus, & qui throni Dei ſunt dicti, in quibus Deus ſedet, & per quos ſua decernit iudicia; quorum paternis correptionibus & caſtigatoriis iudiciis me ſubdere fui paratus, & in præſenti ſum ſubditus.

IIII. Denique cū ſeditiones in regno noſtro per homines irreuerentes cœperunt crebreſcere, cōſenſu Epiſcoporum ac cæterorum fidelium noſtrorum chirographū inuicem conſcripſimus, qualiter ego erga eos cooperante domino agere vellem, & qualiter mihi conſilio & auxilio idem fideles noſtri ab inde poſtmodū ſolatium ferre

debuiſsēt. Cui ſcripto VVenilo Baiernam villam propria manu ſubſcripſit, ſicut in præſenti videre poteſtis.

v. Deinde cum contra paganos ad Inſulā loci qui Oſcellus dicitur, cū fidelibus noſtris in terreno ac nauigio, ſicut ſcitis, perrexi, quidam à nobis deficientes fuga lapſi ſunt. VVenilo autem ſe pro infirmitate ſua illuc ire non poſſe dicens, ad ſedem ſuā reuerſus eſt. Dum autem in procinctu eo infirmi degeremus, frater noſter Ludouicus, ſicut ſcitis, cum manu hoſtili & ſeditioſis hominibus ex regno ſuo regnū noſtrum irrupit. Ad cuius colloquium, ſine mea voluntate atque licentia, Guenilo venit, quem ſupplantatorem meum eſſe cognouit, quod nemo Epiſcoporū ex regno noſtro alius fecit.

vi. De cætero cum contra prędictum fratrem meum & inimicos meos ac vaſtatores Eccleſiæ & depopulatores regni qui cū illo erant, cum fidelibus Dei ac noſtris perrexi, nec per ſeipſum, nec per debitum ſolatium quod anteceſſores mei reges & ego ipſe ex Eccleſia illi commiſſa habere ſoliti erant, aliquid adiutorij præbuit, præſertim cum hoc deuote ab illo petierim.

vii. Cum autem ratio & neceſſitas mihi

accidit de villa Brerna vt à prædicto fratre meo ſecederem, Et ipſe frater meus Ludouicus ad hoc rediit in partem regni mei, vt mihi meum nepotem ſubriperet & homines meos mihi ſubtraheret ac fideles meos vaſtanter imprimeret, Guenilo, cum quo potuit ſolatio, ad prædictum fratrē meum Ludouicum in meam contrarietatem venit, cum quo erant excommunicati iſtius regni & ſeditioſi, de quorum excommunicatione coepiſcoporum ſuorum litteras accepit, & miſſas publicas fratri meo cum quo ipſi ſeditioſi erant, in palatio meo Attiniaco, & parrochia & prouincia alterius archiepiſcopi fidelis noſtri ſine ſua licentia ac coepiſcoporum conſenſu Guenilo excōmunicatis vel excommunicatorū participibus celebrauit. Et in eo concilio atque conſilio fuit quo nepos meus Lotharius per mendacia * quantum ex deductoribus ſuis ſubriperetur, & debitum ac ſacramento promiſſum ſolatium ac adiutorium ex illo mihi ſubtraheret.

VIII. Prædicti nihilominus fratris mei cōſiliariis & publicis ac ſecretis tractatibus Guenilo cū ſpecialibus familiaribus & inter priores eius familiariter cū Epiſcopali iudicio, vt diximus, excommunicatis & iu-

dicio regni diiudicatis interfuit, quatenus partem regni quam idem frater meus & Guenilo mihi iurauerant, & in qua Guenilo me regem ſacrauerat, ſæpe fatus frater meus obtineret, & ego illam perderem.

IX. VVenilo in eo conſilio & tractatu fuit vt Epiſcopi qui mihi fidei promiſſæ debitores erant, & conſilium atque auxilium manu propria confirmatum ferre debuerant, deficerent & ad fratris mei Ludouici obſequium & ſubditionem ſe verterent.

X. De abbatia ſanctæ Columbæ & rebus vel honoribus regni mei apud Ludouicũ fratrem meum præceptum obtinuit, & litteras ad miſſos qui eandem abbatiam reuocarent, Echardum & Theodoricum impetrauit.

Sed in eiſdem litteris ad præfatos miſſos iuſſionem fratris mei Ludouici Guenilo obtinuit vt de muro caſtelli Meloduni, quod ius regiæ eſt poteſtatis, petras haberent licentiam prendere. vnde conſtat quę in plebe iſtius regni mihi à Deo collata eum ſtudebat colere & ſatagebat tenere.

XI. Guenilo in eo conſilio & tractatu cum præfatis excommunicatis fuit, vbi conſideratum eſt quatenus illi homines qui mihi fideles erant & mihi ſacramento fidelitatem

adiutorium & ecclesia



tatem promiſerant, ſiue nolentes ſiue volentes fratri meo Ludouico iurarent vt ei adiutorium ferrent qualiter regnum meũ contra me obtinere potuiſſet: & nõ ſolum conſilio Guenilo interfuit, ſed & ipſe hoc idem conſilium fratri meo Ludouico cõtra meam fidelitatẽ, quam mihi promiſit ſacramento, donauit.

XII. VVenilo per ſe & per familiares ſuos ſupradictos ſcilicet excõmunicatos apud fratrem meum Ludouicum obtinuit, vt vacans Epiſcopatus Baiocacenſis ſcilicet ciuitatis propinquo ſuo clerico meo nomine Tovtoldo qui mihi ſe commẽdauit, 380. & fidelitatem ſacramento promiſit, donaretur, qui eundẽ epiſcopatum in mea infidelitate & contra fidelitatẽ mihi promiſſam cõſenſu Ludouici fratris mei accepit.

XIII. Tandem poſtquam mihi Deus vires recuperandi mei per ſolatium fidelium meorum contra fratrem meum donauit, perrexi prope de ciuitate Guenilonis qui me contra fratrem meum ad recuperandum regnum meum pergere ſciuit, & nullum adiutorium vel per ſe promiſſo ac ſubſcripto conſilio, vel per militiam quæ ex Eccleſia ſibi commiſſa ſolet exire, adiutorium aliquod præſtitit.

## *EX ACTIS EIVSDEM* SYNODI.

SYNODVS vniuerſalis collecta ex Gallia & Germania in ſuburbio Tullenſi villa Saponarias, Remigius Lugdunenſium, VVenilo Rhotomagenſium, Erardus Turonum, Rodulphus Biturigum, Hincmarus Remorum, Guntharius Agripinenſium, Arduicus Veſontionis Metropolitani Epiſcopi cum multis aliis Epiſcopis Faſtcario, VVernario, Garurbrio, Felici, in Domino ſalutem. Quo plura emergunt in populo Dei noxia & Epiſcopali diligentia recidenda, ad hoc plures & frequentius neceſſe eſt conuenire pontifices, ne miniſterij ſacerdotalis nomen fruſtra comprobentur geſtare. Hac intentione confluximus ad memoratum locum vt fida collocutione quid nobis in tantis periculis & tribulationibus agendum ſit, ſollicite quæreremus, & ſancto ſpiritu demonſtrante inueniremus. Ad hanc conlocutionem vos, præſertim euocatos, non cucurriſſe moleſtius tulimus. Decuerat enim vt quorum eſt vnum officium, par ſtudium probaretur. Sacris in-

ſtituti canonibus non ignoramus Metropolitano veſtro cariſſimo fratri noſtro Erardo competentem reuerentiam vos debere, ita vt præter eius præſentiam aut conſenſum nullus in regione veſtra canonice poſſit ordinari Epiſcopus, nec vos generale aliquid ſine eius conſenſu poſſe ſancire. De qua reuerentia ſalubriter à vobis & à gente veſtra Metropolitano impendenda tempore * nomine * Placis & reuerentiſſimi Papæ Leonis & ſucceſſoris eius Benedicti ſcripta docuerunt, & refragantibus Apoſtolicæ auctoritati dignã excommunicationis protulerunt ſententiam. Monet etiam nos quod iis quos veſter metropolitanus cum aliis Epiſcopis propter diuerſa crimina excommunificauit, indifferenter vos cõmunicare competit. In Canonibus autẽ diuinitus inſtitutis ſocij excõmunicatorum, eorũdem ſententia feriuntur. Proinde monemus ſanctam nobiſque amabilem fraternitatem veſtram, vt ab his exceſſibus vlterius temperetis, & veſtra inſtantia, opitulante Dei gratia, gentẽ veſtram ad olim traditę diſciplinæ ac totius Eccleſiaſticæ religionis obſeruantiam inuitetis, & vnanimiter & cõſtanter abſque dilatione reducatis. Si qui-

dem etiam illi obſeruandum eſt ne damnatorum illicita ſocietate certam ſententiam damnationis incurrant. Quæ autem à nobis diligentiore tractatu reperta ſunt atque decreta, venerabilis coepiſcopi Erardi relatione diſcetis. Verum ſi, quod non optamus, ab eiuſdem Metropolitani ſollicitudine vlterius reſilieritis, & noſtris ex caritate manantibus exhortationibus vos conſtiterit reluctari, miniſterij neceſſitate canonicam in vos cogemur proferre ſententiam. Bene valete & orate pro nobis. Placuit vniuerſali concilio vt Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, ſuggeratis vt quæ pro eius ſalute mandamus, obedienter audiat, ſi Deum vult habere propitium, & noſtræ vnanimitatis tenere conſortium. Vt permittat totius Britanniæ Epiſcopos debitam reuerentiam Metropolitano inferre. Vt facultates Eccleſiaſticas nec ipſe Deo auferat, nec aliis auferre permittat. Vt conſideret quanto animæ ſuæ periculo Britannorum dominationem inuaſerit, cum Domino noſtro regi Carolo fidelitatem prius iurauerit. Vt recordetur, gentem Britannorum Francis ab initio fuiſſe ſubiectam, & ſtatutum dependiſſe tributum, ac

per hoc non dedignetur ad nuper obmiſſam reuerti conſuetudinē. Vt proprietates à parentibus relictas vel quolibet modo rationabiliter adquiſitas, iuſtos poſſeſſores habere permittat. Niſi enim ab hac audacia & impietate ſe traxerit, & diuina penitudine deleuerit quod deliquit, noſtræ auctoritatis affectu nobis admonentibus, cito ei Deus vſurpatam auferet poteſtatem & debitam inferet vltionem. Vt pro diuerſis criminibus canonice excommunicatos ne recipiat, ſuadete, oſtendentes diuino iudicio ſi id prẹſumpſit aut prẹſumpſerit, pari eum vindicta conſtringi.

Sigeb. in chro ad ann. 876.
Ludouicus imp. in Italia moritur, cuius patruus Karolus rex Francorum ... Johanne papa et Romanis per munera sibi conciliatis, Imperium ... et imperat annis duobus ... 390 solus imperium fraudulenter usurpasset ...

SEQUUNTUR

# GESTA QVALITER DOMNVS KAROLVS FILIVS LVDOVICI IMP. FVIT FACTVS IMPERATOR ROMÆ, TEMPORE IOANNIS APOSTOLICI. ANNO INC. DOMINI DCCCLXXVI. INDICT. X.

## *Sermo Domini Apoſtolici Ioannis in Synodo Epiſcoporum.*

OMNIBVS generationibus, immo cunctis mortalibus liquet qualiter omnipotens & creator vniuerſorum Deus in Eccleſiæ ſuæ parte quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes & generationes electos ſuos velut in cælorum ambitu ſydera noua produxerit, vt quodammodo in eiuſdem Eccleſiæ cælo fixa, diuino lumine radiantia merentium animos illuſtrarent, depulſis tetræ mœſtitiæ tenebris & diuerſarum anguſtiarum diſſipata caligine. Inter quas tantum clariſſimum ſydus diebus noſtris

ecce nobis Carolum Chriſtianiſſimum principem ſuperna prouidentia præſcitum à ſe & præelectum ante mundi conſtitutionem & prædeſtinatum, non niſi copioſiſſima miſeratione circa noſtram ſalutem mota, ſecundum placitum ſuum, iuxta quod cõgruum erat in iſto periculoſo tempore, tribuit, nepotem videlicet illius quondam magni Caroli, qui Rẽpub. prælijs auxit, victoriis dilatauit, ſapientia decorauit. Qui cum omnes Eccleſias ſublimaſſet, ſemper hoc ei erat in voto, ſemper in deſiderio, ſicut in geſtis quæ de eo ſcripta ſunt, legitur, vt ſanctam Romanã Eccleſiam in antiquum ſtatum & ordinem reformaret. Vnde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentiis & liberalitatibus ampliauit, adeò vt amiſſas olim vrbes ei reſtituiſſet, & ex regni quoque ſui parte alias non modicas contuliſſet. Sed pauca dicta ſunt, niſi quæ circa religionis incrementum geſſit magna & ſublimia, memorentur. Religionis quippe ſtatum inter diuerſorum errorum & prauitatum vepres, incultum inuentum ſacris litteris erudiuit, diuina pariter & humana ſcientia perornauit, erroribus expurgauit, ſanis dogmatibus ſaginauit, atque intra

breuiſſimum tempus ita induſtrio pietatis ſtudio egit, vt nouus quodammodo videretur mundus, magnis luminaribus venuſtatus, & variis vernantibus floribus adornatus; cuius filius, diuæ ſcilicet recordationis Hludouicus Max. Imper. pater huius à Deo electi principis Caroli ſemper Auguſti, patrum ſolium adeo religione imitatus, pietate laudabiliter æmulatus eſt, vt & paterna diuini cultus vota & erga prælatum principalis Eccleſiæ liberalitatis inſignia pius natus ęquipararet & roboraret. Sed & vberioribus beneficiis & dapſilibus munificentiis, vt hæres gratiſſimus, ampliauit. Verum iſte huius præfulgidus filius Carolus videlicet, de quo nobis ſermo eſt, sereniſſimus & trāquilliſſimus Imperator, qui nobis, vt prætulimus, in quos fines ſeculorum deuenerunt, quique caligoſi temporis ex quadam parte tetras ærumnas & miſerias ſuſtinebamus, tanquā ſplendidiſſimum aſtrum ab arce polorum illuxit, non ſolum monumenta progenitorum bonitatem electæ radicis ferens in ramo alacriter æquiperauit; verumetiam omne prorſus auitum ſtudium vicit, & vniuerſum paternum certamen in cauſa religionis atque iuſtitiæ ſuperauit: eccleſias,

videlicet, Domini diuerſis opibus ditans, ſacerdotes eius honorans, hos ad vtramque Philoſophiam informans, illos ad virtutes ſectandas adhortans, viros peritos amplectens, religioſos venerans, inopes recreans, & ad omne bonum penitus ſubſecutus, & omne malum medullitus deteſtatus. Quapropter & nos, chariſſimi fratres, tot ac tantarum dilectionum eius atque virtutum audientes inſignia, & laudabilium longè latéque diffuſa morum eius intuentes indicia, pietatis illius affectus experti frequentiſſime ac multifarie viſcera, non immerito intelleximus iſtum eſſe proculdubio qui a Deo cōſtitutus eſſet ſaluator mundi, multo profecto præſtantius ac decentius ita vocatus quam Ioſeph, qui pene ſolam terram ſaluauit Ægypti. Vnde ab vniuerſa ſancta Romana plebe voce almæ illius Annæ ſanctæ perſonam geſtantis Eccleſiæ ſterilis & fœcundæ, prophetico quodammodo ſpiritu temulento cotidie clamabatur, Dominus dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui: & iterum cum Dauid orat, rege pariter ac Propheta, Da, inquiens, poteſtatem ſiue imperium puero tuo, & ſaluum fac filium

ancillæ tuæ, ſanctæ videlicet Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Vnde nos tantis indiciis diuinitus incumbentibus luce clarius agnitis, ſuperni ſecreti cõſilium manifeſtè cognouimus: & quia pridem Apoſtolicæ memoriæ deceſſori noſtro Papæ Nicolao idipſum iam inſpiratione cæleſti reuelatum fuiſſe comperimus, elegimus hunc merito & approbauimus vna cum anniſu & voto omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum atque aliorum S. Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum ampliq;ue ſenatus, totiuſque Romani populi gentiſque togatæ, & ſecundum priſcam conſuetudinem, ſolemniter ad imperij Romani ſceptra proueximus, & Auguſtali nomine decorauimus, vngentes cum oleo extrinſecus, vt interioris quoque ſpiritusſancti vnctionis monſtraremus virtutem, qua vnxit eum Dominus Deus ſuus præ conſortibus ſuis, Chriſtum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinſecus faciens, & principem populi ſui conſtituens, ad imitationem ſcilicet veri regis Chriſti filij ſui Domini noſtri: ita vt quod ipſe poſſidet per naturam, iſte conſequeretur per gratiam. Deinde non hic perpetuus Auguſtus ad tanta faſtigia ſe velut im-

probus intulit, non tanquam importunus fraude aliqua vel praua machinatione, aut inhianti ambitione ad Imperialẽ apicem aſpirauit. Abſit. neque enim ſibi honorem præſumptuoſè adſumpſit vt Imperator fieret, ſed tanquam deſideratus, optatus, poſtulatus à nobis & à Deo vocatus & honorificatus ad defendendam religionem & Chriſti vtique ſeruos tuendos humiliter atque obedienter acceſſit operaturus & roboraturus in Imperio ſummam pacem & tranquillitatem, & in Eccleſia Dei iuſtitiam & exaltationem. Niſi enim nos talem eius cognouiſſemus intentionem, nunquam animus fieret noſter tam prōptus ad ipſius promotionem, & hoc per ſacerdotum Dei manus & miniſtrorum eius officium, ſicut Dauid & Salomon & nonnulli alij Chriſtiani, quos nimirum non eſſe tangendos ſpirituſſanctus per Pſalmorum Cantica proteſtatur. Quapropter, fratres chariſſimi, vnanimes idipſum ſentientes benedicamus Domino, & totis cordis ac corporis vocibus collaudemus, qui, ſecundum quod pollicitus eſt, ſpernentes ſpreuit, & glorificantem ſe glorificauit, quique hunc tantum nobis talemque contulit, per quem mœ-

rentium conſolatio, & paganorum contritio, & Chriſtianorum proculdubio ſperetur cita redemptio: ſummamque maieſtatem eius & pietatem votis continuis obſecremus, vt confirmet hoc in eo, imo & in nobis per eum quod operatus eſt in eo à templo ſancto ſuo quod eſt in ſuperna Hieruſalem. Noſque quod iam in Romana Eccleſia, quæ eſt magiſtra mater & caput Eccleſiarum, auctore Domino famulatus noſtri miniſterio geſſimus, preces benedictionis fundentes, & coronam imponentes ſceptri & diadema imperij, etiam hic in ſancta ac generali fraternitatis noſtræ ſynodo ad quam Domino duce pro innumeris neceſſitatibus & vtilitatibus ſanctę ſynodi Eccleſię conueniſſe dinoſcimur, iterato cordis affectibus & oris vocibus & manus ſubſcriptionibus roboremus, nec ſint, quod abſit, in nobis ſchiſmata, quæ Apoſtolus medullitus execratur, nec animorum alicuius diuiſionis & diuerſitatis diſſenſio.

*Reſponſio Epiſcoporum.*

Ecce, beatiſſime & Apoſtolice domine Papa Iohannes, clarius videmus mentem apicis veſtri gratia ſancti ſpiritus illuſtratam, qui profecto quos repleuerit, arden-

tes pariter & loquentes facit. niſi enim ipſe cor veſtrum irradians tetigiſſet, nec ad tantæ dilectionis erga nos flagrantiam accenderet, nec ad tot mellifluos & ſalutares effectus, quibus nos proculdubio piè & aſſidue inſtruitis, proculdubio moueretur. Spiritalem autem filium veſtrum dominum Imperatorem Carolum Chriſtianiſſimum & manſuetiſſimum principem tanto iure cupimus & deſideramus Auguſtalia Romani ſceptri gubernacula inconcuſſa & immutilata, imo augmentata & ampliata fine tenus retinere, quanto liquidius non per hominem neque ab homine ſublimatum, & ad tantum culmen poteſtatis euectum, ſuperna gratia reuelãte, cognouimus, qui nimirum cordi ſacratiſſimo Apoſtolatus veſtri interius inſpirauit, vt non vos prius eligeret, ſed contra vos eum & eligeretis & diligeretis. Sed & nos, ô Domine & coangelice Papa, veſtigia veſtra ſectantes, & ſalubria monita recipientes, quem amatis, amamus, quem dilexiſtis, diligimus, quem elegiſtis, elegimus, & quod in eo auctore omnium bonorum domino, ſiue diuina benedictione, ſiue ſacra vnctione, ſiue coronæ imperialis impoſitione geſſiſtis, viſcerabili affectu

ſequimur & celebri laude proſequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totius ſenſus noſtri niſibus ita permanere atq; pollere ſemper optamus. Sed & ſi neceſſitas fortaſſis exegerit, totis officij noſtri conatibus aduerſus aliter ſentientium molimina reſiſtere ſatagemus. Cum enim, ſecundum Apoſtolum, non ſit poteſtas niſi à Deo, & hæc præcipuè quæ tam pio collata eſt, haud dubium quin Domini ordinationi reſiſtat, qui iſti ordinationi quæ nobis miniſtrantibus cælitus facta eſt, obſtinata mente reſiſtit. Apoſtolico quippe culmini, docente ſancto Bonifacio Papa, nemo vnquam obices manus intulit, niſi qui de ſe voluit iudicari. Durum autem contra ſtimulum calcitrare, vel aduerſus impetus fluminis conari.

*Item Summus Pontifex.*

Quia igitur fratres chariſſimi inſpiratio diuina omnium noſtrũ corda in vnũ ſenſum & in vnũ eumdẽque deliberationis finem direxit, vt ſcilicet vnum ſentiamus & vnũ dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, quæ in præfato piiſſimo & tranquilliſſimo Imperatore ſpiritali filio noſtro Carolo, auctore domino, ſiue preces benedictionis ſuper caput eius infundẽdo, ſiue

ſacræ vnctionis oleo celſum ipſius verticem contingendo, ſiue coronam imperij conferendo geſſimus, ſententiæ prolatione, ſi vnanimi generalitati veſtræ videtur, & per manuum ſubſcriptionem etiam in præſenti ac venerabili ſynodo, ſicut iam hortati ſumus, iterato promulgemus & roboremus.

*Sancta Synodus reſpondet.*

Placet & valde placet in omnibus veſtra ſereniſſima ſectari veſtigia, neque fas eſt vt à culmine Apoſtolatus veſtri in aliquo diſſentiamus, quem videlicet ipſe Chriſtus Dominus noſter omnium noſtrum, ad vicem ſuam, in terris eſſe voluit caput.

*Tunc ſurgens ſummus pontifex ſententiam protulit, dicens:*

Piiſſimi & ſereniſſimi ſpiritalis filij noſtri Caroli magni & pacifici Imper. ad imperialia ſceptra electionem & promotioné ante műdi quidem ordinem diuinitus ordinatam, nuper autem, id eſt, præterita nona indictione per miniſterium noſtræ mediocritatis exhibitam, annuente Domino ex tunc & nunc & in perpetuum, firmam & ſtabilem decernimus permanſuram.

*Reſponderunt omnes*, PLACET, PLACET,

*Item*, Si quis tãtæ rei diuinitus actæ proculdubio inſtitutionem ſuperbia aut auaritia, vel certe aliquo peſſimæ ambitionis inſtinctu perturbare aut violare temptauerit, cuiuſcunque ſit ordinis, dignitatis, aut profeſſionis, tanquam Domini inimicus, & ordinationi eius tyrannide ſæua reſiſtens, & Eccleſiæ Dei hoſtis, totiuſque pacis & Chriſtianitatis diſſipator, anathemate, vſque ad ſatisfactionem, teneatur omni tempore annexus.

*Reſponderunt*, FIAT, FIAT.

*Item ſummus Pontifex.*

Patratores & incitatores peſſimi huius cõſilij, qui profecto cum miniſtri ſint diaboli, ſua quærunt non quæ Ieſu Chriſti, & in Imperium ſubintroducere ſimultates & diſcordiam moliuntur, ac fraudulentia immittere ſchiſma ad confundendam Eccleſiæ vnitatem regnique congruum ſtatum & ordinem reique publicæ vtilitatem & tranquillitatem conantur, ſi deinceps in talibus inuenti fuerint, ſi quidem Eccleſiaſtici viri extiterint, tanquam viri ſchiſmatici & à capite diſſidentes omni-

omnimodis deponãtur: Laici verò & monachi perpetuo anathemate feriantur.

*Et reſponderunt omnes tertio*, FIAT, FIAT, FIAT.

*Subſcripſit ergo Dominus Papa & cum eo Epiſcopi qui aſſuerunt.*

---

Glorioſiſſimo & à Deo coronato magno & pacifico Imperatori domno noſtro Karolo perpetuo Aug. Nos quidẽ omnes Epiſcopi, Abbates, Comites, ac reliqui qui nobiſcum conuenerunt, Italici regni optimates, quorum nomina generaliter ſubter habentur inſerta, perpetuã optamus proſperitatem & pacem. Iam quia diuina pietas vos beatorum principum Apoſtolorũ Petri & Pauli interuentione per vicarium ipſorum dominum videlicet Iohannem ſummum Pontificem & vniuerſalem Papam ſpiritualemque patrem noſtrum ad profectu ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque omniũ inuitauit & ad Imperiale culmen ſancti ſpiritus iudicio prouexit, Nos vnanimiter vos Protectorem, Dominum, ac Defenſorem omnium noſtrum elegimus, cui & gaudenter toto cordis affectu ſubdi gaudemus, & omnia quæ ad profectum totius ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtro-

rumque omnium ſalutē decernetis & ſancietis, totis virib. annuente Chriſto, concordi mente & prompta voluntate obſeruare promittimus.

Anſpertus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Iohannes S. Aretinæ Ecclſ. humilis Epiſcopus ſubſ.
Iohannes Eps S. Ticinenſis Eccleſ. ſubſ.
Benedictus Cremonenſis Epiſcopus ſubſ.
Teudulfus Tertonenſis Epiſcopus ſubſ.
Adalgaudus Vercellenſ. Epiſcopus ſubſ.
Azo Eporedienſis Epiſcopus ſubſ.
Gerardus exiguus in exigua Laudenſis Eccleſiæ Epiſcopus S.
Hililumus Aſtenſis Epiſcopus S.
Ratbornus ſedis Auguſtanæ Epiſcopus S.
Leodoinus Mutienſis Epiſcopus S.
Hildradus Albenſis Epiſcopus S.
Bodo humilis S. Aquenſis Eccl. Eps S.
Sabbatinus Ienuenſis Eccl. Epiſcopus S.
Filbertus Comenſis Epiſcopus.
Adelardus ſeruus ſeruorum Dei Veronen. Epiſcopus S.
Ego Paulus S. Eccleſiæ Placentiæ Eps.
Ego Andreas S. Florentinæ Ecclſ. Eps S.
Raginerius Abbas S.

Sigñ. Boſonis incliti ducis & ſacri palatij archiminiſtri atque Imperialis miſſi

Sigñ. Richardi Comitis

Sigñ. VValfridi Com̃.

Sigñ. Liutfridi Com̃.

Sigñ. Alberici Com̃.

Sigñ. Supponis Com̃.

Sigñ. Hardingi Com̃.

Sigñ. Bodradi Com̃. palatij

Sigñ. Cuniberti Com̃.

Sigñ. Bernardi Com̃.

Sigñ. Airbolei Com̃.

*Acta ſunt hæc in palatio Ticineſi anno Domini* DCCCLXXVII. *Regni domni Imp. Karoli Hludouuici Aug. piæ memoriæ filij in Fräcia* XXXVI. *Imperij primo*, *Indict.* VIIII.

*SACRAMENTVM FIDELITAtis quod iurauerunt omnes Franci, Miſsis* Domni *Karoli regis ſecundum Capitula facta apud Attiniacum anno incarnationis* Dominicæ DCCCLIIII. *menſe Iunio.*

Ego ill'. Karolo Hludovvici filio ab iſta die in ante fidelis ero ſecundum meum ſauirum, ſicut Francus homo per recte eſſe debet ſuo regi: Sic me Deus adiuuet & iſtæ reliquiæ.

*Quod ſacramentum iuratum eſt in mallo Remis* V. *Non. Iulij eodem anno.*

*

*Acta ſunt hæc ſequentia apud Cariſiacũ palatiũ anno incarnationis domini* DCCCLVIII. *Regni autem domni Karoli* XVIII. *Indictione* VI. XII. *Kal. April. in Dei nomine feliciter.*

Quantum ſciero & potuero, Domino adiuuante, abſque vlla doloſitate aut ſeductione, & conſilio & auxilio ſecundum meum miniſterium & ſecundum meam perſonam, fidelis vobis adiutor ero vt illam poteſtatem quam in regio nomine & regno vobis Deus conceſſit, ad ipſius voluntatem & ad veſtram ac fideliũ veſtrorum ſaluationem cum debito & honore & vigore tenere & gubernare poſſitis, & pro vllo homine nõ me inde retraham quan-

tum mihi Deus intellectum & poſſibilitatem donauerit.

Et ego quantũ ſciero & rationabiliter potuero, Domino adiuuãte, vnumquemque veſtrum ſecundum ſuum ordinem & perſonam honorabo & ſaluabo & honoratum ac ſaluatum abſque vllo dolo ac dãnatione vel deceptione conſeruabo, & vnicuique competentem legem & iuſtitiam conſeruabo, & qui illam neceſſe habuerit & rationabiliter petierit, rationabilẽ miſericordiam exhibebo, ſicut fidelis Rex ſuos fideles per rectũ honorare & ſaluare & vnicuique competentem legem & iuſtitiam in vnoquoque ordine conſeruare & indigentibus ac rationabiliter petentibus rationabilem miſericordiã debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per ſtudium aut maliuolẽtiam vel alicuius indebitum hortamentum deuiabo, quantum Deus intellectum & poſſibilitatem donauerit. Et ſi per fragilitatẽ contra hoc mihi ſubreptum fuerit, cũ hoc recognouero, voluntarie illud emendare curabo. *

*Anno incarnationis Dominicæ* DCCCLXXIII. *Indictione quinta*, V. *Idus Sepemb. in placito*

*generali apud Gundulfi villam Ingilberga Regina & legatis ſedis Apoſtolicæ Formoſo & Gaderico præſentibus, tempeſtate vrgente, Epiſcopi omnes ex regno glorioſi regis Karoli hanc profeſſionem infraſcriptam & omnes laici hoc ſacramentum ſimiliter infraſcriptum iurauerunt.*

*Profeſſio Epiſcoporum.*

Quantum ſciero & potuero, adiuuante Domino, conſilio & auxilio ſecundum meum miniſterium fidelis vobis adiutor ero, vt regnum quod vobis Deus donauit vel donauerit, ad ipſius voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ & debitum Regium honorem veſtrum & veſtram fideliumque veſtrorum ſaluationem habere & obtinere & continere poſſitis.

*Sacramentum Laicorum.*

Quantum ſciero & potuero, adiuuante Domino, conſilio & auxilio fidelis vobis adiutor ero, vt regnum quod habetis ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ & veſtrum honorem atque ad veſtram ſaluationem continere poſſitis, & quod Deus adhuc vobis conceſſerit, adquirere & cõtra omnes homines defendere valeatis.

GENERALE OMNIVM FIDELIVM.

Sic promitto Ego quia de iſto die inan-

tea iſti Seniori meo quandiu vixero fidelis & obediens & adiutor quantumcumque plus & melius ſciero & potuero & conſilio & auxilio ſecundum meum miniſterium in omnibus ero abſque fraude & malo ingenio & abſque vlla doloſitate vel ſeductione ſeu deceptione & abſque reſpectu alicuius perſonæ : & neque per me, neque per miſſum, neque per literas, ſed neque per emiſſam ſeu intromiſſam perſonam, vel quocumque modo ac ſignificatione contra ſuum honorem & ſuam, Eccleſiæ atque regni illi commiſſi quietem & tranquillitatem atque ſoliditatem machinabo vel machinanti conſentiam, neque vmquam aliquod ſcandalum mouebo quod illius præſenti vel futuræ ſaluti contrarium vel nociuum eſſe poſſit. Sic me Deus adiuuet z ɪ. sv patrocinia. et iſta SS.

*FRAGMENTVM EX ANTIQVA MEMBRANA Flor. Cœnobij.*

HVIVS Ludouici tempore gens Normannica quæ iam bis vagina ſuæ habitationis exempta piraticam totiés exercuerat, demum de morte patris eius vires

reſumendo, intra terminos regni Franciæ libere paucis reſiſtentibus intulit cladẽ malignitatis ſuæ: Et primum partes Neuſtriæ aggreſſa cędibus & rapinis tota conaminis ſui peruerſitate intenta, quæque vitæ humanæ commoda ſatagebat in ſuos vſus redigere. Peregiſſetque inchoata, niſi Hugo per Gallias Abbatis honore prædirus ſtrenue Rempublicam gubernans eorum temerarios compeſcuiſſet auſus. Qui hortatu Girboldi Autiſiodorenſium Comitis, eoſdem aggreſſus Normannos, tanta ſtrage debaccatus eſt in illos, vt ex tanta populi numeroſitate, vix ſuperfuerit qui belli euentum renũtiaret. Qua plaga humiliati, Gallias per aliquod ſpatium temporis quieſcere permiſerunt. Hic Ludouicus ſortitus eſt prænomẽ Nihil, ſiue quod vix duobus annis regno potitus nihil ſtrenue geſſit, ſeu quod ſanctimonialẽ quandam Kale monaſterio puellarum abſtractam coniu-

1 Cor. 8 ex Augustini sententia Tract. 1 in Johannem quod non placet Hieronymo. cap 2 in Michea.

gio copulãs ſuo, peccatum, quod nihil eſt, perpetrarit. Huius anno ſecũdo Idibus Octobris Eclipſis Lunæ fuit, cum eſſet quartadecima, & Eclipſis Solis eſt ſecuta eodẽ menſe IIII. Kalend. Nouembris Luna XXVIII. vtroque ſidere in XV. diebus deficiente.

*

Lvdovicvs poſt amminiſtratũ biẽnio regnum anno ab incarnatione Domini DCCCLXXVIIII. diem obiit vltimum, relinquẽs filium in cunis nomine Carolum, qui poſtea Simplex cognominatus eſt: cuius ætatem Frãciæ primores incongruam, vt erat, exercendæ dominationi arbitrati, maxime cum iam recidiui Normãnorum nũciarentur motus, & Hugone Abbate iam defuncto nõ eſſet qui eorũ furori obſiſteret, cõſilium de ſummis ineunt rebus. Supererant duo filij Roberti Andegauenſis Comitis quem gladio Normannorum ſuperius corruiſſe diximus. Senior Odo dicebatur, Robertus alter patrem nomine referens. Sed ex his maiorem natu Odonem Franci, licet reluctantem, tutorem pueri regnique elegere gubernatorem: qui mente benignus, & Reipublicæ hoſtes opprimendo ſtrenue præfuit, & paruulum optime nutriuit, atque adoleſcenti & ſua repetenti patienter regna refudit, à quo parte regni redonatus, quoad vixit tempore, hoſtibus terribilis eique ſemper extitit fidelis. Ab hac fraterni animi manſuetudine, in tantum frater eius aberrauit Robertus, vt eo defuncto, quia pars ei regiminis quam germanus ipſius tenuerat, non red-

hibebatur , palam tyrannidem inuaſerit. Quam cauſam ſæpius iam memorata effera gens Normannica ſibi non obfuturam arbitrata, Duce Rainaldo , ſuatum repetit eradere reliquias rapinarum : ſed Dei virtute perterrita, ſpe ſua fruſtrata , fugiẽs natiuum repudiauit ſolum. His temporibus Guillelmus Comes Aruernorum & Dux Aquitanię Cluniacum fundauit Cenobiũ. Sanctus Giraldus Aureliacum fundauit monaſterium. Ebbo quidã princeps partium Biturigenſium Dolenſe Cenobium ædificauit. Eo tempore cruentæ acies in cęlo apparuerunt. Robertus vero affectatę tyrannidis potẽtiam palam cupiens exercere, à quibuſdam Epiſcopis diademate regio ſe coronari, ac ſceptro regni ſe inſigniri partim blãditiis, partim minis extorſit. ſed nequaquam huius præſumptionis lætos habuit exitus. Denique contra Regẽ Carolum exercitu moto , tandem in Sueſſionicis campis commiſſo ab vtriſque partibus prælio, à Regis eiuſdem militibus in bello illo perimitur. Exercitus tamẽ ipſius victoriã obtinuit. Vnde defectionis illius ſocij nequaquam interitu ipſius ſunt territi. Quin potius Herbertus Comes Virmãdenſium, infando ſcelere, dominum ſuum

Regemque totius Franciæ iam dictũ Carolum dolo captum, vinculis irretitum Paronnam direxit, tenebroſo recludendum domicilio. Huius tempore, anno videlicet dominicæ incarnationis DCCCCV. mediãte Maio V. feria apparuit ſtella circa ipſum Septentrionem à parte Circij emittens radium magnum verſus Euroauſtrum quaſi longiſſimam haſtam inter Leonem & Geminos trans Zodiacum: & viſa eſt ita fere XXIII. diebus.

Carolus autem clauſus ergaſtulo animã non corpus cuſtodia exemit, relinquẽs filium ex Eadgiua Anglorum Regis filia ſuſceptum nomine Ludouicũ. hic calamitatis paternæ inuolui metuens procella, ad Anglos-Saxones maternę affinitatis gratia inuitatus ſe contulit, vbi per multum tẽporis deguit. Igitur mortuo Carolo, & Roberto ab eius ducibus, vt dictũ eſt, in pugna Sueſſionica interfecto, & Ludouico Caroli filio fugiente ad Anglos, quia regni ſtatus in incertum agebatur, maxime cum Hugoni Roberti filio, qui poſtea probis actibus Magni nomen promeruit, puerilis obſiſteret ætas quo minus regium aſſumeret diadema, & Herberti cunctos haberet odium propter crudelitatem quam in dominum

ſuum Regem exercuerat, tandem Rodulphus magni & incliti Ducis Burgundionũ Ricardi filius regno ſublimatur totius Frãciæ, anno ab incarnatione Domini DCCCCXVII. qui ſtrenuus armis, conſilio prouidus, largus muneribus regnũ quod ſuſceperat, in maxima pace & tranquillitate tenuit. ſiquidẽ armis Danorum compeſcẽs incurſus perpetuos, Gallias vſque adhuc ab eorum impetu facit manere quietas. Quippe cum per ſeptem annorũ ſpatia idem Dani, qui & Normãni, Neuſtriam & Aquitaniã deuaſtando, Auernum vſque proueniſſẽt, idem Rex glorioſus Rodulphus ab Aquitanis in auxilium euocatus, cum exercitu valido feſtinus accurrit, cõmiſſoque prælio cũ iſdẽ Normãnis in loco qui dicitur ad diſtricta, Deo ſe iuuante, pene vſque ad internecionem deleuit ipſos: qui vero euadere potuerunt, in oris Galliæ ſuper Oceanum conſederunt, in vrbibus ſcilicet quas ipſi primo impetu deſolauerant, eo tamen pacto, vt Chriſtiani fierent, permittente Rege: ſedemque ſuam vocauere à nomine ſuo Normanniam. Porro ipſi Danorum fuere genus. Iuxta quos habitationem habent Brittanni, qui pulſi à Britannica inſula dudum à Saxonibus, eandem regionem

quam modo incolunt, ſibi vindicātes, appellauere à ſua gente Britanniā, quæ prius Cornu Galliæ dicebatur. Hic quā ſeuerus in coërcendis ſanctæ Dei Eccleſiæ prædonibus, quam largus in eleemoſinis, quanto ſtudio omnem eccleſiaſticum ordinē excoluerit, amator totius pietatis & religionis, non eſt facile diſſerere. Hic poſt nonumdecimū Imperij ſui annū, Incarn. vero dominicæ DCCCCXXXVI. obiit, ſepultuſque eſt Senonas in monaſterio ſanctæ Columbæ virginis, relinquens ibi ſuam coronam & capellam, altari, calicibus, filactiis, libris argēto & auro decoratis, & aliis inſignem ornamentis. Eo decedente Ludouicus Caroli ſimplicis filius, quē ſuperius ad Anglos tranſiiſſe diximus, ab Hugone magno, cuius ſuperius meminimus, reuocatus ſpecie tenus regno redditus eſt patrio. Hic laborioſa habuit tempora: contra quē Tetboldus Carnotenſis Comes inimicitias exercens cepit, incarcerauit, diuque vinctū tenuit. Huius temporibus gēs Vngariorum vaginam ſuæ habitationis egreſſa, totā Galliā peruagata eſt, cædibus, rapinis, incendiis omnia deuaſtans. Cui cū nemo contra ire auderet, tandem, miſeratione omnipotentis propitia, ad ſua rediit,

abducens ſecum greges captiuorum. Hic Gerberþam ſororem Ottonis Imperatoris in coniugium duxit * ex qua duos filios ſuſcepit Lotharium & Carolū. Karolus æuo iunior priuatus in ſuis ædibus ſenuit: Lotharius patri ſucceſſit. Secundo Vngari Gallias incurſant biennio exacto à prima eorum infeſtatione, & maxime Aquitaniā depopulati ad propria regrediuntur.

Ludouicus autem poſt amminiſtratū per XVIII. annos regnum, diem clauſit vltimū, anno Dominicæ incarn. DCCCCLIIII. quo anno filius eius Lotharius in Regē nobiliter Remis eſt eleuatus. Cuius anno tertio, videlicet dominicæ incarn. DCCCCLV. IIII. nonas Septēb. Luna verſa eſt in ſanguinē, eodemque anno menſe Iunio ſignum mirabile apparuit in cælo, Draco ſcilicet magn9 & ſine capite. Sequuta ſtatim eſt mors Hugonis principis Francorum, Burgundionum, Brittonum atque Normannorū. Eodem anno eclipſis Solis facta eſt XV. Kal. Ianuarij, & ſtellæ à prima hora vſque horā tertiā apparuerunt. Porro Lotharius per triginta annorū curricula regno nobiliter amminiſtrato veneno, vt dicitur, ab vxore potatus obiit anno incarn. domin. DCCCCLXXXV. cui ſucceſſit Ludouicus filius eius,

huius proſapiæ Regalis Rex vltimus, qui apud Compēdium patre defunɛto, ſublimatur in regno. Hic adoleſcens immatura præuētus morte deſtitutum proprio herede Francorū principatum, vt pote expers coniugij, dereliquit: qui etiam, vt refertur, malefico periit potu. (Nōnulli adhuc puerum Blanchiam vel Blandinam accepiſſe vxorem tradunt.) *non eſt in veſt. vet.*

Deceſsit vero incarn. dom. DCCCCLXXXVII. & ſepultus eſt Cōpendio in monaſterio SS. Cornelij & Cypriani. patruus autē ipſius Carolus, quem priuatū ſenuiſſe ſupra prælibauimus, paternū volens obtinere regnum, incaſſum laborabat. nā eius voluntas nullum habuit effectum. Eo enim ſpreto, Francorum primates cōmuni conſenſu Hugonem, qui tunc ducatū Franciæ ſtrenue gubernabat, magni Hugonis filiū cuius iam mentio facta eſt, Nouiomo ſublimāt regio ſolio, eodem anno quo Ludouicus adoleſcens obiit: & vnctus eſt Hugo Remis v. Non. Iul. Carolus autem captus poſitus eſt in carcere in Siluanectēſi vrbe, vbi genuit Ludouicū & Carolū, qui mortuo patre pulſi à Francia ad Imperatorem Romanorum confugerūt. Ita Francorum Regū ſecunda deficiente linea, regnum in

tertiam eſt tranſlatũ, in qua primus extiti Robertus qui à Carolo, vt diximus, interfectus eſt: ſecũdus filius filij eius Hugo qu Magnus dictus eſt. Is Robertũ filium ſui ſibi conſortem legit regni, & benedici fecit Remis Kal. Ian. Ipſe vero per decem annos continuo regno potitus eſt cum eodem filio Roberto, & defunctus eſt VIIII. kal. Nouẽb. ac ſepultus in æde S. Dionyſij iuxta patrẽ ſuum anno DCCCCXCVI. Huius tẽporibus floruerũt Fulbertus Carnotenſis & Abbo Floriacenſis. * *

*Quæ ſequuntur in eadem membrana, pertinent ad Robertum regem & poſteros vſque ad annum* MCX

## *AQVITANICAE HISTORIAE*

### FRAGMENTVM

*ex peruetuſta ſcida.*

Voyez sur Besly en son histoire des Comtes de Poitou pag. 190

INterea Carolo Caluo de ſæculo migrãte, regnauit pro eo in Francia filius eius Ludouicus Balbus, nec vltra imperium accepit aliquis de regibus Frãciæ: Sed Baioarij & Alamanni ex gẽte eorum creauerunt ſibi regem Ottonem: Longobardi ſimiliter ex gẽte ſua regem Adalbertum, deinde Arduinum: Et Romani de Senatoribus ſuis eleuauerunt in regno Albericum, cuius frater Octauianus papa ordinatus eſt.

Defun-

Ce fragment est in Besly pag 190 est un abrégé de l'histoire d'Aymar de Chabannes [illegible]

✝ ✱ ✱.

DCCCXL.

Anno sequenti Normanni Hero insulam incendunt mense Junio et destituta est a generali monachorum habitatione. Ubi fecerat Dominus Imperator Carolus monasterium Sancti Philiberti. Tunc Odo Aurelianorum comes cum Lamberto Namnetensi comite congressus, occisus est: et post anno quinto Rainoldus comes Arbatilicensis mense Septembri cum Normannis in Hero insula dimicat et fugatus est. Anno sequenti corpus Sancti Philiberti de insula Hero effoditur, septimo Idus Junij et Burgundiam a monachis profertur. Post alios duos annos Pipinus Rex Aquitaniæ filius Imperatoris obiit, sepultus Pictavis apud Sanctam Radegondam. Hic iussu patris fecerat monasterium Sancti Joannis Babtistæ Angeriaco, monasterium Sancti Cypriani Pictavis, monasterium Brantomense et transtulit canonicalem habitum in monasterium in monasterium Sancti Eparchij Engolismæ: quibus monasterijs præfecit Abbatem Martinum. Tunc eclipsis solis fuit, et Dominus Ludovicus Imperator obiit duodecimo Calendas Julias, anno ab incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo, sepultus Metis apud Sanctum Arnulfum. Remanserunt tres filii eius Lotharius Imperator, Ludovicus Rex Germaniæ, Carolus calvus Rex Franciæ et Burgundiæ: qui pro regno Aquitaniæ inter se discordantes, bellum committunt in Fontaneto quod est Burgundiæ, Lotharius ex una parte cum exercitu Italiæ, Carolus et Ludovicus ex altera cum Francis et Aquitanis. Et

primum Lotharius victor fuit, sed subito Wari-
nus Dux cum Tholosanis et Provincianis super-
veniens bellum restauravit, et fugatus est Lo-
tharius. Anno secundo post mortem Domini Lu-
dovici Carolus et Ludovicus regnum partiti sunt
sibi: et post duos annos venit Imperatrix ma-
ter Caroli calvi Turonis obiit sepulta apud
sanctum Martinum. Ipso anno Rainoldus Ar-
batilicensis Comes cum Lamberto Namnetis
Comite congressus occisus est: et Namnetis eo
anno a Wealdrico capta est, et Carolus cal-
vus primo Britanniam ferro et igne vasta-
vit. Sequenti anno Bernardus comes Pictavinus
et Hrvieus filius Rainoldi congressi cum Lam-
berto Comite occisi sunt. Alio anno Sigui-
nus Comes Burdegalensis et Santoniensis
à Normannis captus et occisus est et Santo-
nas a Normannis concremata est, thesauris
eius optimis exportatis. Carolus iterum Bri-
tanniam petens cum Nomentio Duce dimi-
cat et victor fuit Nomentio fugato. His tem-
poribus Normanni effusi sunt per Aquitaniam
quia Duces eius inter se bellis decidebant nec
erat qui eis resisteret: et concrematae sunt
ab eis Vero insula et monasterium Deas, Bur-
degala, Santonas, Engolisma, Lemovicas, Pari-
sius, Turonis, Belvacus Vouorrianum, Aurelianis
Pictavis, et innumera monasteria, et castella des-
tructa. Post mortem Ludovici Imperatoris anno oc-
tavo Carolus calvus Lemovicas conventum generale
habuit tempore quadragesimae ante Pascha
Aneardus praefectus monasterii sancti Michaelis

deposito Canonicali habitu, monachus efficitur. Si=
militer et omnes Canonici sancti Martialis in mona=
sticum habitum sponte sese transferunt, et deinceps
idem locus à monachis ordinatur. Goffredus vero
thesaurarius nolens relinquere saeculum, tunc à
Stolido Episcopo monasterium sancti Iuniani et Eccle=
siam Carrofensem depraedatione à iure Sancti Mar=
tialis subripuit et hac occasione defecere [illegible]
Tunc sancti Martini monachi Turonenses nonnisi
cogente ante corpus eiusdem abiecto monachi sche=
mate, schema induit Canonicale: sed non in
eis vestitura irruit una nocte omnes morerentur
[illegible] deinceps à Canonicis ipse habitatur locus. Carolus
[illegible] tertia vice Britanniam igni et ferro vas=
tauit, et dum in Aquitaniam ingressus esset
[illegible] Dux Redonas ciuitatem et Namnetis
capiens, [illegible], et Britanniam [illegible]
Anno sequenti iubente Deo ab Angelo percussus in=
teriit, et Carolus caluus quarto Britanniam in=
gressus cum Erispoio filio Nomenoij dimicauit,
et vix ex [illegible] sed magnam partem exerci=
tus sui cum Viuiano Duce amisit. Et sequenti
anno Lambertus Comes Namnetensium a Gauzberto
Cenomanensium Comite in bello occiditur; et
Carolus quinta vice Britanniam deuastauit, et
[illegible] nepotem suum adquirens, Britanniam
sibi subiugauit occiso Erispoio. Ramnulfus quoque
Comes Pictauensis et Raino Comes Arbatilicensis consan=
guineus eius cum Normannis in Briliaco villa dimi=
cantes fugati sunt, et Gauzbertus Comes Cenomanensis
insidiis Namnetensium circumuentus occisus est, Carolus
[illegible] quinto anno post praelium fontanetum
in Regem [illegible] unctus est in basilica Saluatoris,
[illegible] ingressus in Franciam. Post paucos dies [illegible]
[illegible] monachus [illegible] est, quia [illegible] in carcere

comiserat: quo mortuo de anima eius altercatio nata
est inter Angelos nequam et sanctos, Daemones verò
frustrati sunt. Paruo post tempore Ludouicus Rex fra=
ter eius obiit, et Carolus caluus in Imperatorem e=
leuatus est, quo tempore grauissime Normanni
Aquitaniam affligebant. et Helias Scotigena Engo=
lismensis Episcopus defunctus est. Monasterium quoque
B. Eparchij ab infestationibus paganis desolatum est,
ita ut ibi nullus monachorum habitaret, et hac de
re canonicalis habitus illis reuerteretur, qui nu=
per exierant. Turpio vero cum rege Carolo abiens fran=
ciam et inde regressus non post multos dies cum Nor=
mannis congressus, occidens eorum Regem nomine Mau=
rum, ab eo ipse occiditur, et Emeno frater eius En=
golismae Comes extitit. Et ipse post biennium cum
~~Ludouico~~ Landrico Santonensi comite confligens
interempto Landrico in castro Rancoma reduci-
tur saucius, et octaua die moritur, sepultus
iuxta basilicam Sancti Eparchij, et reliquit fi=
lium paruulum Ademarum nomine, et Carolus
hoc in dito Wlgrinum propinquum suum fratrem Al=
deurij Abbatis ex monasterio Sancti Dionysij direxit
et praefecit eum Engolismae et Petragoricae, et Olibam
item ... in Episcopatu Engolismensi. His temporibus
Fredebertus Episcopus Franciae veniens ad sanctum
Eparchium construxit ibi Ecclesiam in honore
Saluatoris, sed corpus beati viri leuare non po=
tuit quod volebat transferre in eadem Ecclesia.
ipsoque consecrationis die post peractum sacri=
ficium placida morte ante altare Saluato=
ris obdormiuit in Domino, et ibidem ante
altare humatus est ab Episcopo Oliba.
Interea Carolo Caluo etc pag 416

Defuncto rege Ludouico regnauit pro eo filius eius Carolus cognomento inſipiens vel minor. quo tempore defuncto VVlgrino * mai & ſepulto iuxta baſilicam ſancti Eparchij, quinto anno poſt eum, Oliba Epiſcopus diem clauſit, & Anatolus in loco eius pontifex ordinatus tertio anno vitam finiuit. VVlgrinus autem multis prœliis laborabat frequenter cum Normannis. Hac de cauſa ædificauit caſtrum Marſiliacum & Matatium vt eſſent munimen contra paganos: miſitque in Martiliacam Robertum Gildebertum * * amicum ſuũ fideliſſimum nomine Ranulfum, fecitque eum vicecomitem ſuum: Idemque Ranulfus habuit tres filios, Lambertum, Arnaldum, atque Odolricũ. VVlgrinus vero filiis ſuis reliquit, Alduino quidem Egoliſmam, VVillelmo vero Petragoricam & Aginnum, quam aſſumẽs vindicauerat propter ſororẽ VVillelmi Tholoſani quam in matrimonium acceperat. Tunc Franci coniurantes cõtra Carolum iuniorem eiiciunt eum de regno & Odonẽ ducem Aquitaniæ eleuant. Quo tempore Radulfus rex Burgundiæ cũ hoſte fortiſſimo Lemouicinum appulit, & congregati ſunt contra eũ innumerabiles hoſtes Nor-

mannorum, & commiſſo prælio in loco qui dicitur Ad deſtricios, vſq; ad internecionem deuaſtati ſunt pagani, & exinde fugientes, non vltra fiduciam præſumpſerũt veniendi in Aquitaniam. Radulfus autem gratus domino, pro cuius amore animam ſuam poſuerat, re*cẽs cum magno triũpho regreſſus eſt. Et Normanni regreſſi, ſedem ſibi in Rotomago conſtituunt cũ principe ſuo Ruino qui factus Chriſtianus * o b * in amentiam verſus Chriſtianos plures ante ſe decollare fecit, & item infinitum põdus auri per Eccleſias diſtribuere iuſſit Chriſtianorum. Cuius filiam Adelmam Ranulfus comes Pictauiẽſis vxorem habuit, nullũmque ex ea filium ſuſcepit: habuit autẽ ex alia coniuge filium nomine Eblum. Idẽ Ranulfus conſanguineus fuit ipſius VVillelmi comitis Aruernenſis, ſummamque amicitiam cum Ruino principe Normannorum habuit: qui Ranulfus pugnator fortiſſimus, à rege Odone valde honorabatur, & dum regalem aulam aſſiduaretur, veneno nectus, in extremis, Sancto Geraldo ibi tunc præſenti paruulum filium ſuum Ebbum cõmiſit tutandũ: Alemanus autẽ filius Emenonis Sancia in coniugio copulata, Alduino & VVillelmo familiariſſimus

exiſtens honore eorum, ac ſi frater, potiri videbatur: Qui à rege Odone vocatus ad palatium, prouectus eſt Pictauis Comes, regreſſuſque à palatio, Geraldus clam ſubductum filium Ranulfi à Pictauis VVillelmo Duci Aquitaniæ, Comiti Auernis credidit nutriendum cui propinquus erat. Eo tempore ipſe VVillelmus cum non haberet prolem, Cluniacum monaſterium in fundo proprio, quod eſt in Burgundia, nouiter fecit. Qui cum ſororem ſuam in matrimonio deſideraret coniungere Sancto Geraldo, nullatenus quiuit, quia celibem vitam ſemper ducens, cum ſæpe ad copulam ſuaderetur amore filiorum, reſpondebat Sanctus Geraldus: Vtile eſt, inquit, mori ſine filiis, quam relinquere malos hæredes. Erat etiam Ademarus Comes Pictauienſis amator Eccleſiæ: Cumque prolem nec ipſe haberet, vna cum vxore ſua Sancia de futuro ſeculo proſpiciens ſibi, cõceſſit quędam ex iure proprio Eccleſiis Chriſti prædia: Sancto Carrofo quidem Voertam, ſancto Martiali Moltonium, Sancto Ioanni Neiriacum, S. Hilario Corcolmum, S. Eparchio Gordouillam. ~~de Dolenſi Cœnobio~~ Voertam Moltounu Nieriacu

His diebus Otho Rex Baioariorum,



# Eo tpe Ebo Bituricus cepit edificare coenobiu Dolense in honore dei matris quod postea integrauit Rodulfus filius eius, ubi magnam cohortem monachorum congregauit regulariter degentem

Longobardorum regnum ſibi ſubegit. Simili modo defuncto Alberico, conſenſu Octauiani papæ, Romanorum Imperator promotus eſt. Quo defūcto, imperauit filius eius item Otho. Frācorum vero rege obeunte, regnauit pro eo Arnulphus filius eius pauco tempore & in * vi viſus eſt. Iterum Carolus minor regnum ſuſcepit, vnxitque eū Arbertus Epiſcopus: contra quem iterū Francorum proceres conſpirati, cum regno pellentes, Robertum ducem ſibi conſtituerunt regem. Tūc inter ſe diuiſi ſunt Franci: ſed maior pars Roberto fauebat. Carolus denique accito ab Ottone Imperatore auxilio, cū multo exercitu, partim de Baioaria, partim de Francia, ingreſſus Franciā, conſerto prælio Robertū interfecit, regnūque recuperans, Vgoni filio Roberti ducatum permiſit regendum. Carolo migrante, Ludouicus pro eo regnauit. Quo tempore Nicephorus Imperator Baſilium & Conſtantinum paruulos educans Conſtantinopoli, Sarracenorum regnum inuaſit & Antiochiam aliáſque fortiſſimas ciuitates expugnans, Chriſtianis Græcis reſtituit; quem Imperatrix mater Baſilij metuens ne ſuper filios ſuos tyrannidem ageret, dolo

euocatum, in baſilica palatij, dum genibus curuatus in ſabatho ſancto Paſchæ preces Domino funderet, gladio necare iuſſit: quod factum diu latuit, donec ſuſpecti ſatrapæ Græcorum monumentum eius egerentes, confoſſum corpus gladiis repererunt. Tunc Ademarus comes Pictauienſis defunctus eſt, & Pictauis iuxta baſilicã S. Hilarij quarto nonas Aprilis ſepultus. Guillelmus quoque Dux Aruernis mortuus eſt, & filius Ranulfi Eblus Aruernis & Pictauis ſimul Comes promotus eſt de filia Quini * Poſt mortẽ ſiquidem VVlgrini filius eius Alduinus triginta annis vixit. Hic muros ciuitatis Egoliſmæ reſtaurare cæpit. quo tempore Gunbaldo pontificatum agente, repetentes Nortmanni crebras irruptiones per Pictauorum terminos exercebant. Vnde factum eſt vt monachi Sancti Carofi precioſum lignum crucis ad cuſtodiendum Egoliſmam deferrẽt, cum diuerſis ornamentis Eccleſiæ; & ceſſante infeſtatione Nortmannica, Alduinus in ciuitate ſua retinere temptauit omnibus diebus ſupradictum ſanctum lignum, nolens reddere commẽdatum. Vnde per annos ſeptem langore corporis multatus eſt ipſe, & in populo ſuo ita fames vehemen-

tiſſima graſſata eſt, vt quod hactenus incompertum fuit, de vulgo vnus alterum ad deuorandum requireret, & multi alios ferro perimētes, carnibus, more luporum, humanibus veſcerentur. Quibus actus necesſitatibus, vno ante mortem ſuam anno, remiſit Carroſum precioſum lignum per manus filij ſui VVillelmi cognomine ſectoris ferri, cum capſa aurea quam ipſe cum gemmis conſtrui imperauerat. Vbi contulit Lubeliaco villam & mox ceſſauit plaga. Et ipſe poſt annum defunctus ſexto calendas Aprilis iuxtra patrem tumulatus eſt. Poſt cuius mortem ſecundo anno, occiſi ſunt à Bernardo in vltionem Sanciæ ſororis ſuæ, quam occidere conati ſunt, Lambertus vicecomes Martiliacenſis & Arnaldus frater eius. VVillelmus autē ſector ferri honorem eorum reſtituit Odolrico fratri eorum qui minor natu erat, fuitque ei ſuus vicecomes, ſicut pater eius Ranulfi fuerat ~~vicecomes~~ VVlgrinno. Hic denique Bernardus mortuo patre ſuo VVillelmo qui fuit frater Alduini ex VVlgrinno, comes Petragorienſis effectus eſt. VVillelmus vero ſector ferri Egoliſmæ principatum obtinuit, Ademarus tamen ſupradictus qui ſororem Bernardi San-

Alduinus

et comunem habuerunt totum honorem et eum ipse et Bernardus consanguineus eius

ciam vxorem habuit, decem annos ſuperuixit Alduino. Sancia vero vitam terminãs ij. Nonas Aprilis inhumata eſt iuxta Baſilicam beati Eparchij. Eo tempore Guñbaldus Epiſcopus decedens ſucceſſorem habuit Fulcaldum. Tunc VVillelmus ſector ferri & conſanguineus eius Bernardus adgregato cõuentu nobilium, iterum reſtituerunt monachicum habitum in baſilica beati Eparchij præficientes eidem monaſterio Mainardum abbatem. Tunc domnus VVillelmus per teſtamentum cõceſſit ad eũdem locum beati Eparchij hac donum, Eccleſiam ſancti Hilarij in Petragorico ſitam in vicaria Piliacenſe: Eccleſiam Eugeniæ ſitam in Santonico in vicaria Pedriacenſe: Curtem Fradoreuillam & villam Dairaco, villam Muiniaco, villam Romanoreuilla cum ipſa Eccleſia: Manſum vnum in Godoruilla: quod teſtamentum confirmare iuſſit, & firmauerunt manibus propriis, quorum nomina hæc ſunt, Bernardus comes, Arnaldus filius Bernardi, Odolricus vicecomes, Ademarus vicecomes, Arnaldus filius VVillelmi, Ademarus filius VVillelmi. Sancto Martiali dedit ſimiliter Canticciacẽſem Eccleſiam, pariterque Matiauco Eccleſiam cum om-

monaſticũ

qui in fronte baſilicæ B. Eparchij conſtruxit elegans oratoriu in nomine ſanctæ reſurrectionis.

nibus contiguis terris. Interea defuncto Eblo duce filij eius alter Comes, alter Epiſcopus factus eſt. Eblus enim annuente Ludouico rege pontifex Lemouicæ factus eſt. VVillelmus vero cognomento caput ſtuppet Auernis, Vellatis, Lemouicę & Pictauis Comes, prouectus dux Aquitaniæ extitit. Hic ſuo Germano Abbatiam ſancti Hilarij ac Sancti Martini cum nonnullis aliis poſſeſſionibus in Pictauienſi ſolo præbuit. fuit idem Eblus bonus paſtor Eccleſiæ: ædificauitque caſtellum Lemouicę, caſtellū S. Hilarij & canonicos ibi diſpoſuit, quia infeſtatione Normannorum idem locus à monachorū priſca habitatione deſciuerat. Reſtaurauit monaſterium ſancti Maxentij & caſtellum in circuitu perfecit. Reſtaurauit & monaſteriū ſancti Michaelis ad heremum, & multa alia laudabilia in opere domini egit, qui defunctus ſepultus eſt in baſilica ſupradicti monaſterij ſancti Angeli. Tunc Ruino defuncto, filius eius VVillelmus pro eo principatum habuit & Chriſtianus cum gente ſua fuit: quo etiam defuncto Richardus filius eius in principatu Rotomagi ſuccedēs, Chriſtianiſſimus factus ędificauit in Nortmanda, quæ antea vocabatur Marcha

Fräciæ, & Britanniæ, monaſterium ſancti Michaëlis de monte, vbi monachos poſuit. Itemque monaſterium Feſcanum in honore ſummæ Trinitatis, vbi ſepultus eſt ipſe: Vbi & monachos miſit. Francorum interea rege Ludouico vita exeũte, regnauit pro eo Lotharius filius eius ex Gerberga regina progenitus. Quo tempore Fulcaldus Epiſcopus Egoliſmenſis, poſtquam præfuit duodecim annis, defunctus eſt, & ſucceſſit in Epiſcopatu Ebulus, qui & ipſe duodecim annis præfuit. VVillelmus denique ſector ferri (qui hoc cognomẽ adeptus eſt quod loricatum Nortmannum in luctamine enſe proprio nomine Corto duriſſimo per media pectoris & vẽtris ſecuit, vna tantum percuſſione) claudens diem ſepultus eſt iuxta baſilicam beati Eparchij, & per triginta annos pro eo principati ſunt Bernardus comes, deinde filij eius Arnaldus cognomento Borracio, deinde VVilhelmus, Talerandus, deinde Ranulfius Pomparius, quem Arnaldus filius VVillelmi ſectoris ferri bello proſternens, Comes Egoliſmæ in loco patris ſui extitit. His temporibus Aimiricus non monachus, abbas ſancti Martialis moritur, & in fine monachus extitit: Quia Rex Lu-

douicus timens eius tyrannidem, abbatiam Sancti Martialis ei commiſerat, ſacramentis tamen iurare fecit eum vt monachus futurus eſſet. Tunc Guillelmo duce apud ſanctum Maxentium in monaſtico habitu defuncto ducem pro eo filium eius VVillelmum Aquitania habuit. Rex autem Lotharius terminans vitam, filium reliquit Ludouicũ qui vno tantum anno ſuperuixit, & regnum pro eo accipere voluit Carolus patruus eius: ſed non potuit, quia Deus meliorẽ elegit occulto iudicio. Nam Franci inito communi conſilio eum abiiciunt, & Vgonem ducem filium Vgonis regem eligunt. Hac de cauſa Epiſcopus montis Laudunenſis Aſcelinus ebdomada maiore in qua eſt cæna Domini & paraſceue & ſabbatho ante paſcha, velut Iudas Chriſtũ tradidit, tradidit Carolum, qui Aurelianis in carcere truſus vſque ad mortem, ibi genuit filios Carolum & Ludouicum, & mortuus eſt. Et expulſi ſunt filij eius à Frãcis, profectique ſunt ad Imperatorẽ Romanorũ, & habitauerunt cũ eo. Eo tempore Ottone ſecũdo moriẽte, Oto filius eius tertius actu & nomine imperiũ aſsũpſit, qui Philoſophiæ intentus & lucra Chriſti cogitans, vt ante tribunal iudicis duplicatũ talentũ redderet, Domini volũ-

tate populos Vngriæ vna cũ rege eorũ ad fidem Chriſti cõuertere meruit. Hic Gerbertũ Archiepiſcopum Rauennæ propter ſummã Philoſophiã ſummo amore excolens ordinauit eum Papã, vocauitque nomen eius Syluestrum: & præfectus Romæ Creſcẽtius cum cõtra Otonem Imperium vellet arripere, tandẽ coactus in turre quæ vocatur Intercęlos diu euaſit: ſed expugnata ipſa turre captus & patibulo ſuſpẽſus eſt. His diebus ſanctus abbas Maiolus Cluniacenſis migrauit ad Dominum. *

## HLVDOVVICI II. LOTHARII IMP. F. HLVDOVVICI IMP. N.

Papirius Maſſonus in Annalib. Lib. II. pag. 123. edit. an. 1578. in 4°.

### Epitaphium hoc in Eccleſia Mediolanenſi extare dicitur.

*HIc cubat æterni Hludouicus Cæſar honoris,*
*Aequiparat cuius nulla Thalia decus.*
*Nam ne prima dies regno ſolioque vacaret,*
*Heſperiæ genito ſceptra reliquit auus.*
*Quam ſic pacifico, ſic forti pectore rexit,*
*Vt puero breuitas vinceret acta ſenum.*
*Ingenium mirerne fidem cultuſue ſacrorum*
*Ambigo, virtutis, an pietatis opus.*
*Hinc vbi firma virum mundo produxerat ætas,*
*Imperij nomen ſubdita Roma dedit:*
*Et Saracenorum crebras perpeſſa ſecures*
*Libera tranquillam vexit vt ante togam.*

*Cæſar erat cœlo, populus non Cæſare dignus.*
*Compoſuere breui ſtamine fata dies.*
*Nunc obitum luges infelix Roma patroni,*
*Omne ſimul Latium, Gallia tota dehinc.*
*Parcite. nam viuus meruit tot præmia. gaudet*
*Spiritus in cœlis, corporis extat honos.*

Lotharij Regis qui VI. Non. Mart. deceſſit, Epitaphium à Gerberto poſitum.

*Cuius ad obſequium coiere Duces, bonus omnis*
*Quem coluit, ſate Cæſaribus monumẽta doloris*
*Cæſar Lothari prætendis luce ſecunda*
*Terrifici Martis quod erat conſpectus in aſtro.*

Ducis Frederici

*Francorum placito nomen tulit hic Frederici,*
*Quem proaui fudere Duces à ſanguine Regum:*
*Officiis meritiſque parem ſopor vltimus hauſit,*
*Mercurij cum celſa domus tibi Phœbe maneret.*

Gerbergæ Reginæ Henrici Imp. filiæ, vxoris Ludouici regis Remis.

*Francorum ſpecimen Frãcis memorabile nomen*
*Hoc regina ſacro Gerberga locatur in antro.*
*Grandis honor regni, cui vita monaſtica cordi.*
* *Hecera* * *Remigio ſua rerum contulit almo.*
*Sol quintus Maij vidit quam crine reſolui.*
*Remigij meritis cui detur vita perennis.*

* * Item.

*Regum ſtirpe ſata, rebus ſpecieque beata,*
*Iure ſuperlata Francis Gerberga vocata.*

De Abbone Vinc. Beluac. in Spec. hist. lib. 24 c. 107



# DE ABBONE EX VETERI membrana monaſterij Regulæ ordinis S. Benedicti ad Garumnam.

Vita Abbonis scripsit Haymo Eboracensis ad Hervaeum

*ABBO Aurelianenſi pago ortus patre Læto, matre Ermengardi, educatus in Floriacenſi monaſterio ſub Guinholdo & Chriſtiano cognatis ſuis, VVlfaldo Abbate, S. Benedicti monaſticum habitum induit. poſt ſcholæ præfectus, Pariſios & Remos ad eos qui tum philoſophiam profitebantur, venit. inde Aurelianos regreſſus Muſicen didicit. Demum per annos* XV. *paſtorali officio in Floriacenſi cœnobio functus, Vaſconiam petiit, vbi eſt monaſterium quoddam* SQVIRS, *vt fertur, antiquitus, à modernis contrario nunc vocabulo Reula nominatum. Nulla quippe religionis norma aut rara ſaltem bonæ conuerſationis veſtigia huc vſque eo loco apparuere: Quin & malignorum factio, qui illis quos Abbo ad eundem locum miſerat, iniurias irrogauerant, iam in id conſpirauerat, vt ex qualibet occaſione concitato tumultus, famulos ipſius tanta contumelia cædis afficerent, vt nec ipſe vlterius eo ire auderet. Secunda feria qua S. Briccij agebatur feſtiuitas, monachũ quẽdam qui præcipuus eius factionis auctor erat, Abbo increpare cœpit quod ſine licentia extra monaſterium cibum ſumere præſumpſiſſet. Su-*

*bito audita vociferatio mulierum iuxta morem gẽtis, vbi ſeditio oritur aut cædes hominis interuenit, conclamantium. Cauſa hæc fuit. Frãcis & Vaſconibus inuicem ſe conuitiis laceſſentibus, vnus Francorum vltra modum impatiens conuicij domino ſuo illati, conuiciantem baculo inter ceruicem & ſcapulas ictum proſtrauit. Seditione aucta Abbo tum temporis, compoti rationes diſcutiens, foras ab inferioris montis parte progreditur, vbi ab aduerſæ partis ſatellite lancea in læuo latere percuſſus, à Guillelmo fratre ſuſtentatus, & ad monaſterium relatus inter ſuorum manus expirauit. Seditioſi nihilominus domum irrumpunt, Adelarium cubicularium Abbonis & alios quoſdam vulnerant. Mane feriæ quartæ Abbo cum ipſis, quibus indutus erat veſtimentis, vt mos eſt interemptos ſepeliri, inlotus lapideo ſarcophago in interiore crypta ante ipſius S. Patris Benedicti altare tumulatur.*

Rixhors

*Celebratur à monachis in eius honorem* XV. *dies menſis Nouemb.*

## Sigebertus Abbas Gemblacenſis in Chronico ad annum Dom. M. III.

*Abbo Floriacenſis Abbas in Vaſconia martyrizatur.*

## Idem in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

[illegible]
Hugo regnauit cum filio suo Rodberto [illegible]
in [illegible] Floriacensi coenobio [illegible]
Abbonem [illegible]
incarnationis [illegible] anno M quarto [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*Abbo Abbas Floriacenſis quantum valuerit in vtraque ſcientia, oſtendit cum ſuper Calculum Victorij commentatus eſt. martyr obiit.*

Oliba ſiue Oliua Auſonenſis Eccleſiæ Epiſcopus & Abbas almæ Riuipollentis Mariæ, Sanctique Michaëlis cœnobij confluentis, in Epiſtola qua agit de pace inter Epiſcopum & vicecomitem Narbonẽſem & colloquio inter VVifredũ, & VVillelmum Vgonemque Comites.

*Abbo, inquit, VVaſconum gladius coronã martyrij meruit Idib. Nouemb. die natalis S. Bricij.*

*Extant apud nos Abbonis Epiſtolæ plures ad Gregoriũ* V. *Pontificem, ad Robertum regẽ Francorum, ad Conſtantinum Miciacenſem decanũ, Robertum* Abbatẽ *&, Odilonẽ et alios. Extat & Apologeticus eiuſdẽ vt Floriacẽſium rectoris ad Hugonem & Robertum reges. Eſt & ad ipſum Abbonẽ Abbatem Aymomi monachi præfatio in hiſtoriam Franc. libris quatuor deſcriptam.*

*Sed hæc quomodo huic noſtro* Abboni *præter nominũ ſimilitudinem conueniãt non video. Nã et ſe Neuſtri, id eſt, vt ego quidẽ exiſtimo Pariſiũ fuiſſe, et Eccl. S. Germani* Autiſiodenſi *Lutetiæ ſeruiſſe ſignificat, ſub* Odone *Comite, poſt rege, cuius tempora Floriacẽſis illius mortem annis plus minus centum præceſſerũt. Et ſane licet vterque putida Græciſmi affectatione laboret, præcipue*

*vero hic noſter codicello illo tertio ad* Clericos, *(quem quod ad hiſtoriā nihil omnino pertineat, et vero ultra modū ineptus ſit, libēter omiſimus) tamen Floriacēſem, aliquanto eruditiorem, ipſius ſcripta teſtantur. Nobis hic potius ex Britannico eiuſdem fere ſæculi ſcriptore quædam inſerere liceat, quæ & ſequentium librorum argumentum continent & habent alia quædam rerum noſtrarum, quæ, licet non omnino vera, talia tamen ſunt ut veritatis eruendæ prudentibus & intelligentibus anſam præbeant.*

## Io. Aſſer Epiſ. Stryreburnenſis in vita Aelfredi Britannorum regis.

*Anno domin. incarnationis* DCCCLXXXVI. *ſæpe memoratus paganorum Normannorum ſiue Danorum exercitus iterum in Occidentalium Francorum regionem venit naues ſuas dirigens in flumen quod Signe dicitur. Rurſum contra lōge nauigās Pariſium ciuitatem adiit, & ibi hiemauit & caſtrametatus eſt, intra † quam partem fluminis prope ad pontem ut trāſitum pontis ciuibus prohiberet: quia illa ciuitas in medio fluminis ſita eſt in inſula parua. Obſedit autem illam ciuitatem anno illo integro: Sed Deo miſericorditer fauente & ciuibus viriliter ſe defendentibus, munitionem irrumpere non potuit.*

Sequana

Et paulo poſt.

*Anno*

*Anno Dominicæ incarn.* DCCCLXXXVII. *ſupra memoratus paganorum exercitus Pariſiam ciuitatem derelinquens incolumem, eo quod aliter proficere ſibimet non poterat, claſſem ſuam ſub illo ponte rurſum contra Signe longe remigando tamdiu direxit donec ad hoſtium fluminis quod* Materre nominatur perueniret. Tunc Sigonam deſerentes in hoſtium Materre deuenıunt non ſine labore vſque ad locum quod dicitur Caziei, id eſt villa regia, perucnerunt in quo loco hiemauerunt integro anno. Sequenti anno in hoſtium fluminis quod dicitur Iona intrauerunt non ſine magno regionis damno, & illic remorati ſunt anno vno. Eodem anno Karlus Francorum Rex viam vniuerſitatis adiit, ſed* Earnulf filius fratris ſui ſexta antequam defunctus eſſet, ebdoma illum regno expulerat: quo ſtatim defuncto* V. *Reges ordinati ſunt, & regnum in quinque partes conſciſum eſt: ſed tamen principalis ſedes regni ad Earnulf iuſte & merito prouenit, niſi ſolummodo quod in patruum ſuum indigne peccauit. Cæteri quoque quatuor reges fidelitatem & obedientiam Earnulfo ſicut dignum erat, promiſerunt. Nullus enim illorum quatuor regum hereditarius illius regni erat in paterna parte niſi Earnulf ſolus. Quinque itaque reges confeſtim Farlo moriente*

Matrona

Karlus.

Arnulfus.

*ordinati ſunt, ſed imperium penes Earnulf remanſit. Talis ergo regni illius diuiſio fuit. nam Earnulf Orientales regiones HReni fluminis, HRodulf quoque internam partem regni accepit. Oda etiam Occidentale regnum. Beorngan & Pida Languobardiam necnon & illas regiones quæ in illa parte montis ſunt. Nec tamen tanta & talia regna inter ſe pacifice ſeruauerunt. Nam bis pleno prælio inter ſe belligerauere, & illa regna perſæpe deuaſtauerunt inuicem, & vnuſquiſque alterum expulit de regno. Eodem quoque anno quo ille exercitus Pariſiam ciuitatem deſerens Caziei adiit, &c.*

# ABBONIS DE OBSIDIONE LVTETIÆ PARISIOR. A NORmannis libri duo.

App.Aim. 723.

Rheginosal ann. 887

## SCIDVLA SINGVLARIS CERNVI ABBONIS DILECTO FRATRI GOZLINO.

CVNCTORVM Dei plaſmatũ extimus & conlæuita indignus Abbo, ſinceræ omnemque terrigenã ſuperãtis igne dilectionis amplexando fratri Gozlino quidquid in Chriſto vtriuſque vitæ manet iocunditatis. Tuæ admodum mihimet acceptiſſimæ germanitatis affectio ſibimet dudum deſtinari crebro popoſcit, vt bellorum Pariſiacæ polis, præcellentiſſimi quoque principis ab examine regni hucuſque Odonis, noſtro genitum labore codicellum didicit, tam contigui ſtudioſa ingenioli, quàm fraterni inſuper nõ immemor flagri. Eandẽ itaque ob gratiam fauſtiſſime noueris, Germane, tibi

App.Aim. 688.

hancce dirigi pagellam, cum tam rara ne vnquam penes me fruſtretur petitio, tum ſolamine omnium apud lectorem amiciſſimi vt cara fine tenus vice illam mittentis fungatur: quin etiam à deuiis prudẽti dextera releuetur. Nunquam enim otio reficiendi ob ſcholarum pluralitatem cuius commoditati vbique locorũ vacauerim: Verum quí primùm fuerit prolata, conſtat adhuc ſequens pagina membris ſemel tantũ mutatis, poſt quoque ceu quopiã Phœbo, tuo ſagaci luſtretur arbitrio. Denique huius eliminata directionis cauſa, æquum autumatur depromi geminas etiã opuſculi inchoationes: Quarum ſiquidem prima fuerit cauſa exercitationis (Tunc etenim adhuc litteratoriæ tyrunculus diſciplinæ, Maronis proſcindebam æglogas): Altera verò manſuri aliarum tutoribus vrbium exempli. Cæterum tam tuæ, quàm reliquorum quidem lectorum almæ charitati non iſtud metricè cõplecti volumen quòd vates taxer, notũ fore molior. Nullatenus quippe hic quæ penes ſummos reperiũtur figmenta poëtas. Atqui faunos feraſve nũquam tripudio carminis in ludum more Sileni conglomerauerim, neu rigidas motare cacumina quercus coëgerim, tum ve-

rò ſyluæ aueſque, mœnia quoque nunquã noſtris ſunt comitata veſtigiis, præ dulcedine cantionis: nec quouis modulamine Orco aliiſve manibus animas tartarea eripuerim caligine ritu Orphei. Planè etiam ſi quando affuerit velle, nuſquam tamen his actibus fauit poſſe. Ergo nec poſitor quidem nuncupor, nec figmenta hîc habentur. Sed noſtræ facultatis adſint præſidia. Porro Triadi noſtros credidi biblos viſu & auditu modo decuſatos: Quorum duo quidem tam præliis Pariſiacæ vrbis, Odonis quoque Regis, quàm profectò almi ac heroïs præſertim mei Germani eiuſdem ſedis olim egregij præſulis effulgent miraculis, alias tamen quibuſlibet inauditis: Qui autem ſupplet Trinitatem tertius horumce ignarus conſtat. Nam cleronomos tametſi anguſtum maneat ſitum, decentiſſimè ornat, tum ſcholaſticis ambientibus gloſas ſuis in commentis obnixè complacet, allegoria verò aliquantiſper cui eius indago libuerit, renitet, cui per ſemet quoniam mutis inhæret verbis, propria manu linguas ſuperieci. Pedes autem in omnibus opuſculi verſibus adeo delegerim, quo perrariſſimos forte ignorantia potiuſve obliuione liquerim claudos: qui

tamen periergia quæſo induſtriaque legẽtis debitæ virtuti reſtituantur. Pentemimeris nempe ſeu cum catatriton trocheon eptemimeris rata ſimilitudine per omnia currunt cæſuræ, quamquam bucolice ptomen perpauca. Communibus præterea bannitæ modis cum diæreſi & epiſynalepha non denſè vſus extiti. Igitur largiente diuino munere, ſuggeſſit hæccine mihi facultas. Quid plura? Catalecticus cunctus exiſtit verſus. Tum multa prorſus alia lectori ſeria parebunt indita. Nec tamen putetur hoc ob aliud factũ niſi materiam vel à tua, dulciſſime frater, prudentia hauriendam, ſeu cuiuſpiam alterius diſerti, cum ad manus venerit, metrici. Dactilici quidem verſiculi trimetri præpoſiti cauſam enucleãt ſui, ſed minimè exauditi: Verũ quod haud apud magiſtrum, ſaltem mereantur nanciſci penes Germanum.

*Gaudia quot radij Phœbo, tibi ſint & honores,*
*Cum fine in finem, clam quoque ſine Deo.*

EXPLICIT PRÆFATIO.

# VERSICVLI AD MAGISTRVM DACTILICI

*O Pædagoge ſacer meritis*
*Aymoine piis radians,*
*Digneque ſydereo decore:*
*Perrogitat matites liniens*
*Ore pedes digitoſque tuos*
*Cernuus Abbo tuus iugiter,*
*Sume botros, tibi quos tua fert*
*Vitis adhuc virides; rubeant*
*Imbre tuo radiiſque tuis.*
*Continuo ſeris atque fodis*
*Tu, celebrande, putas & eam,*
*Nuncque cupis niteat pluuiis*
*Alterius, iubare alterius,*
*Dulce cui tribuas rogo mel;*
*Nam tibi palmes & vua manet.*
*Floruit has mihi Pariſius*
*Nobilis vrbs, veneranda nimis*
*Bella precans ſua ferre tibi.*
*Agnita cuius vt orbe vago*
*Sepiat æthera palma volans*
*Doxaque regnet vbique micans,*
*Ore tuo gradiente ſuper.*

Extat Haimonis monachi venerabilis libri duo Miraculorum S. Germani Paris. Epi To. 4. Hist. Sanctor. p. 372. iuſſu Gozlini abbatis ſui ~~pro~~ præcipui patris i. decani, unde ſe Haimonem [illegible] fratre fuiſſe dicit. in quib[us] [illegible] de Northmannorum furore.

# INCIPIT LIBER PRIMVS DE BELLO PARISIACÆ VRBIS.

DIc alacris ſaluata Deo Lutætia ſũmo,
Sic dudum vocitata geris modo nomen ab vrbe
Iſia, Danaum latæ media regionis,
Quæ portu fulget cunctis venerabiliori:
Hanc Argiua ſitis celebrat perauara gazarum,
Quod nothum ſpecies metaplaſmi modo nomen
O collega, tibi, Lutetia, pingit honeſte
Nomine Pariſiuſque nouo taxaris ab orbe,
Iſiæ quaſi par merito pollet tibi conſors.
Nam medio Sequanæ recubãs, culti quoque regni
Francigenum, temet ſtatuis percelſa, canendo.
Sum polis vt regina micans omnes ſuper vrbes
Quæ ſtatione nites cunctis venerabiliori.
Quiſque cupiſcit opes Francorum, te veneratur,
Inſula te gaudet, fluuius ſua fert tibi giro
Brachia complexo muros, mulcentia circum
Dextra tui pontes habitant tentoria lymphæ
Læuaque claudentes: horum hinc inde tutrices
caſtella. Cis vrbem ſpeculare falas, citra quoque flumen.
Dic igitur, præpulchra polis, quod Danea munus
Libauit tibimet ſoboles Plutonis amica,

*Tẽpore quo præſul Domini & dulciſſimus heros*
*Gozlinus temet paſtorque benignus alebat?* Gozlinus Epiſcopus Pariſ.
*Hæc inquit, miror, narrare poteſt aliquiſne?*
*Nonne tuis idem vidiſti oculis? Refer ergo.*
*Vidi equidem, iuſſiſque tuis parebo libenter;*
*Hæc tibi nempe litauerunt libamina ſæui*
*Septies aërias centum præter iuniores* Durcones
*Quamplures numero naues numerante carentes,*
*Extat eas moris vulgo barcas nominare;*
*Queis adeo fartus Sequanæ gurges fuit altus,*
*Vſque duas modicumque ſuper Leugas fugiendo,*
*Vt mirareris, fluuius cui ſe daret antro;*
*Nil parens, abies quoniam velauerat illum*
*Ac quercus vlmique ſimul, madidæ ſed & alni.*
*Vrbem quo tetigere quidem Titane ſecundo,*
*Egregij Sigefredus adit paſtoris ad aulam*
*Solo Rex verbo, ſociis tamen imperitabat,* Sigefredus Dux Normannorũ.
*Vertice flexo ad pontificem ſic inchoat ore:*
*O Gozline, tibi gregibuſque tuis miſerere*
*Ne pereas, noſtris faueas dictis rogitamus:*
*Indulge ſiquidem tantùm tranſire queamus*
*Hanc vrbẽ; tangemus eã nunquam, ſed honores*
*Conſeruare tuos conemur, Odonis & omnes* Odo Comes Pariſ.
*(Hic conſul venerabatur, Rex atque futurus*
*Vrbis erat tutor, regni venturus & altor.)* Karolus de Baguerra
*Hæc contra Domini præſul fidiſſima iecit:* ſiue de Bonera qui et
*Vrbs mandata fuit Karolo nobis baſileo,* Craſſus
*Imperio cuius regitur totus prope coſmus* Rex Frãc.

*Poſt Dominũ, regem dominatoremque potentũ;*
*Excidium per eam regnum non quod patiatur,*
*Sed quòd ſaluetur per eam ſedeatque ſerenum:*
*Vt nobis ſi fortè tibi commiſſa fuiſſent*
*Mœnia, quodque peregiſſes iuſtum tibi narras,*
*Quid fore ſancires? Sigemfredus, Caput, inſit,*
*Enſis honore meũ, canibus demũ quoque dignũ:*
*Toxica, ni tamen his precibus cedas, tibi tela*
*Noſtra miniſtrabunt caſtella die veniente*
*Decedente famis peſte hoc peragetque quotannis.*
*Hæc ait, atque dehinc abiit ſocioſque coëgit,*
*Sic caput Aurora rapuit perdente duellum;*
*Nempe ruunt omnes ratibus, turri properantes,*
*Quam feriũt fundis acriter complentque ſagittis.*
*Vrbs reſonat, ciues trepidant, ponteſque vacillat.*
*Concurrunt omnes, turrique iuuamen adaugent.*
*Hîc Comites Odo, fraterque ſuus radiabant*
*Robertus, pariterque comes Ragenarius; illic*
*Pontificiſque nepos Ebolus fortiſſimus Abba:*
*Hîc modicum præſul iaculo palpatus acuto.*
*Hîc eius iuuenis miles ſimili Fredericus*
*Eſt ictus gladio, miles periit, ſeniorque*
*Conualuit ſeſe medicante Dei medicina.*
*Hic vitæ multis extrema dedere; ſed acres*
*Pluribus infigunt plagas, tandemque recidunt,*
*Exanimes Danos ſecum multos referentes.*
*Iam occidui medium vergebat ad vltima Tyle*
*Climatis auſtralis quoq; Apollo ſecutus Olympo,*

*Nil prorſus ſpecies turris renitens erat adhuc*
*Perfectæ, fundamentis tantum bene ſtructis*
*Ac modicum ductis ſurſum factiſque feneſtris*
*Gaudebat, belli ſed eadem nocte peracti*
*Altius hæc circumductis creuit tabulatis.*
*Lignea ſeſcuplæ ſiquidem ſuperadditur arci.*
*Sol igitur Danique ſimul turrim reſalutant,*
*Prœlia deuotis iaciunt immania valde:*
*Pila volant hinc inde, caditque per aera ſanguis,*
*Commiſcentur eis fundæ laceræque baliſtæ;*
*Nil terras interque polos aliud volitabat.*
*At turris nocturna gemit dardis terebrata,*
*Nox fuit eius enim genitrix, cecini quoq; ſupra.*
*Vrbs pauet, ac ciues ſtrepitant & claſsica damnant.*
*Abſque mora tremulæ cunctos ſuccurrere turri*
*Chriſticolæ pugnant, belloque reſiſtere curant.*
*Belligeros inter cunctos gemini radiabant*
*Plus aliis fortes, alter comes, alter & abba;* Ebolus
*Alter Odo victor, bellis inuictus ab vllis,*
*Confortando fatigatis vires reuocabat,*
*Luſtrabat iugiter ſpeculam perimens inimicos.*
*Qui verò cupiunt murum ſuccidere muſclis,* Cuniculi
*Addit eis oleum ceramque picemque miniſtrans*
*Mixta ſimul liquefacta foco feruentia valde,*
*Quæ Danis ceruice comas vruntque trahũtque.*
*Occidunt autem quoſdam, quoſdamque ſuadent*
*Amnis adire vada: Hoc vnà noſtri reſonabãt,*

*Ambuſti Sequanæ ad pelagos concurrite, vobis*
*Quo reparent alias reddēdo iubas mage comptas.*
*Fortis Odo innumeros tutudit. Sed quis fuit*
*alter?*
*Alter Ebolus huic ſocius fuit æquiperanſque.*
*Septenos vna potuit terebrare ſagitta,*
*Quos ludens alios iuſsit præbere coquinæ.*
*Hiſce prior mediuſve fuit, circumve nec vllus.*
*Fortiter aſt alij ſpreta nece belligerabant.*
*Verùm ſtilla quid eſt ſimplex ad caumata mille?*
*pp. Valet 200.* P *geminum fidos raró quamuis vegetabat,*
*40000.* *Mq; truces poſthac chile ſeranta chile id extat.*
*Hice recenter eunt vicibus turrim: iuge fœdi*
*Ingeminãt bellum, clamor fremituſque fit altus,*
*Ingenteſque replent voces hinc inde ruentes*
*Scuta picta* *Aethera, ſaxa fremũt parmas quatientia pictas,*
*Scuta gemunt galeæ ſtrident traiecta ſagittis.*
*Huc præda redeunt equites, certamina ſtipant,*
*Incolumes adeunt ſpeculam, ſaturique ciborum,*
*Naues* *Anteque durcones multi repetunt morientes*
*Quàm lapides iaciant illãque grauent lapidando:*
*Dulce quibus flamen Danæ ſpirantibus, aiunt*
*Quæq; ſuo lacerans crines lachrymanſq; marito,*
*Turrim vocabãt furnũ, ſic v.c.* *Vnde venis? fornace fugis? ſcio nate diabli*
*Hanc nullus poterit veſtri ſuperare triumphus?*
*Non tibi nunc Cererem, vel apros, Bacchumque*
*litaui?*
*Tamque citò quare repedas ad tegmina ſtratus?*

*Hæc iterum geſtiſne tibi poni? redeuntne*
*Helluo ſic alij? Similem mereantur honorem*
*Clibanus ob humile quantum ſpeculæ ſinuatus*
*Sæua per ora duit quamuis ignobile nomen.*
*Ima dehinc ardent eius diſcindere ſciſci:*
*En immane foramē, hians, maius quoque dictu.*
*Apparent penitus proceres iam nomine citi*
*Criſtatoſque vidēt cūctos, quibus atque vidētur*
*Conſpiciuntque viritim omnes non introeuntes:*
*Horror enim vetuit quod non audacia ſumpſit.*
*Orbita mox à turre teres iaculatur in illos*
*Bis ternas arcens animas direxit Auerno,*
*Perque pedes tracti numerū complent morientū.*
*Tum foribus poſuere Larem Vulcania cura.* Ignis ſub-
*Hinc multare viros, rentes & perdere turrim.* miſſus
*Fit rogus horribilis fumuſque teterrimus inde,*
*Nubila militibus miſcet, ſuccedit & vmbris*
*Scilicet arx piceis, hora veluti diuturna.*
*Nam tulit hæc minimè ſufferre diu ſibi notos:*
*Sed noſtri Dominus miſereſcens vertere iuſſit*
*In ſortem cæcam populi nebulam generantis.*
*Fortius ille furens Mauors regnare ſategit.*
*Signifer en geminus concurrit ab vrbe benigna*
*Lancea bina gerens ſpeculam conſcendit, amictū*
*Auribus immodis croceum formido Danorum;*
*Tunc centena quium pepulit cum ſanguine vitā*
*Centeno catapulta nimis de corpore pernix.*
*Hoſpitiumque comas ducti lintreſque reuiſunt.*

*Lemnius hîc moritur claudus, magno ſuperante*
*Neptuno; humectant latices incendia fuſi:*
*Peſtiferæ gentis miles percuſſus acerbo*
*Rotbertus felix iaculo ſpirauit ibidem,*
*Atque Deo pauci vulgo periere iuuante.*
*Erubuere tamen poſthac veluti lupus audax*
*Nil rapiens prædæ, repetitque quidē nemus altū,*
*Subtilemque nimis ſecum retulere ſugellam.*
*Tercentum exanimos flentes Charone receptos*
*Nox comitans turris ſtuduit vulnus medicari.*
*Hæc duo bella ſui reſidens in limite currus*
*Ante Nouember adeſt, gelidus ſupplere Decēber,*
*Solibus is caudam ternis quam cederet anni.*
*Sole ſuos fuluo radios ſundente ſub æthre*
*Sorte Dionyſii luſtrant equidem recubantes*
*Macharij, Sequanæ ripas & caſtra beatum*
*Germanum circa teretem componere vallis*
*Commixto lapidum cumulo glebiſque laborant.*
*Poſt montes & agros ſaltus campoſque patentes*
*Ac villas equites peragrant pediteſque cruenti*
*Infantes, pueros, iuuenes, canamque ſenectam*
*Atque patres natoſque necant, nec nō genitrices,*
*Coniugis ante oculos ſtrages guſtat mulierem,*
*Coniugis ante oculos cædem tribuere marito,*
*Ante patrum faciem ſoboles, nec non genitricū,*
*Efficitur ſeruus liber, liber quoque ſeruus,*
*Vernaque fit dominus, contra dominus quoque verna,*

*Vinitor, agricolæque ſimul cum vitibus omnes*
*Ac tellure ferunt crudeles mortis habenas.*
*Fracia iam dominiſque dolet, famuliſque relicta*
*Heroe gaudebat nullo, lachrymiſque rigatur.*
*Nulla domus ſtabilis viuo regitur dominante,*
*Ah tellus opulenta, gazis nudatur opimis,*
*Sanguiuomis, laceris, atris, edacibus æquo*
*Vulneribus, prædis, necibus, flammis, laniatu,*
*Proſternunt, ſpoliant, perimūt, vrunt, populātur*
*Dira cohors, funeſta phalanx, cætuſque ſeuerus.*
*Poſſe fauebat eis ac tutum velle quod ipſum*
*Omnia ſe viſum geſtabant ante cruentum,*
*Valles diffugiunt humiles, tumidi prius alpes*
*Arma ſimul diamant lucos cum corde fugaci:*
*Nemo patet, fugiunt omnes, heu, nemo reſiſtit.*
*Sic decus à regni pro poſſe tulere venuſti,*
*Sic celebris ſpecimen cymbis portant regionis.*
*Terribiles inter acies tamen aſtitit acta*
*Pariſius ridens media imperterrita tale.*
*Ergo bis octonis faciunt mirabile viſu*
*Monſtra rotis ignara modi compacta Triadi* Carri XVI rotis LX. hominum capaces
*Roboris ingentis ſuper argete quodque cubante*
*Domate ſublimi cooperto: Nam capiebant*
*Clauſtra ſinus archana vteri penetralia ventris*
*Sexaginta viros, vt adeſt rumor, galeatos.*
*Vnius obtinuere modum formæ ſatis amplæ.*
*Completis autem geminis, ternum peragendo*
*Mittitur arte fala vexare falarica binos*

*Artifices, neruis iaculata vno quoque plectro:*
*Sic nobis lethum primi meruere paratum.*
*Mox monade necata obiit ſæuiſsima dias.*
*Mille ſtruunt etiam celſis tentoria rebus*
*Tergoribus collo demptis tergoque iuuencûm;*
*Bis binos treſsiſue viros clypeare valebant:*
*Quæ pluteos calamus vocitat crateſve Latinus.*
*Nox nullam recipit requiem, nullumque ſoporē,*
*Veloces acuunt, reparant, cuduntque ſagittas,*
*Expediunt clypeos, vetereſque noui efficiuntur.*
*Cumque ſenis Phœbi fulgor iam ſcandit in almas*
*Quadrigas agilis, noctemque repellit opacam,*
*Atque ſuos oriens oculos demittit in vrbem;*
*En proles Satanæ ſubitò caſtris furibundi*
*Erumpunt trepidis nimium telis oneratæ:*
*Ad turrim properant, tenues vt apes ſua regna*
*Diſtentis adeunt humeris caſiaque thymoque*
*Arboreiſque ſimul vel amœni floribus agri:*
*Haud ſecus infœlix populus contendit ad arcem*
*Preſsis fornicibus humeris ferroque tremente*
clipeis *Enſibus arua tegunt Sequanā* dipeis, et in vrbē*
*Plumbea mille volant fuſa denſiſsime mala,*
*Atque ferunt pontis validis ſpeculas catapultis.*
*Mars hinc inde furit ſurgēs, regnatque ſuperbus:*
*Totius Eccleſiæ conuexa boando metalla*
*Flebilibus vacuas ſupplent clamoribus auras.*
*Arx nutat, ciues trepidant, ingenſque tubarum*
*Vox reſonat, cūctoſque pauor cū turribus intrat.*

*Hic*

*Hic proceres multi forteſque viri renitebant:*
*Antiſtes Gozlinus erat primas ſuper omnes,*
*Huic erat Eboluſque nepos Mauortius abba,*
*Hîc Rotbertus, Odo, Ragenarius, Vlto, Erildagus*
*Hi comites cuncti, ſed nobilior fuit Odo,*
*Qui totidem Danos perimit, quot ſpecula mittit.*
*Dimicat infœlix populus pugnatq; benignus:*
*Tres armauit atrox cuneos, quibus obtulit arci,*
*Maiorem, picto ponti geminoſque parone,*
*Hanc ſat opinati ſuperare hunc ſi potuiſſent.*
*Hæc multum patitur, multò maiora ſed ille:*
*Hæc depicta gemit vario ſub vulnere rubra,*
*Ille virum luget vires obituſque fluentes.*
*Sanguine nulla via vrbis adeſt intacta virorũ,*
*Proſpiciens turriſque nihil ſub ſe niſi picta*
*Scuta videt, tellus ab eis obtecta latebat:*
*Inde ſuper cernens lapides conſpexit acerbos,*
*Ac diras vt apes denſè tranare cateias,*
*Inter ſeſe aliud turrimque nihil metit æther.*
*Vox immenſa, metus maior, ſtrepituſque fit altus:*
*Hi bellant, iſti pugnant, reſonantibus armis*
*Prœlia Normanni exacuunt crudelia ſanè;*
*Nullus habet terræ totidem qui viuere natus*
*Indutos gladiis pedites ſpectaret in vnum*
*Et tanta miraretur teſtudine picta,*
*Hac ſibi confecere polum vitam nutrientem*
*Quem nullum ſuperare caput cupiebat eorum.*

*Gozlinus Epiſcopus, Ebulus abbas, Rotbertus, Odo, Ragenarius, Vlto, Erlangus.*

*Aſt infra capiunt tetræ necis arma frequenter.*
*Mille dabant pugnam pariter ſtantes in agone,*
*Mille ſimul turrim, quoniam contingere cuncti*
*Haud vnà poterant, turmis certare ſtudebant.*
*Arx ſpeculans nudis quoniam chelis inimicus*
*Ingeminat populus certamen, & ore patenti*
*Erectas taxos arcus conuertit in vncos.*
*Vnius hinc iaculum tranſmittitur os in apertū,*
*Quem ſubito conans alius clypeare migrantem,*
*Nempe cibum guſtat primus quem repſerat ore.*
*Adueniens autem numerū qui clauderet almum*
*Hos nitens geminos auferre latenter, & ipſe*
*Percuſſus pharetra turri veniam quoque poſcit.*
*Sub clypeis illos alij conduntque trahuntque:*
*Vnde furore nimis pingues bellum renouarunt,*
*Scuta cient planctus ſaxis ferientibus ipſa,*
*Sanguineaſque vomunt voces galeæ ſubeuntes.*
*Æthera crudeli lorica mucrone foratur.*
*Reſpicienſque ſuas & quos fundauerat artus*
*Omnipotens fabricas modicum Danis ſuperari,*
*Exhibuit noſtris vires animoſque valentes,*
*Impertitus eis ſenſus equidem tremebundos.*
*Tum pereunt miſeri plureſque vehuntur ad altos*
*Ponentes animas torquentibus arma faſelos.*
*Iam Titan celeres miſſos præmittere curat*
*Oceano pompare thoros otium quibus abdat,*
*Toruaque plebs quæ iam cecini tentoria turri*
*Texta tulit ſyluis flenti cæſiſque iuuencis,*

*Queis noctem quidam bello, quidamque ſopore*
*Præteriere, quibus circumtriuere meatus*
*Penniuolas acies vibrari felle madentes*
*Militibus noctu eximiam cernentibus arcem.*
*Mane quidam flagrante nouat certamina plenis*
*Arma trucum terris fixa teſtudine giro.*
*Certabant plures alij foſſata ſtudere*
*Quæ circa reſident illam, ſulcoſque replere.*
*Hinc glebas ſpecubus, frondeſque dabant nemo-*
*roſas,*
*Atque ſuo ſegetes etiam fœtu viduatas,*
*Prata ſimul, virgulta quoq; & vites ſine gēmis,*
*Hincq; ſenes tauros, pulchraſq; boues, vituloſq;*
*Poſtremūque necant, elegos, heu! quos retinebant*
*Captiuos, ſulciſque cauis hæc cuncta ferebant.*
*Idque die tota ſtantes agitant in agone.*
*Hocce pius cernens præſul, clara lachrymando*
*Voce vocat Domini Saluatoriſque parentem:*
*Alma redemptoris genitrix mundique ſalutis,*
*Stella maris fulgens, cunctis præclarior aſtris,*
*Cede tuas precibus clemens aures rogitantis,*
*Si tibi me libeat miſſas vnquam celebrare,*
*Impius atque ferox, ſæuus, crudelis & atrox*
*Captiuos perimens laqueo necis irretiatur.*
*Arce repente volans telum deferre ſategit*
*Antiſtes Gozlinus huic quod flendo precatur*
*Qui vinctos vinctus mortis dimiſit habenis,*
*Atque miſer ſociis tendit clypeumque pedemque,*

*Os ſoluit, virtute ruit, ſulcoſque repleuit*
*Menſurãs terram, ſpirans animam malè natam,*
*Captiuos iuxta tritos gladio nimis eius.*
*Vrbs in honore micat celſæ ſacrata Mariæ*
*Auxilio cuius fruimur vita modò tuti:*
*Hinc indicibiles illi ſi forte valemus,*
*Reddamus grates, placidas reboemus & odas,*
*Vox excelſa tonet, laudeſque ſonet, quia dignum:*
*Pulchra parens ſalue Domini, regina polorum,*
*Noſtra nites altrix, orbis conſtas dominatrix,*
*Quæ ſæuis manibus Danum gladioque minace*
*Soluere Lutetiæ plebem dignata fuiſti,*
*Lutetiæque ſatis poteras conferre ſalutem,*
*Quæ lubrico Saluatorem coſmo genuiſti.*
*Cælicoli cœtus, virtutes ac dominatus,*
*Primatuſque, poteſtateſque, thronique polorum:*
*O genitrix ſobolis ſummi Regis celebranda*
*Te gaudet, recolunt, laudant, venerãtur, adorãt.*
*O fœlix vteri thalamo quæ claudere mater*
*Quem cœli nequeunt, tellus, vaſtũ mare, quiſti;*
*Atque tuum delecta patrem nobis peperiſti,*
*Luna micans Solem multo plus te renitentem*
*Fudiſti terris, & eas quo plena manebas*
*Irradiando genus noſtri lapſum reparaſti.*
*Ergo cui, Regina poli, componere quibo?*
*Sanctior es cunctis, ſexu felicior omni.*
*Cultorum miſerere tui iam nata potentis:*
*Gloria, laus & honor, radiaſque decus tibi ſẽper.*

Sit benedicta Dei mater ſceptris in Ieſu.
Phœbus abit, noctiſque redit caligo ſerenæ,
Excubiiſque nequam turris ſæpitur opimis.
Aurora girante polos girantur & arces.
Mortiferis ſiquidem telis quatientibus illas
Arrietes conſtant, vnumque locant ab Eoo
In turrim; contemplatur Septemtrio celſa
In portas alium: tenuit contra latus eius
Occidens ternum. magno cum pōdere noſtri
Tigna parant, quorū calibis dēs ſumma peragrat,
Machina quo citius Danum quiſſet terebrari:
Conficiunt longis æque lignis geminatis
Mangana quæ proprio vulgi libitu vocitantur, Mangana
Saxa quibus iaciunt ingentia, ſeu iaculando
Allidunt humiles ſcænas gentis truculentæ. Lobias
Sæpe quidem cerebrum ceruice trahūt elegorum,
Vah, multoſq; terūt Danos, plures quoq; peltas.
Immunis clypeus fractu nullus fuit ictus
Quem talis tetigit, non vllus morte miſellus.
Aſt infelices foueas ſupplere phalanges
Nequicquam tendunt, potuere replere nec vllam.
Nitebantur enim arietibus peſſundare turrim:
Quos quoniam nequeunt æquis deducere campis,
Corripiunt ternas rabidi kimbas ſatis altas
Frondiuagis equidem ſyluis grauidare flagrātes,
Poſtremum Vulcanus eis imponitur ardens.
Flammiuomas oriens demittit eas pedentim,
Anguiniſque trahebantur ripas ſecus ipſæ Funibus

*Ad pontem, ſeu conſpicuam comburere turrim,*
*Sylua vomit flammas, arent latices pelagique,*
*Terra gemit, virides herbæ moriuntur ab igni,*
*Lemnius atque potens Neptuno ſtat pede trito.*
*Regna poli furuus penetrat, nubeſque peragrat.*
*Hinc tellus & ager lymphæ cœlique crematur.*
*Vrbs luget, ſpeculæque timēt, & mœnia deflent.*
*Heu quā magna oculis manāt lachrymoſa beatis*
*Flumina: Dant pulchri iuuenes ſed & alba ſe-
nectus*
*Mœrentes gemitus, matreſque iubas laniando*
*Terga dabat ſiccæ, crineſque per arua reuoluunt,*
*Hæ colaphis nudata ſuis iam pectora tundunt,*
*At ſecuere genas aliæ lachrymis madefactas:*
*Tum trepidant ciues, cunctique vocāt celebran-
dum*
*Germanum. Miſerere tuis, Germane, miſellis*
*(Pariſius præſul fuerat ſanctiſſimus olim,*
*Illuſtrabat eam cuius venerabile corpus)*
*Mœnia Germani nomen recinunt: & in omni*
*Exclamat miles ſpecula, primique virorum;*
*O famulis, Germane, tuis ſuccurrere diſce.*
*Littora ſeu liquidi laticis pelagus ciet altum,*
*Sydereoſque thronos quibus emicat, vt iubar
almus*
*Verberat innumerus Echo comitante boatus,*
*Germanū reſpōdet & vrbs vocitantibus ipſum.*
*Concurrunt matres pariter iuueneſque puellæ*

*Ad ſancti tumulum ſuffragia poſcere grata.*
*Infœlix & ob hoc populus ſubiit nimis alta*
*Gaudia, ſubſannans ciues Dominique cateruam.*
*Scuta dabant alapis reprobo riſu ſaturatis,*
*Argutoque tument horum diſtenta boatu*
*Gultura, & vrbanis plangentibus, aera magno*
*Implentur ſonitu, clamore minus nihil amplo:*
*Vox auditur in excelſis, & luctus in æthris.*
*At Deus omnipotens omnis fabricæ reparator*
*Orbis, adeſt precibus Sancti rogitatus, & ipſe*
*O, Germane, venis humili ſuccurrere plebi,*
*Auxilio lapidumque ſalire ſtruem ſuper altam*
*Flammiuomas puppes, pontem ne læderet vlla*
*Ipſe coegiſti: pontem ſuſtentat is agger.*
*Continuo Domini populus deſcendit ad ignes*
*Quos mergens in aquas, naues cepit ſibi victor.*
*Hicque Dei ſumpſit fœlix gaudere caterua,*
*Vnde prius ſumpſit gemitus magnoſque dolores.*
*Sic noſtris geritur bellumque, dieſque recedit,*
*Noxque ſilam gurdis mandat cuſtodibus ipſam.*
*Sole ſuas nondum claras ſubeunte quadrigas,*
*Sub lucem, reuehũt crates ſua ad oppida furtim,*
*Arrietes carcamuſas vulgo reſonatos* carcamuſæ
*Dimiſere duos, pallos vetuit remouere*
*Quos noſtri capiunt gaudenter depeculantes,*
*Rexque Danos retulit Sigenfredus ſuper omnes,*
*Quẽ turris metuit proprios ſibi vellere ocellos.*
*Sicque iuuante Deo, durus Mauors requieuit.*

*Ianuarÿ ſuprema dies ſtatuit triduana,*
*Hæc finire ſequens ſtuduit certamina menſis.*
*Tertia lux huius fuerat belli recolendæ*
*Sancta genitricis tunc purificatio Chriſti*
*Quæ noſtræ tribuit plebi gaudere triumpho.*
*Præterea conſcendit equos auibus ociores*
*Infortuna cohors repetens partes Orientis,*

Auſtria ſiue Frãcia Orientalis

*Francia quas nondum populatas triſtis alebat,*
*Cuncta prius dimiſſa necans magalia poſcit*

Rotbert- Trouſſi

*Quæ Rotberto aderat pharetrato agnomine claro,*
*Cuius erat miles tantum obſequio modo ſolus:*
*Vna domus retinebat eos. Miles ſeniori,*
*Normannos contemplor, ait, curſim venientes.*
*Rotbertuſque ſuum cupiens admittere ſcutum,*
*Nil vidit, quoniam populus ſuus abſtulit illud:*
*Quem Danicos iuſſit cuneos idem ſpeculari:*
*Enſe forum nudo petiit tamen obuius illis,*
*E quibus occidit geminos, & tertius ipſe*
*Incubuit morti, nullo ſibi ſubueniente.*

Adalelmus nepos ex ſorore Odonis.

*Vnde nepos eius nimium triſtans Adalælmus*
*Conſulis intererat populo cui talia dixit.*
*Eia viri fortes clypeos ſumatis & arma,*
*Vlciſcique meum raptim properemus auunculum,*
*Hæc inquit, villam petiit, congreſſus acerbis*
*Ilicet hos vicitque trucidauitque neſandos:*
*Normanno villam victor moriente repleuit.*

Parones

*Nil reliqui prohibente fuga retulere paroni.*
*Hæc eadem Rotbertus erat nitens operari.*

*Poſt æquor reſidens almi niueam ſecus aulam* Pratū S. Germani
*Scandere Germani tentant crebrius vocitati*
*Eius qua ſpeciem conſtat lucere ſepulchri.*
*Hic iacuit ſuimet iugiter venerabile corpus,*
*Nobiliuſque monaſterium cunctis fuit illud*
*Nuſtria quæ refouere ſinu diſcebat in amplo.* Neuſtria
*Hinc propriis fuerit famulis geſtatus in vrbem.*
*Ipſe Danos quicumque dabant veſtigia prato,*
*Militibus ſpeculam cernentibus vrbis in eius*
*Rure ſitam, fugiente mora tradit capiendos.*
*Eccleſiam cuius penetrans lacerare feneſtras*
*Ictibus arboreis vnus vitreas lanionum:*
*Continuò amenti rabie confunditur atrox*
*Curribus Eumenidum piceis artatus ab almo,*
*Morſque ſequens miſerum perdit, pietate remota,*
*Hiſque fatigatus cauſis inferna petiuit.*
*Mi Germane ſacer, cura ne ſpiritus olim*
*Illa meus ſubeat cuius miracula canto.*
*Hæc & quæ ſupplere queā faueas precor alme:*
*Summa patris ſummi natique, rogato, columba*
*Ore meo ſedeat, mentem repleat pie domne,*
*Actibus atque ſacris virtutum floribus ornet,*
*Expulſis ſeſtrice ſacra vitiis procul atris.*
*Torriculi ſcandens alius ſublime cacumen*
*Mutat iter per quod ſubiit, greſſus quoque voluit*
*Ardua præcelſi nimium per culmina templi,*
*Oſſa cui fregere ſacri faſtigia tecti.*

*Germani meritis vrgentibus. Hoc ſuper vrbis*
*Pergama ſtans venturus Odo Rex prodidit omni*
*Stipanti ſemet plebi, digito manifeſtans.*
*Ipſe Danum ſemet retulit vidiſſe cadentem.*
*Tertius adueniens oculos direxit in amplum*
*Mauſoleum Sancti, nolens quos liquit ibidem.*
*Quod ſubiẽs quartus ſuperis eſt demptus ab auris,*
*Obicuitque ſub occidua mox ſorte ſopitus.*
*Fortunate tui quintus, Germane, parentis*
*Accelerat reſerare thorum, primo ſed adempto*
*Percutit hinc ſaxo proprium pectus, patientem*
*A cathedra cogens animam decedere peſtis,*
*Quæ nolens baratri tetigit cœnacula tetri;*
*Illuſtrem ſobolis ſanctæ ſeruat genitorem*
*Dextera; læua ſacram prolis retinet genitricem,*
*Eſt Eleuterius pater, eſt Euſebia mater.*
*Proh dolor en medius cecidit pons nocte ſilẽti*
*Obſitus alluuiis tumida bacchantibus ira.*
*Nam ſparſim Sequana circumfudit ſua regna,*
*Exuuiiſque ſuis obtexerat æquora campûm.*
*Auſtralis geſtabat eum vertex, ſed & arcem*
*Quæ tellure manet ſancti fundata * boati.* ſ. beati
*Vrbis inhærebant dextris, alter ſed & altri.* Pons turri inhærens è regione S. Germani
*Mane quidem ſurgente Dani ſurgũt ſimul acres,*
*Atque rates ſubeunt, armis onerant clypeiſque,*
*Trãſque natant Sequanam, turrim cinguntque miſellam.*
*Multa dabant illi denſis certamina telis:*

*Vrbs tremuit, lituique boant, lachrymiſque rigantur*
*Mœnia, ruſque gemit, totum pelaguſq; remugit,*
*Aera circumeunt lapides & ſpicula mixtim;*
*Exclamant noſtri, clamantque Dani ſimul oẽs.*
*Terra tremit, noſtri lugent, lætantur & illi.*
*Dumque volunt, ciues nequeũt ſuccurrere turri*
*Atque viris bello deferre iuuamen anhelis,*
*Quos validè numero bellantes ſub duodeno*
*Rumſea vel formido Danum nõ terruit vnquã.*
*Difficile eſt dictu bellum, ſed nomina ſubſunt*
*Ermenfredus, Eriueus, Erilandus, Odaucer,* XII. *turris cuſtodes*
*Eruic, Arnoldus, Solius, Gosbertus, Vuido,*
*Ardradus, pariterque Eimardus, Gozsuinuſq;.*
*Seque neci plures ſociarunt ex inimicis.*
*Hi quoniam nequeunt animis curuarier atris,*
*Aeſtibus accingunt carpentum arentibus arcis*
*Ante fores gurdi miſerandæ gramine plenum.*
*Fulmineiſque velut Phœbo ſub rura procellis*
*Nox vacua cæli ſpecie confunditur alta,*
*Fas nullis ardente ſuum contemnere doma:*
*Haud ſecus, occuluit fumus ſpeculam catapultis*
*Immerſis aliquantiſper feruore tonante.*
*Quiſque rogi proprios flatus ne clade perirent*
*Accipitres loris permiſit abire ſolutis;*
*Quem dum iam cupiũt omnes extinguere, deſunt*
*Vaſa quibus poſſent latices haurire fluentes.*
*Namque Danum formidabant auſum fore nullũ*

*Aequora iam confeſſoris contingere greſſu,*
*Panſa prius propter meritis miracula Sancti.*
*Haud modicam retinent ſolum niſi quippe lagenam.*
*Quæ claram iaciendo focos Sequanā ſuper altos*
*Seruantum fugit digitis dilapſa ſub illos.*
Ignis *Vulcano perit claudo Neptunus inermis.*
*Larque ſuper turrim ſalit, contriuit & omnem.*
*Robora congeminant gemitus oppreſſa ſub igni*
*Plus bello dominante rogo: Dimittitur illa*
*Militibus, pontis ſubeunt extrema relicta.*
*Prælia conſtituunt illic noua, ſæuaque ſæuis,*
*Donec ad alta caput flexit Phœbus vada ponti.*
*Pila dabat rupeſque ſimul callereſque cateias*
*Plebs inimica Deo, pranſura Plutonis in vrna.*
*Sed quia conflictus talis ſuperare nequibat,*
*Militibus clamare, fidem, cœpit, ſed inanem*
*Ad noſtram properare viri nolite timere.*
*Proh dolor alloquiis ſe ſe credunt male finctis*
*Sperantes pretio redimi potuiſſe ſub amplo.*
*Non alias verè caperentur luce ſub illa.*
*Heu nudi gladium ſubeunt gentis truculentæ*
*Et cœlo mittunt animas liuore fluente.*
*Martyrij palmam ſumunt caramque coronam.*
*Mox reliquis vt viſus adeſt gētilibus Erueus,*
*Rex quoniam facie ſplendēs formaque venuſtus*
*Creditur, atque ſui donis graſſante tuetur,*
*Protinus intuitu fuſo cernendo ſodales*

*Dilectos plecti, tanquam leo ſanguine viſo*
*Ipſe furit, conanſque manus vitare tenentum,*
*Vndique vi voluit ſemet ceu nexus, vt arma*
*Sumeret, vlciſci proprios ſocialeque vulnus*
*Obtentuque carens ipſo ſic inſuperata*
*Lymphantes potuit qua voce tonauit in aures,*
*Cædite me tenſa ceruice: pecunia prorſus*
*Nulla meam. tractet vitam morientibus iſtis*
*Viuere quid ſinitis? fruſtratur veſtra cupido:*
*Quæ lux haud eius micuit ſed craſtina flatu*
*Quæ voces, quæ lingua, quod os edicere poſſunt*
*Bella tot his prato egregij commiſſa relati?*
*Quotq; necauerũt Normannos hic? quot et vrbi*
*Duxerunt ſecum viuos? Iam nullus eorum*
*Tunc audebat agrum Sancti conſcendere letum*
*Quorum præ terrore virûm certamina promo.*
*Corpora crudeles Sequanæ tradunt ſine vita*
*Laus quorum iugiter nomẽque per ora virorum*
*Inſigneſque ſimul mortes & bella volabunt,*
*Sol radiis donec noctis pompare tenebras,*
*Luna diem ſtellæ pariter componere diſcant.*
*Proſternunt dehinc ſpeculam de morte dolentem* Turris euerſa
*Cuſtodum: Cecidit telo quatiente Danorum*
*Signifer; hic artus miſit flatumque Charoni.*
*Nemo meis ſuper hoc dictis inſurgere bello*
*Decertet: ſiquidem nemo nil verius vllus*
*Expediet, quoniam propriis obtutibus hauſi:*
*Sic etiam nobis retulit qui interfuit ipſe*

*Atque natando truces gladios euadere quiuit.*
*Tum Sequanam ſaliunt, Ligerimque petunt patriamque.*
*Has inter geminas peragrant prædam capientes*
*Quam regio ipſa meo pandet iuſſu dominante.*
*Interea ſperans Ebolus fortiſsimus Abbe*
*Gentiles quod in hanc iſſent cuncti, prope ſolus*
*Arce ruit, dardumque ferens caſtella petiuit*
*Illorum, haſtamque vibrans proiecit in ipſa,*
*Non ſonipes retulit nobis hunc, nec tulit illuc.*
*Confeſtim ſocium nixus munimine, ſæua*
*Caſtra petit, muroſque ferit, quo lemnius adſit,*
*Ipſe iubet, pugnant noſtri, conſtantius illi:*
*Argutus nimium fremitus iam fumat ab illis,*
*Exiliuntque foras vulguſque fugant ſine tactu,*
*Extiterant plures quoniam nobis: tamen illis*
*Obuius hic Ebolus ſociique ſimul ſtetit heros.*
*Haud illum fuerant audentes tangere ferro*
*Quingentis etiamſi tunc ſubnixus adeſſet*
*Qualis & ipſe fuit, caſtris ſeſe daret vltro,*
*Aſt animas propria de ſede repelleret omnes.*
*At quia militibus caruit, ſic ludere ceſſat.*
*Nuſtia nobilior cunctis regionibus orbis,*
*Quæ vaſtè fueras procerũ genitrix dominantũ,*
*Ne pigeat capta turri producere quæſo*
*Quot vel quas hauſere Dani palmas tibi; nec non*
*Vbera quot pecorum mulſere tuum peragrando*
*Diſtentum variis tractum gazis: tamen olim;*

Mi ſoboles, aliquis cenſere poteſt? etiamſi — Vox Nuſtria.
Aſſuerint cunctæ volucres, erumpere voces — Abbo Neuſtrigena.
Tot nequeunt hominum, quot equûm, pecudumque boumque
Sublegere mihi natos nataſque ſuumque:
Flumina balatu agnorum, mea gramine læta,
Prata ſonant denſo mugitu tempe iuuencûm,
Ceruorumque nemus rauco clamore remugit,
Grunnituſque mei ſyluas ſcindebat agrorum.
Hæc mihi ſubduxere truces, ſi noſcis & audis.
Hæc oculis equidem pety ſiſtens ſuper vrbis — Vox poſitoris
Mænia, nec viſu claudebantur neque ritmo:
At quoniam cingi nequeunt pratis, nec ab agris,
Efficitur * boſtar Germani antiſtitis aula, — ſtabulum
Completur tauris, ſuculis, ſimiſque capellis:
Longa trahunt illic ſuſpiria, tumque dehiſcunt
Corpora, ſlant dulces ventos cruciante dolore.
Adueniunt ſtabulatores ea ferre coquinæ
Nitentes, cum iam maneant epulæ innumeratis
Vermibus, Eccleſia quorum fœtore repleta
Exportant, Sequanæ referunt non nempe coquinæ,
Eccleſiamque piant bouibus, nec cæditur vltra.
Legiſti prædas, etiam cognoſce trophæa. — Vox Nuſtria
Reſtituit oppida quinque capi ſuprema voluntas.
Carnoteno innumeros conflictus applicuerunt — Carnotum
Alloſili: verùm liquere cadauera mille
Hic quinquenta ſimul, rubet populante duello

Godefredus et Odo milites Odonis Comitis

*Vna dies, iſtum voluit ſic ludere ludum.*
*His ducibus Godefredo, nec non & Odone*
*Belligeri fuerant Vddonis conſulis ambo.*
*Idem Odo præterea oppoſuit ſe ſæpius illis*
*Et vicit iugiter victor: heu liquerat illum*
*Dextra manus bello quondam: cuius loca cinxit*
*Ferrea, pene vigore nihil infirmior ipſa.*

Cenomãni

*Nec ſatius quicquam ſortiti apud hi Cinnomannos:*
*Haud equidem reliquæ ceſſerunt ſuauius vrbes.*
*Iam quia Apollo rogat, calamus requiem mereatur.*

Terminatur primus: Orditur II. bellorum Pariſiacæ polis codicellus.

*SVrgito Muſa celer, lampas accendit Eoa*
*Climata, luciferã propera præuertere plantã.*

Ainricus Saxo.

*Saxonia vir Ainricus fortiſque potenſque*
*Venit in auxilium Gozlini præſulis vrbis,*
*At tribuit victus illi letumque cruentis*
*Heu paucis: auxit vitam noſtris, tulit amplam*
*His prædam. Sub nocte igitur quadã penetrauit*
*Caſtra Danûm, multos & equos illic ſibi cepit.*
*Agmen Ainrico cedente nimis Lanionum,*
*Efficitur celſus nimium clamor fremituſque:*
*Deſerit vnde quies noſtros & mænia vallant.*
*Immodicas voces flauere Dani morientes,*
*Immenſo reſonant ciues clangore pauentes*

*Vt ſolitum paterentur ab his ex more laborem.*
*Sic & Ainricus poſtremum caſtra reliquit,*
*Culpa tamen fugiente mora, defertur ad arcem*
*Pila miniſtrabant acidas referendo ſalutes*
*Ianua militibus reſeratur; cominus acre*
*Vrgetur bellum, clypei labuntur & enſes.*
*Vita meos adamat dextros oditque ſiniſtros*
*Infeſtos adamat mors, vita gubernat amicos:*
*Inde ſopor repetit ciues, miſeroſque ſugella.*
*Rege Sigemfedo, ſimul aſt Odone loquente*
*Protenus à ſpecula currentes agmine multo,*
*Ducere forte truces ſecum conantur Odonem*
*Qui primum feriendo falæ foſſata volatu*
*Tranſiliit propero clypeum geſtanſque cateiam.* Dardum
*More ſuo functus bello verſus ſtetit heros.*
*Exiliere viri domino ſuffragia dantes*
*Nobilibuſque ſtupent eius ſuper artibus omnes.*
*Conſpiciens Sigemfredus noſtros in agone*
*Eſſe feros, inquit ſociis: Hanc linquite ſedem*
*Hic non ſtare diu noſtrũ manet, hinc ſed abire.*
*Ergo ſuas vt Ainricus ſeceſſit ad aulas*
*Germani teretis contemnunt littora Sancti* S. Germanꝰ Antiſiodor. S. Germanus Pariſien.
*Equiuocique legunt, cuius factis bene veſcor*
*Circumeunt caſtris æquor, ſed & vndique vallo*
*Clauditur en dominuſq; meus quaſi carcere latro* Pratum S. Germani.
*Ipſe nihil peccans, murus circumdedit eius*
*Eccleſiam noſtro celſam cogente reatu.*

*Denique Rex dictus, denas capiens argenti*
*Sex libras nitidi à nobis cauſa redeundi*
*Normannis, ſe ſe cunctis comitantibus, optat*
*Mel dulcis fluuij limphis cõferre marinis,*
*Qualiter oſque freti, caudã Sequanæ rapit albã,*
*Aequoreũque caput pennis quatitur Sequaninis*
*Oſtentare, ſed his autem notentibus, infit.*
*Eia Dani muros vrbis luſtrate potentes*
*Pergama circumquaque viri veſtite valentes*
*Et ſcapulas arcu validiſque onerate ſagittis*
*Quiſq; ferat lapides, ſed et vndiq; tela miniſtret.*
*Hoc etiam bellum conabor & ipſe videre.*
*Quo ſermone quieſcenti, ſurgunt ſimul omnes,*
*Inque ſulas penetrant vrbis ſedes quibus extat.*
*Mænia circumeunt trucibus gladiis onerati*
*Digreßique foras noſtri circumdare turres.*
*Occidunt Reges geminos, pluresque aliorum*
valde amani. *Fallaceſque fugam diamãt, verique triumphum.*
*Amnis in auxilium nobis Sequanæ fuit altus*
*Quos ſorbens penitus merſit tranſmiſit Auerno.*
*Sigemfredus ouans, ridens morientibus, inquit:*
*Nunc vallate viri pinnas, vrbem cupitote,*
*Menſurate metris ædes quas hîc habitetis.*
*Inde ſuis, Abeamus, ait: tempus venit, ecce,*
*Quo gratum fuerit nobis iſtinc abiiſſe.*
*Mox hilaris Sequanã liquit pro munere ſumpto.*
*Sic alij facerent eadem ſi tunc meruiſſent:*
*Quis ſentire poteſt patula quod ſubditur aure?*

Terra gemat, pontuſque, polum, latus quoque mundus.
Gozlinus Domini præſul mitiſſimus heros
Aſtra petit, Domino migrãs rutilans velut ipſa,
Noſtra manens turris, clypeus, nec non bis-acuta
Rumphea, fortis & arcus erat, fortiſque ſagitta.
Heu cũctis oculos fontes terebrãt lachrymarum
Atque pauore dolor contritis viſcera ſcindit
Tempeſtate ſub hac Hugo princeps obit Abba
Eurardo Senones viduantur præſule docto.
Gaudia tunc hoſtes adipiſcuntur ſua læti;
Qui vigiles madidæ per opaca ſilentia noctis
Germanum nitida clarum vidiſſe figura
Se perhibent, metaſque ſui luſtraſſe locelli,
Lumine geſtantem rutilanti ſæpe laternam.
Quo Sancti redolent artus forſan tumulati.
Inſtabant eius feſtæ ſolemnia lucis
Obiurgantur & hi caſtellanis, quia ſacra
Non celebrãt, alto inde ruunt cũ mẽte cachinno.
Mergitibus plauſtrũ per rura mouent grauidatũ,
Cuſpide terga boum verſo nimium ſtimulantes.
Protinus his propriæ claudis ſine crimine cauſæ.
Connectunt alios pluresque de hinc alioſque
Certabant* elegi ſcapulis cornuque iuuenci.
Iamque lauaut proprias rubeo de ſãguine coſtas,
Nonque valent axem terris diſiungere fixum,
Attonitique ſtupent, domni miracula noſtri.
Soluuntur tauri ſtimuluſque ferox requieuit.

Gozlini Epiſcopi Paris. mors

Mors Hugonis Abbatis

Mors Eurardi Senonen. Archiepiſcopi, qui Odoranno Euuardus dicitur.

Garbis

*miſeth

*Lux ſegetis recidiua rotas ſpoliis vacuauit*
idodum *Atque ſuis * dodum reuocauit motibus axem.*
*Effugiens horum quidam iuſſus iugulari*
*Tēpla ſubintroiit ſancti, tenuit quoque buſtum:*
*Pellitur inde miſer profuga pietate necandus.*
*Væ miſeris multant elegum, multantur & ipſi*
*Quod munus dederant ſocio ſimili pietate*
*Germani meritis natum cuncti meruerunt*
*Cœlitus afflicti nimium pro talibus auſis.*
c *Vnde ſacerdotes ſtatuere locum venerantes*
*Qui miſſas curſuſque ſacros illic celebraſſent.*
*Tunc omnes cuiquam prohibent hinc tollere quicquam.*
*Quod violans vnus proprio deferre cubili*
*Eccleſiæ tegmen ſtuduit; ſub quo manifeſtè*
*Effigies eius repetita fuit puerilem*
*Scilicet euentu nulli ſimilante minuta,*
*Nota quibus fuerat pridem, nec noſcitur vllo*
*Oppido, miror vbi venæ neruique laterent,*
*Oſſaque fugerunt pariter fugiente medulla*
*Viſcera ſpeluncæ tenuis foueam petiere.*
*Maior habebatur magnis mirabile factum*
*Is qui nuncque minor pueris moriens patet eſſe*
*Vitaque cū gemitu fugit indignata ſub vmbras.*
*Viſus adeſt cuidam Domini ſanctiſſimus idem*
*Pectore carpenti requiem per nubila noctis*
*Marcelli ſancti precibus, nec non Clodoaldi*
*Accipiēs liquidam manibus benedicere lymphā.*

*Vnde rigans vrbem graditur per mœnia circum.*
*Huicque viro propriũ prõpſit nomẽ, ſed et vrbi*
*Spem ſpondens, faciem liquit ſe conſpicientem.*
*Nobilis hac et in vrbe fuit vir carne liqueſcẽs,*
*Deficiens etiam ſtatas metuebat obire*
*Caſtellumque capi Normannis, tempore in ipſo*
*Attulit huic ciues ſomnus ſe linquere velle,*
*Vrbs armis quoniam cunctis deſerta manebat.*
*Clericus inde venuſtatis miræ aſtitit illi*
*Ore loquens placido, rutilans vultuque ſereno:*
*Quid metuis? ſurgens tremulos depone timores,*
*Oblitaque fuga quamplures cerne paratos*
*Ad bellum. ſurgens alacer, muros videt omnes*
*Vallatos cuneis iuuenum galeis oneratum,*
*Voxque tonat, tutoribus his defenditur hæc vrbs*
*Aſt ego ſum Germanus, ait, huius quoque præſul.*
*Confortare, nihil formidabis, quoniam nunc*
*Faucibus haud ſceleratorũ graſſabitur hæc vrbs.*
*Affatur ſanctus, redamatque virum caro ſtatus;*
*Affatur fœlix, fugitque virum mala peſtis,*
*Alloquitur ſanctus lecto ſurrexit egrotus;*
*Almis flaminibus ſoſpes procedit egrotus;*
*Explicuit viſa noctis quod viderat ipſe.*
*Luce de hinc quadam, dum geſtabatur & almi*
*Militibus propriis corpus per mœnia circum,*
*Vrbanis ſeptum ſectantibus omnipotentem*
*Pro rogitando Deum votis ſub voce canora,*
*Ceditur allofilo de portatoribus vnus*

*Nomine Gozbertus calclo: percuſſor in vmbras*
*Tartareas fugit moriens, icto patiente*
*Nil ſuper hoc lapidis iactu, Sancto auxiliante.*
*Interea cædis validæ corrupta procellis*
*Vrbs patitur gladium exterius lethi quoq; peſtis*
*Eheu nobilium plebes penitus laniabat,*
*Interius nec erat nobis tellus obeuntum*
*Quæ præbere ſepulturam membris potuiſſet*
*Comminus, vlla dies nec erat quæ non generaſſet*
*Vrbanos interque ſuburbanos truculentos*
*Bella, nec vlla abiit prope quæ non interfectos*
*Peſtiferos ſecum duxiſſet ad antra gehennæ.*
*Rex igitur venturus Odo tranſmittitur inde*
*Francorum Karolo ſupraſato baſileo,*
*Quatenus auxilio celeri ſuccurreret vrbi.*
*Poſt nullus procerum remanet niſi Martius* Abba
*Sæpe ſupra cuius memoratio ſcripta relucet.*
*Ipſe equites ex more Danum veſtire coegit*
*Sex ſolos redeunte die quadam, ſuper arua*
*Tranſque volant illi Sequanam campoſque per-*
*agrant*
*Ex variis plenos armis ſæuoque ſopore*
*Normānoſque necant totide fuerant quot et ipſi,*
*Naſcitur hinc ſtrepitus caſtris: horum reſonante*
*Voce truces carpunt clypeos noſtrique carinam.*
*Noſtra Dionyſii tondebant littora Sancti*
*Pecora, quæ duxere ſibi crebro ſpeculata:*
*Verùm illis Ebolus iugiter fuit obuius* Abba,

*Qui quorum comitem quadam ſtrauit vice telo,*
*Vnde Dani linquūt ripam referuntque cadauer.*
*Mox Ebolus ſenos equites dimiſit ab arce.*
*Quattuor hi ternoſque necant certamine diro.*
*Nocte quidē ciues crebrius pecorum ſub opaca*
*Cuſtodes adeunt, quoſdamque fugant, alioſque*
*Attribuunt iugulis, hoc egeruntque frequenter*
*Indicioque tulere Danos vrbi ſine flatu,*
*Atque ſimul viuos vt ſic credi potuiſſent.*
*Inque ſulam penetrāt ſolito quadam vice ritu*
*Mœnia quæ reſident vrbis ſæui trecenti:*
*Protinus enſe quiûm bino ſtrauere nouenos,*
*Vulnera depoſuere quibus triginta, nec extat*
*Poſſe datum quarti lumen ſpectare diei.*
*Congreſſi noſtrûm gemini, qui morte fruentes*
*Egregia ſanctos vexere pedes ſuper aſtra.*
*Nam ſenior Segebertus erat, iunior Segeuertus.*
*Forte deinde tribus cuneis cinctus galearum*
*Armipotens montis ſuper Odo cacumina Martis* Montismartis
*Enituit, cuius clypeos nouus inradiauit*
*Sol croceo Oceani thalamo vaſtipede ſpreto.*
*Hunc prius Elios adamans quam rura ſalutat:*
*Quem viſu capiunt ciues, & amore ſub alto.*
*Aſt hoſtes prohibere fores turris cupientes*
*Tranſiliunt Sequanā, vallantes littora circum.*
*Reddidit Oddo tamen caſtellanis equitando*
*Se medios inter ſæuos, Ebolo reſerante*
*Hinc portas, cunctique ſtupent hoc nobile factū.*

*Hinc eius ſocios retro ſtatim redeuntes*
*Ferreus inſequitur hoſtis poſt terga meando:*
*Plus geminis etiam leugis inter ſuit illis*
*Dictus Adalælmus ſuperis pridem comes idem*
*Dia, ſuis inquit, ſatius pergamus in illos*
*Quã nos hîc illi inueniãt. Adalælmus hæc inquit.*
*Peſtiferi petiere fugam, noſtrique trophæum.*
*Scuta tonãt, dardique volãt, & corpora Danum*
*Cõſulis arua tegunt, gladio regnante Adalælmi.*
*Non dimiſit eos donec repedare coegit*
*Ad fluuiũ, poſt hac & ouãs victorque reuerſus.*

*Ainrici Saxonis mors*

*En & Ainricus ſuperis crebro vocitatus*
*Obſidione volens illos vallare, necatur,*
*Inque ſuos nitens Sequanam tranſire, Danorum*

*Sirinc Rex Danorum ſubmerſus cũ L. ſuorum.*

*Rex Sinric, geminis ratibus ſpretis, penetrauit*
*Cum ſociis ternam quinquagenis, patiturque*
*Naufragium; medio fluuij fundum petiturus*
*Quo fixit comiteſque ſimul tentoria morti.*
*Hic ſua caſtra prius Sequanæ contingere fundum*
*Quo ſurgens oritur, dixit, quam linquere regnum*
*Francorum, fecit Domino tribuente quod inquit.*
*Denique cum medius Titane incenditur Orbis*
*Cũque ſitit tellus, pecorique libet magis vmbra,*
*Sibilat & gratus ſyluas zephyrus peramænas,*
*Pergama letiferis ſtipantur ab hoſtibus vrbis*
*Quæ paſſim patiebantur certamen, & vnum*
*Bellabant muri, ſpeculæ, pontes quoque cuncti;*
*Pugnabat pelagus contra tellus magis ampla.*

*Claſsica valde tonant, menſis diſcedere ciues*
*Eia, clamant litui, conuiuia temnite cuncti.*
*Vrbs terrore ſimul ciues, inuaditur omnis*
*Nullus in vrbe locus fuerat qui bella lateret*
*Pila ſalas, laceræque tegunt nimium catapultæ*
*Arua velut pluuiæ, plumbi nec non oneroſi*
*Poma dabant peltis gemitus & grandia ſaxa*
*Hæc nobis illi tribuebant præmia ſemper.*
*At contra lapides rapidos pariterque baliſtas*
*Direxere feris noſtri, celereſque ſagittas.*
*His aer ferìtur hinc inde volantibus amplum.*
*Non inter cælos aliud tranabat & arua.*
*Mars magis atq; magis regnat tumiduſq; ſuperbit*
*Virgo Dei Genoueſa caput defertur ad vrbis* S. Genoueſæ corpus
*Quo ſtatim meritis eius noſtri ſuperarunt.*
*Inde fugauerunt etiam pinnis procul illos.*
*Robore qui multus fuerat, ſed corpore paruus*
*Geſſerit hoc miles quinis comitatus ab armis*
*Gerboldus, nuſquam cuius petiit catapultæ*
*Sanguinei roſtrum ſiccam ſine fluminis vnda.*
*Partibus ex aliis longè ſurgunt acriora*
*Prælia, plangores clypeique cient galeæque*
*Stridores. noſtri bellant, ſed fortius illi.*
*Defecere fatigati bello quoque dextri.*
*Proh dolor, alta nimis flentes lamenta trahebãt:*
*Cana ſenecta gemit multum, florenſque iuuenta:*
*Plorabãt monachi, lachrymatur clericus omnis,*
*Aera voce tonant, luctus ſed & æthra faceſsit.*

*Hi treſtes animos vrbem metuendo reuelant*
*Hoſte capi, cœlo læti torquere cachinnos*
*Mœnia vociſonus rentes lucrare ſeueri.*
*Fœmineuſque iubas ſexus lugens lacerando*
*Verrebat terras proprio de crine ſoluto:*
*E heu!nuda ſuis quatiebant pectora pugnis*
*Vnque gulis facies ſecuerunt triſtia & ora.*
*Voce rogant lachrymoſa omnes, Germane beate,*
*Auxiliare tuis, alioquin nunc moriemur,*
*O pie, nunc ſuccurre citus, ſuccurre, perimus.*
*Germanum reboat tellus, nec non fluuiuſque,*
*Littora, & omne nemus pariter circũ reſonabat,*
*O Germane ſacer nobis miſerere, rogamus.*
Signa. *Templorum campana boant mœrentia clamant:*
*Vocibus his et humus tremuit fluměque remugit.*
*Vrbs extrema verens inſtantis carpere lucis*
*Omnia lamentis lachrymans ſpargebat amaris.*
*Omnibus en Germanus adeſt recoledus in orbe*
*Corpore ſubſidioque ſimul, nil vota moratus,*
*Quo maiora tenebantur certamina Martis,*
*Signiferoſque Danum lucrari à morte coegit.*
*Atque de hinc alios per plures protenus vrbe,*
*Ponte ſimul pellens illos, quem maxima turris*
*Ante ſuos domnum ſpeculans congaudet ocellos*
*Vnde fatigati vires reuocant ſibi fortes*
*Atque reſiſtere decertant bellando proteruis,*
*Qui turrim repetunt, pontem vel mœnia linquũt.*
*Mille ſimul ſpeculæ ſtabant, omnes quia pugnæ*

*Multa non vna poterant numero prohibente.*
*Dilabuntur humi vario traiecta mucrone*
*Viſcera, quo pluuiæ cælo ratibuſque feruntur.*
*Iam capiente iubar migrãs ſub marmora Tetis*
*Oceano, foribus turris ſubmittitur altus*
*Valde focus: flammæ præcelſa cacumina turris*
*Cingebant, armis pugnant igniqué ſiniſtri.*
*Linquitur arx dextris, valuaſque iubent aperire*
*Optantes prorſus pretioſam ſcandere mortem,*
*Plus, quam fallacum fidei committere ſemet.*
*Nemo ſtetit ſupra ſpeculam ſolus niſi ſæpe*
*Iam ſancti famulus dicti, lignum crucis almæ*
*In flammas retinens, oculis hæc vidit, & inquit*
*Denſus enim fumus nimium velauerat illam.*
*Tum portis igitur reſeratis, aridus enſe*
*Portu ni madido moritur VVlcanus inermis,*
*Subtilemque fugam petiere cadauera torui*
*Multa reportantes ſecum, Mauorſque quieuit.*
*Hæc virtute crucis ſanctæ victoria noſtris*
*Ceditur, & meritis Germani antiſtitis almi,*
*Quem reuehunt ad baſilicã Stephani quoq; teſtis*
*Gaudentes populi præcelſa voce boantes,*
*Voce Deum te laudamus Dominumque fatemur.*
*Vrbis erat præſul clarus, tutamen & vrbis*
*Mæſtitiam alterutrim nactæ ſic lætitiamque.*
*Funditus his animo verſus tanquam mare Coro,* Karolus Rex
*Cernere, Francigenis inquit, properate, ſub vrbẽ*
*Sexcentis ſtatum noſtris ſuggeſtibus aptum.*

*Talia me coram fures? Iuſsis opus addunt.*
Frãci DC. *Dum tamen hos trames reuehit primatis ad aulã*
*Sectantur, glomerant cuneos poſt terga nefandi*
*Committunt, ſuperãt, cedunt, fugiunt, moriũtur.*
*Templa fugax cœtus penetrat confinia nurus*
*Victorum, gemini quandam (mirabile narro)*
Franci gemini Theodericus & Aledrãnus audaciſsimi *Eccleſiam irrũpunt, ſarſam de morte relinquũt.*
*Poſt & equos ſaltu repetũt paribuſque cohærẽt.*
*Sic ternis Sequanã Martiſque cacumina, ſtratis*
*Sexcenti copulant ex milibus hinc remeantque.*
*Namque triũphantes fratrũ prompſit geminorũ.*
*Fama fuiſſe Theoderici procerũ aſt Aledramni.*
*En princeps de quo canitur, circundatus armis*
Rex Carolus *Omnigenis cœlum veluti ſplendoribus aſtreis*
*Induperator adeſt Carolus comitatus opimo*
*Diuerſi populo labij tentoria figens*
Mõtmartre *Sub Martis pedibus mõtis ſpeculamque ſecundũ;*
*Redditur Eccleſiæque diu paſtor viduatæ*
Anſchericus Epiſc. Pariſ. *Nobilis egregiuſque ſacræ pompatus honore*
*Totius Anſchericus virtutis germine clarus.*
*Annuiturque feris licitum Senones adeundi*
*Septies argenti libris cauſa redeundi*
DCC. argẽti libræ Normãnis datæ *Martis menſe datis centum ſua ad impia regna.*
*Tunc glaciabantur torpentis ſæcla Nouembris.*
*Sic Karolus rediit moriturus fine propinquo.*
*Nomina tunc enſem quorum perpeſſa fuiſti*
alũni nobilis Neuſtriæ *Nec vocitare prius, pigra ô Burgundia bello,*
*Nuſtria præcluibus thalamum niſi comeret altis*

*Iam tibi conſilio facilis, verùm modò iam ſcis.*
*Inde reuertentes prato ſua caſtra reponunt* Pratum S. Germani
*Iam dicto, templum Sancti velut ante colentes.*
*Quattuor hic dominuſque mei Germanus in vsū*
*Contractos nimium membris priſcum reuocauit;*
*Motibus atque ſuis admouerat organa fibris*
*Subducto genibus dudum pedibuſque parato*
*Iure ſuo, extinctiſque funeſtris vnius orbi*
*Reſtituit radios Solis ſpectare micantes.*
*Beſſino huc adiens inter ſæuos comitatu*
*Læſa nihil quoddam meritis ſed tuta beati*
*Fœmina poſt quædā meruit lumen quoque cœca.*
*Cuius adaccubitat puteus veſtigia, cuius* Puteus capellæ ſancti Germani.
*Qui potabit aquas, extemplò febre laborans*
*Auxilio Sancti fidens capiet medicinam.*
*His panem cupiens quædam componere, iuſſit*
*Vt ſibi * ſcotta Danûm deferri, namque ſacerdos*
*Templa tuēs puteū vendebat egris pretio amplo.*
*Depoſitus flammæ panis, mox ipſe figuram*
*Sanguinis accepit rubeam. Poſt altera fortè*
*Scitur vi conans latices, hauſiſſe cruorem.*
*Quis tanti peragrare poteſt miracula Sancti?*
*Ora mihi ſi mille aderant, totidem quoque linguæ*
*Vocibus explentes aer cœlumque boatu,*
*Geſta mei narrare patris numerumve nequiſſē.*
*Hic Germanus, hic eſt, qui paſſus adhuc renitere*
*Haud mūdo cunctis nimiūque ſtupenda peregit.*

*Fundere ſigna prius didicit genetricis in aluo,*
*Anteque virturem celſam, quàm cernere lucem,*
*Talia quis, lector, Sanctorum geſſerit vnquam?*
*Cedo, ſacer forſan, ſodes, Baptiſta Iohannes.*
*Ergo meus ſimilis Germanus huic habeatur.*
*Iſte cadaueribus ternis vitam reuocauit*
*Reſtituens lapſis proprias ſedes animabus.*
Vox vrbis *Vrbs, age, Pariſius, ſub queis defenſa fuiſti*
*Principibus? Me quis poterat defendere primas*
*Hic niſi Germanus virtus et amor meus omnis?*
*Poſt Regem regum ſanctamque eius genitricem,*
*Rex meus ipſe fuit, paſtorque, comes quoque fortis,*
*Hic enſis biſacutus adeſt meus, hic catapulta,*
*Is clypeuſque, patens murus, velox ſed & arcus.*
*His quia ſat ſyluæ reſonant, philomela quieſcat:*
*Plectra reuoluamus vocis poſt terga ſtuporum*
*Fœdere quo fragili fuerant infecta loquamur*
*Agmina Normannûm Francis è finibus, antra*
*Ad ſua nolentum deſcendere, ſed Sequanina*
*Immo fluenta cupiſcentum tua rurſus adire,*
*Quæ argentum ſibimet retinendo noualia monſtrent,*
*O Burgundia, non: ſimulata cupido latebat.*
*Quod ſequitur cordi aſſuerat, ſed hoc tamen ori.*
*Concipiunt igitur Thetis nitendo quadrigas*
*Munere clam gratum pontes tranſcendere iuſto.*
*Ilicet Anſcherici defertur Epiſcopi ad eſcas*

*Aſt Ebali, ferclis inerant Titane ſecante*
*Luciſluam cernente poli gnomone figuram*
*Multiplici remo contundere pocula lymphæ,*
*Scandere gentiles vndas conclamat Eoas*
*Pariſius. Surgit ſecurus vterque ciborum,*
*Amaciunt, ripaſque legunt, pinnaſque faceſſũt.*
*Hic Ebalus raptat chordam vibratque ſagittam*
*Quam nauclerus in aſcellam per nauis hiatum*
*Preuius accepit, modicum terebroque foratum.*
*Sic auriga necis caſus pelagique faſelus.*
*Quin patitur, reſtant igitur cædũtque ſub arcem*
*Acephali, quoniam Chriſtum perdunt, caput ipſum.*
*At verò veniam depoſcunt, obſidibuſque*
*Iuſiuranda parant, aliud non tangere littus*
*Ni Sequanæ greſſumque referre citò, velut ante.*
*Nam nobis dederant tranquillum Matrona flumen*
*Quicquid alit, ſolito ſecurum quod vocitamus.* Securitas
*Hoc noſtris violare Danos ingens erat horror*
*Vnde forum fœdus pariter commune fiebat,*
*Vna domus, panis, potus, ſedes, via, lectus.*
*Commixtũ ſibimet populũ mirantur vtrumque.*
*Quod pactum Senones primum ſtatuere migrãdo*
*Hactenus & ſeruauerunt, quoad vſque ſecundo*
*Mœnibus inuitis ſuperos latices adipiſci*
*Has meruere, dato. barcas per flumina raptant*
*Eheu catholicos ſecum per littora vitæ* Normanni fœdifragi

*Biſdenos ſiquidem aut necibus loriſve plicarūt.*
*Mox adhibent propriis vitam ſine mandere caſtris*
*Vallatam geminis mortem ſine tegmine prunas*
*Quæ noſtri precibus ſperarunt tuta tenere.*
*Securum frangunt, Senones temnunt, Matronamque*
*Aequoreo curru ſulcant. Mandatur & vrbi:*
*Guttura millenis crepitāt planctu quoque bōbis.*
*Pax communis abit, fœdus peſſumdatur omne.*
*Continuo cuncti toruos diſquirere ciues*
*Vrbe, foro, currunt aliqui ſi forte paterent.*
Normanni DC Luteciæ occiſi *Euax! inueniunt quinquen, plagiſque trucidant*
*His micuit præſtans Ebolus Mauortius Abba*
*Ni cupidus, nimium laſciuus & omnibus aptus.*
*Nam pulchrè nituit ſtudiis, quæ gramma miniſtrat.*
*Fœderis antiſtes cauſa permiſit abire*
*Anſchericus tentos, potius occidere debens.*
*Inde feri Meldis feriunt, vrbem quoque vallāt.*
Mors Karoli Auſtraſii *Interea Karolus regno, vita quoque nudus,*
*Viſcera Opis Diuæ complectitur abdita triſtis:*
*Lætus Odo Regis nomen, regni quoque numen,*
Odo Nuſtricus rex *Francorum populo gratante fauenteque multo,*
*Ilicet, atque manus ſceptrū diademaque vertex.*
*Francia lætatur quamuis is Nuſtricus eſſet.*
*Nam nullum ſimilem ſibimet genitum reperire.*
*Nec quia Dux illi Burgundia defuit, eius*

Nuſtria

*Nuſtria ad inſignis nati concurrit honorem.*
*Sic vno ternum congaudet ouamine regnum.*
*Præterea aſtutos petiit præceps Aquitanos,*
*Mox ſibi ſubiectis, Francorum regna reuiſit,*
*Mœnia Meldis adhuc Danis ſtipantibus vrbis,*
*Cui præſul reſidens fuerat in ea Segemundus,*
*Præſulis Anſcherici Tetbertus belliger heros*
*Germanus conſul; minimè Delius neque Phœbe*
*Apportabat ei ſpatium, iuge ſed ſibi bellum*
*Vndique conſtat, eiſque tamen per multa reſiſtit.*
*Perdidit innumeros, quotiens ex agmine ſæuo*
*Exiliens citra muros peſſumdare tetros.*
*Flamina quot tulerat telis, orare nequibo.*
*Proh dolor, armipotens inter mortalia deſit,*
*Arma ruens, nunquam ſibi principe ſubueniēte.*
*Exitiumque polis poſt hac cum præſule capto*
*Paſſa luit. Regi hinc fœlix micat omen Odoni.*

[*Regni partes Neuſtria ſiue Francia, Burgũdia, Aquitania.* — *Segemundus* Melden. *Epiſcopus.* — *Tetbertus* Comes *Meldorum frater Anſcherici Paris. Epiſc.* — *Meldæ captæ ſtronia,*]

*Denique Lutetiæ reuolant ad culmina tutæ.*
*Conuocat huc omnes proprios per regna morantes.*
*En, ſine iam numero, numerum præſtans Odo nectit.*
*Francigeni approperant alta cum fronte ſuperbi.*
*Calliditate venis acieque Aquitania linguæ,*
*Conſilioque fugæ Burgundiones adiere dıones:*
*Seſſio fit non longa ſatis fruſtrata triumpho.*
*Neſcio quæ ſocios luſit Danoſque cecidit*

[*Aquitani* B*urgundiones.*]

*Non paucos, modico quamuis, vt fama, popello,*
*Quo ventus veniens Ademarus nomine dictus,*
*Scldemaruſque dehinc binos iugulis dedit, iſq;*
*Deditus eſt idem primus primum duit vmbris.*
*Lutetiæ torruum poſtquam primo patuere,*
*Principium gladij tenuit finemque recepit.*
*Hoc ſuper infidos, illum corpus ſuper eius.*
*Rotberti fuerat pugnax comitis Scldemarus*
*Diſpulerat galeas terror propriumque ſub vrbem*
*Lunatas ſtadiis libitum peltas trecentis.*
*Præterea quadringentis à mille remotis*
Anſcheric⁹ Epiſcopus ſexcentos Normannos proſternit. *Acephalos proſtrauit humi peditum comitatus*
*Agmine tercentum paſtor, certamine acerbo,*
*Nobilis Anſchericus pollens ex virginis ore.*
*Sic alacres ſpolium reuehunt ad mœnia multum*
*Vrbani, præſtante* DEO *qui regnat ab alto.*
*Expediamus ab hinc dignos Odone triūphos,*
Victoria Odonis XXIIII. Iun. *Falconem vocitant equitum quo milia vicit*
*Dena nouemque dehinc montem peditumque profana.*
*Hoc illi vicibus peperit natale trophæum*
*Lux præcurſoris Domini catecaſta Iohannis.*
*Quippe latus vtrimque viris comptus clypeatis*
*Mille legebat iter, quando, tyronis ab ore*
*Venantis canibus lepores nemoroſa per arua,*
*Panditur aduentare equites per milia ſæuos.*
*Is ſcutumque ſimul recipit colloque pependit,*
*Armaque cum ſociis ſtringit, penetrans inopina*

*Prælia; ſolamen cæleſte petit, rapit atque*
*Viſcera, deponunt alij clypeos, animaſque:*
*Terga parant reliqui regalibus in quibus armis*
*Ex pueris libuit ternis requieſcere Odonis,*
*Tunc dixit propriis; Iſtos fortaſſe ſequuntur;*
*Aſt alij idcirco pariter ſtatum glomerate:*
*Si fuerit verbum ſuper hoc, ne differat vllus*
*Adiecit, ſubeam tumulum ſpecularier ipſe.*
*Si vos perculerit clangor, nullum mora vincat.*
*Cornu ſuum poſcens, ſcopulum ſcandens, videt, ecce,* Cornu Odonis
*Armiſonos lento pedites incedere greſſu.*
*Tunc tuba cuius ab ore boans mox omnia late*
*Excitat, amfractuſque per aſtra per arua volabant,*
*Omnibus atque modis, ſolido fractoque ciebat.*
*Omne nemus reſponſa dabat voci famulando.*
*It tuba cum celeri bombo per cuncta elementa.*
*Nil mirum quoniam regale caput tonat, inquã.*
*Ergo ſui infrænãt currus, ſaltu quoque ſcandũt,*
*Allofilum in medium migrant, vnuſq;, ſecuris*
*Vibratu, pepulit vnum de vertice Regis*
*In humeros lapſum: Domini verum quia Chriſtũ*
*Tundere præſumpſit, ventum de pectore iecit.*
*Hoſpite continuo iaculator principis enſe.*
*Pugna adolet, ponunt animas cũ ſanguine gurdi,* XVIIII. milia Normãnorum cæſa ab Odone.
*Infames traxere fugam, primaſque trophæum*
*Milia tot Phœbo ſtrauit ſpectante ſub vno,*

Perpete tum gladio, donec à finibus illos
Francorum ſequitur, prohibet, verùm nihil illud
Ad ſuimet requiem iuuit: quia mox Aquitanos
Linquere ſe numenque ſui poſtponere nouit.

Aquitani rebellant contra Odonem.

Appetit ergo furens illos vaſtans populanſque
Arua modo et vulgus; quamuis concludere niſus
Vrbes aduerſus, minimum tamen aucta facultas
Forte ſed inſurrexit eis ſpreto ætheris arce
Sole ſub vndiuaga poſito teſtudine ponti
Conſul Ademarus Regi copulatus eidem
Progenie cuius memini. Proſerpina dudum
Huic ceſſit, cuneos dum profligauit Odonis.
Vmbra fugat ſtellas, Ademarus ab agmine vitas.
Dormit Odo, conſanguineus ſua proterit arma.
Aſtra micant, primas vigilat, ſed & auolat ipſa
Regia, mox conſanguinitas de ſanguine læta.
Talia cur ſiquidem recinam cum geſſerit olim
Nam libuit Regi dare propugnacula fratri
Rotberto Pictauis, Ademaro tamen haud ſic.
Nempe ſibi cepit plus ſe quia diligit illo.
Inde Limouicas adiens, Aruernicaque arua,
Præualidas VVillelmi acies ſecum videt hoſtis,
Ni congreſſuras fluuius medio prohiberet.
Perdidit ergo ſuos illic VVillelmus honores
Hugoni regnante datos, qui Bituricenſis
Princeps extiterat conſul, quare fuit actum:
Hos inter geminos comites immane duellum:
Mille ſuper centum defleuerat inclitus archos

Ademarus Comes Odonis milites profligat.

Ademarus Pictauos Rotberto Comiti ab Odone rege donatos occupat.

Vuillelmus Aruernorum Comes.

Honores VVillelmi Hugoni Comiti Bituricēſi ab Odone rege conceſſi.

Claromontinſis VVillelmus Hugone necatos:
Iſte minus numero ſecum maiore remotum.
Hic Hugo dũ tandẽ capitur mucrone VVillelmi,
Supplicat vt pietas eius ſuccurreret illi.
Olli tam ſero per verba meaſſe reſpondit,
Ocius & dicto trans pectora lancea tranſit.
Hugonis intererant cuneis Rotgarius atque
Valde viri Stefanus fortes, per plura VVillelmi
Letha ſuis dantes, alter comes Vgoniuſque
Ipſe nepos, alter miles Stephanus nimis audax
Proh dolor! Hugo necem fleſti, VVillelme tro-
phæum.

Bellum inter VVillelmum & Hugonẽ in quo VVillelmus mille & centũ amiſit Hugo centum cum ſeipſo.

Nuncius interea regalem concutit aurem
Gallia quòd mentita ſibi ſit, portat in ore,
Gnati preſſa iugo Karoli collum Lodouici
Qui vocitatus vt à cælo, prænomine Balbus.
Inde mouens callem Germanica quis ſibi regna
Nauiter acciperet, temere diſquirere vadit.
Clarus Odo caſtella petit, vincitque duelles,
Hince fugat Karolũ facie, cunctoſque ſequaces,
Delius vt pellit tenebras, vt Lucina athomos.
Admittit humiles dudum ceruice ſuperbos.
Sermo quis effari poterit, quotiens fuga celſi
Arnulphi Induperatoris genitum tulit enſe
Odonis Cendebaldum poſt terga tonante
Subſidium Caroli, virtus, ſpes hic in Odonem
Cuius ad obtutus audacia non tamen vnquam
Applicuit. Verum nihil id requiei fuit illi.

Karolus Ludouici Balbi filius.

Odo Karolum præſentia ſua fugat.

Cendebaldus Arnulfi Imperatoris filius ab Odone fugatus.

*En iterum miſero gemitu loquor affore ſæuos*
*Allofilos, terram vaſtant populoſque trucidāt,*
*Circumeunt vrbes pedibus regnantis & ædes.*
*Ruricolas prendunt, nexant, & trans mare mittunt.*
*Rex audit nec curat Odo, per verba reſpondit,*
*O quam reſponſi facinus non ore dediſti*
*Tale tuo! Dæmon certè proprium tibi fauit,*
*Nō tua mēs procurat oues Chriſto tibi miſſas:*
*Longius ille tuum forſan nec curet honorem.*
*Hæc vbi fata receperunt probitate neglecti,*
*Exultant hilares, barcas agitantque per omnes*
*Gallia queis amnes fruitur, terram pelaguſque*
*In ditione tenent, totum tutore ferente.*
*Francia cur latitas? vires narra, peto, priſcas,*
*Te maiora triumphaſti quibus, atque iugaſti*
*Regna tibi, propter vitium triplexque piaclum.*
*Quippe ſuperciliū, Veneris quoque fœda venuſtas*
*Ac veſtis pretioſæ elatio te tibi tollunt.*
*Aphrodite adeo ſaltem quo arcere parentes*
*Haud valeas lecto, monachas domino neque ſacras:*
*Vel quid naturam, ſiquidem tibi ſat mulieres*
*Deſpicis, occurrant? Agitamus faſque nefaſque,*
*Aurea ſublimem mordet tibi fibula veſtem,*
*Efficis & calidam tyria carnem pretioſa:*
*Non præter chlamydem auratam cupis induſiari*
*Tegmine, decuſſata tuos gemmis niſi zona*

*Nulla fouet lumbos, aurique pedes niſi virgæ,*
*Non habitus humilis, non te valet abdere veſtis:*
*Hæc facis, hæc aliæ faciunt gentes ita nullæ,*
*Hæc tria ni linquas, vires regnumque paternũ,*
*Omne ſcelus ſuper his Chriſti, cuius quoq; vates*
*Naſci teſtantur bibli: fuge Francia ab iſtis.*
*Pſallere non tædet, deſit tamen actus Odonis,*
*Nobilis is quanquam mulcet ſuperas adhuc oras.*
*Flagito quo poſitor poſſim per amœna polorum*
*Hoſte canas lector gratarier atria victo.*

Explicit ſecundus Pariſiacæ vrbis bellorum, præſuliſque Germani miraculorum Libellus.

## *RERVM MEMORABILIVM* INDEX, IN QVO A LITTERA *numero ſubiuncta priorem partem libri deſignat.*

AARON rex Perſarum Carolo Magno munera mittit 16, A.19, A
Abbo Floriacéſis abbas 428.450.431.416
Abbo Neuſtrigena 463
Abbo Sueſsionenſis Epiſcopus 168.a.199.a
Abdagis regis comitatus 115.a
Abdella Sarracenus 12.a 46
Abdirama Sarracenorũ rex 2.a.36.a
Abio Saxo baptizatꝰ 32
Abodriti à Danis infeſtati 19.a. rebelles coërciti 205
Abodritorum dux Traſco 68. princeps VVitzan 8.a. vide *Obodriti.*
Abola fl. 8.a
Abotaueꝰ Sarracenꝰ 166
Abula Sarracenus Hiſpaniæ rex 23.a. qui & Abulat 213
Abumaruan Sarracenus 36.a
Adalbertus Bazſoenſis epiſcopus 235.a
Adalbertus comes 43.a
Adalbertus diſcordiarũ incentor interficitur 45.a
Adalbertus Heriberti comitis F. 246.a
Adalbertus Lõgobardorum rex 416
Adalelmus nepos ex ſorore Odonis comitis Pariſ. 456
Adalhardus Corbeiéſis abbas 20.a.69.215
Adalgarius presbyter vinculis Vngarorum liberatus 197.a
Adalgiſus legatus 8.a

Adalgiſus Deſiderij Lõgobardorum regis F. 6. a
Adalungus S. Vedaſti abbas 220.118
Adarna fl. 7. a
Adelbero Laudunenſis epiſcopus 276. a
Adelbero Mettenſis epiſcopus 231. a. 234. a
Adelbertus Metenſium comes 327.328
Adeldacus Hammaburgeñ epiſc. 234. a
Adelelmus comes occiſus 185.a
Adelelmus montis Lauduni epiſcopus 151. a. 180.a
Adelelmus Siluanectenſium præſul 196. a
Adelericus Vaſco proſcriptus 165
Adelomus Laudunenſis clericus 243.a
Adelmarus mortuus reuixit 192. a
Ademarus comes Genuæ 61
Ademarus Pictauienſis comes 419
Aderten 156
Adrebaldus Flauianicẽſis abbas 272. Eius calliditas 265
Adrianus Papa 6.a. 96. a 27
Ægbertus comes 69
Agapitus Papa 226. a. 233.a
Agates vrbs à Frãcis capitur 3.a
Agathon archiepiſc. legatus 117.a
Agenoldus abbas 257.a
Aginum 417
Agobertus Lugdunenſis archiepiſcopus depoſitus 259.267
Aimiricus abbas S. Martialis 425
Ainricus Burgundiæ dux 298.a. vide *Heinricus*
Ainricus Saxo 464.472
Ainalarabi Sarracenus 7.a
Aio comes Foroiulij 73
Aio Langobardus de Aquileia 23. a
Airardus Nouiomenſis epiſcopus 185. a
Aizo Gothus transfuga 36. a
Aizonis perfidia 227.228
Alamannia 18. a. 83
Alamãni 9.a. ſubacti 2.a.

rebellãtes comprimũtur 3.a
Alamannorum princeps Burchardus 174. a.
dux Theobaldus 3.a
Alarus fl. 22.a
S. Albani eccleſia Mogontiæ terræmotu cõcuſſa 68.a
Albechouua 377
Albericus patricius 226. a.260.a. 416
Albero Metenſis epiſcopus 179.a
Albigenſes tributo releuati 169
Albigenſibus Amio præfectus 162
Albus fl. 8.a
Alcedronẽſis regio 45.a
Alcuinus cognomento Albinus floret 10.a. 296.a
Aldefonſus Galliciæ & Aſturię rex 12.13.a.47.48. Eius legati ad Ludouicum Pium 169
Aldulfus, diaconus Saxo 66.67
Alea fl. 155.a
Alemo fl. 10.a
Alfõſus vide *Aldefonſus*
Alfurteſtetendis epiſcopus Bernardus 234.a
Aliſatia 39.a. vide *Eliſati*⁹
Alodes 179.a
Alodẽ manibus gurpierunt 24
Alpes Noricæ 29.a. 83. vide Noricæ.
Alſonis villa 297.a
Alſtanus rex Anglorum 194.a
Alta petra 376
Altfridus epiſcopus 67. a.90.a
Altus mons, ſeu Altmõs caſtrum 149.a. 214.a. 216.a. 224.a. 245.a. 247.a.248.a. 378. captum & direptũ 153.a
Aluennacum monaſterium 205.a
Amalharius Treuirenſis epiſcopus 25.a.77.106. idem Amallarius 193
Amau 156
Ambianenſe caſtrum captũ 245.a. Herluino datum 218.a
Ambianẽſis pagus a Normanis direptus 169.a
Ambianenſis vrbs Ludeuico regi redditur 217.a. obſeſſa 186.a. ſuccenſa 169.a

Ambianenſis turris obſeſſa 249.a
Ambianenſes epiſcopi, Deroldus medicus 179 a. Ieſſe 16.a. Otgarius 177. a. Ragembaldus 245.a. Tetbaldus 229.a
Ambienſis 155
Amblidum caſtrũ 216.a
Ambra fl. 31
Amoroz Cæſarauguſtæ præfectus 70.73
Anaſtaſius Imp. 1.a.7
Anatolus epiſcopus Egoliſmenſis 417
Andana 378
Andegaui 2.a
Andiacum palatium 168
Anduuerpia à Normánis incenſa 40.a
Angariæ perditæ 158.a
Angarij 20
Angilberti corpus indiſſolutum 372
Angli à Sarracenis lapidibus obruti 151.a.162
Anglorum claſſis 202.a
Angri 61.a
Anianæ monaſterium 184
Aniſa fl. 9.a. 42
Annonæ caritas 57.a
Annorũ ab origine mũdi computatio 11
Anſchericus Parieſinſis epiſcopus 476.482
Anſegiſus Senonẽſis archiepiſcopus 297.a
Anſegiſus Trecaſſinorũ epiſcopus 167.a.247.a
Anſellus Boſonis vaſſallus 180.a
Anſelmus Laudunenſis epiſc. proditor 295.a
Anshelmus Mediolanẽſis epiſcopus 116.106
Anternacum caſtellum 128.a
Antonium 378
Anulo Danus 75. Herialdi nepos 24.a
Anxilla inſula 367
Aquenſe concilium 69
Aquenſe diſtrictum 277
Aquenſe palatium, ſedes prima Franciæ 359. à Normannis direptum 141.a
Aquenſis epiſcopus Odolricus 231.a
de Aquis abbatia 376
Aquiſgrani cõuẽtus 29.a
Aquitania à Carolo Pippini F. recipitur 2. a. ſubiecta 6.a. à Nordmãnis vaſtata 157. a.

ab Vngaris infeſtatur 252.a. quo pacto ordinata ſit à Carolo Magno 162
Aquitaniæ duces, Eudo 1.a. Hunaldus 3.a. VVaifarius 4.a. VVillelmus 157.a
Aquitaniæ monaſteria 185. palatia 168.a. regnum Carolo Lud. Pij F. commiſſum 313
Aquitani ob regni adminiſtrationẽ diuiſi 276
Aquitanorum legati ad Ludeuicum regẽ 61.a. de Caroli tyrannide conquerentes 61. & 69.a
Aquitanorũ leuitas 277
Aragiſus Beneuentanorum dux 8. a. vide *Adalgiſus*
Aran epiſcopus 107.a
Arasfizo 97.a
Archambaldus imperij commentarienſis 186
Archeiæ 188.a
Ardantia fl. 10.a
Arduenna 377. 378
Arduicus Veſontionis archiepiſcopus 386
Areæ. 220.a
Aredius abbas 7
Arelatenſe concilium 25.a. 78
Arelatenſis dux Solcratus 50.a
Argentoratũ 114.a. nũc Strasburgus 47.a
Argiſus Beneuenti dux 32. vide *Aragiſus*
Arithmetici Roma euocati 35. 37
Arlon 378
Arna riuus 248 a
Arnoldus & Landricus fratres proditores 210.a
Arnolt Carolomanni F. 136. a
Arola fl. 29
Arnſeo lacus 31.a
Arnulfus comes 200. 201 a. 252.a. Normannos cædit 170. a. Monaſteriolũ capit 233.a. Syluanectenſe ſuburbium ſuccẽdit 247.a. VVillelmum Nordmannorum ducem interimit 213.a. interimitur 216.a
Arnulfi comitis dona 265, a
Arnulfi comitis munitiones obſeſſæ 228.a

Arnulfus imp. Romanorum 292.a
Arnulfus Lothariẽſis comes 276.a.287.a
Arnulfus Metenſis epiſcopus 8.89.304.a. Eius genealogia 90. 99. 303.a
S. Arnulfi baſilica Mettis 44.a
Arnulfus Odonis F. rex Francorum 420. 433
Arnulfus princeps 269.a 272.a
Arnus epiſcopus 107.a
Arſenius epiſcopus papę legatus ad Ludeuicum & Carolum reges 91.a 92.a
Artaldus Remenſis archiepiſcopus 184.a. Epiſcopatu abdicatur 205.a. cum Hugone præſule pacem init 210.a. in integrum reſtituitur 228.a. in prę ſulatu à Synodo confirmatur 238.a. moritur 268.a
Artoldi Remẽſis querela in Synodo 236.a
Aruernia à Nordmannis vaſtata 157.a
Asbania 155. vide *Haſbanienſis*
Aſcloha 142.a
Aſcrihus monachus 49.a
Aſenarius comes 222
Aſgabrunno inundatione periit 121.a
Aſius VVormatienſis epiſcopus 69
Aſturiæ rex 12.a
Aternacũ caſtellum 75.a
Athirua Sarracenorum rex 2.a
Atiniacum 165.a. 179.a. ſeu Attiniacus 215
Atoariæ 155
Atoniaca fiſcus 253.a
Atrabas caſtrum obſeſſũ 183.a. cõflagrauit 169
Atrabatẽſis pagus à Normannis direptus 159.a
Axona in pago Laudunenſi 153.a
Aualo caſtrum 182.a
Auari cæſi 42. victi 8.a. 40. perfidi 49
Auarorum theſaurus direptus 45. vide *Hungari*
S. Audomarus 293.a
Auennacum monaſterium 279.a
Auennio vrbs capitur à Sarracenis 2.a. recipi-

tur ibid.
Auffridus Nonãtulæ abbas 231
Auga caſtrum 170. a. 176.a
S. Augentius 378
Auguſta Vindelicũ 38. a
Auguſtana vallis 83
Auguſtenſis epiſcopus Odelricus 234.a
Auguſtodunenſis pagus 162.a
Auguſt chirche 376.
Aureliacum monaſteriũ 401.
Aurelianenſium comes Vodo 39.a
Aurelianenſis epiſcopus Theodulfus 189
Aureolus comes 70
Auſburgum 243
Auſona 170
Auſterban 156
Auſtreleudi Saxonũ 20
Auſtria 456
Autiſiodorenſis pagus 308.
Autiſiodorenſis epiſcopus VValdricus 189.a
VVido 189.a
Autulfus Seneſcalcus, 8.a. 32.

B

Baciacum 15
Bahaluc Sarracenus 169
Baioaria Ludouico data 42.a
Baioariæ dux Odilo 3.a
Taſſilo 4.a
Baioariæ præfectus Geroldus 13.a. princeps Liudulfus 258.a
Baioarij ſubacti 2.a. cæſi 106.110.a
Baiocæ 221.a. Nordmannis conceſſæ 165.a
Baiorzuna à Normannis direpta 139.a
S. Baldericus 209.a
Baldricus Foroiulienſis comes 36.a dux 211. 230.
Baldricus Traiectenſis epiſcopus 235.a
Baleares inſulæ 13.a. deprædatæ 48. defenſæ 49.
Balduinus Arnulfi comitis F. 263.a
Balduinus Hãnoniæ comes 296.a
Balma 376
Banis locus 251.a
Banno denũciare 170.a
Baradadus Saxonicus

epiſcopus 131
Barcæ 441.
Barcinona 295. capta 15. a.54.173. Francis red-dita 11.a.46
Barcinonæ comes Bera 30.a. Bernhardus 48. a. præfectus Zatun 15.a
Bardingauin 31
Bardongauenſes 26
Bardo comes 66.a
Barrenſe 378
Barrenſes 308
Bartholomæus Caroli Magni cancellarius 15
Baſa fl. 8.a
Baſala 75.a.vide *Baſula*
Baſalchouua 377
Baſilius Græcorum imperator 108.a. eius legatus ad Ludouicum regem 117.a
Baſilēſis epiſcopus Haydo 23.a. VVikardus 235.a
Baſiniacum 377
S. Baſoli abbatia 205. a 255.a.
S.Baſoli eccleſia 197. a
Baſula 376
Batua 376
Baudidanis villa 15
Baugulfus Fuldenſis cœnobij abbas 16.a
Bauzarum 38
Bazzoariorum terra vaſtata p. 1.a.
Bazſoenſis epiſcopus Adalbertus 235.a
Beda 256.a
Bedagouua 377
Bedenſis pagus 308
Bedenſe 377.378
Bedonnia 275
Beheimi Sclaui 59. terminos Boiariorum infeſtant 96.a. à Sorabis mercede conducti 99. a. in fidem Carlmanni recepti 100.a.in regnū Ludouici irrumpunt 107.a.rebelles funduntur 109.a. cæſi 158.a
Behemorum duces 109. a.vide *Boemani*
Beluacenſis epiſc. Erluinus 152.a. Hildegarius 189.a
Beluacenſis pagus à Normannnis direptus 169. a.159.a
Bemharius VVangionū epiſcopus 20.a
Benedictus papa 273.a
S. Benedicti monaſteriū

270.a
S. Benedicti tranſlatio 9.
Beneuentum à Mauris occupatum 48.a 373
Beneuentani fidem Carolo Magno iurant 33. tributum pendunt 25. a.77.107.194.
Beneuentanorum dux Aragiſus 8.a Grimaldus 24.a
Benno Metenſium epiſcopus 175.a. excæcatur 179.a
Bera Barcinonæ comes 30.a.212.
Berch 376
Berengarius Camaracēſis epiſcopus 262.a
Berengarius dux ſapiens 133.135
Berengarius Italiæ rex 250. a. 254.a. Langobardorum imperator 152.a. regno exuitur 152. a. prœlio vincitur 162.a.interimitur 165.a
Berengarius Viridunenſis epiſcopus 204.a. 234.a
Berngarius comes exauctoratus 78.a
Bernacha villa 345
Bernardus Alſurteſtedēſis epiſcopus 234 a.
Bernhardus Barcenonēſis comes occiſus 48.a
Bernhardus Caroli Magni nepos, Pippini F. Italiæ rex conſtituitur 25.a.76. 77. Ludouico Pio ſe ſubdit 27.a.107. 108. rebellis excæcatus moritur 28.a. 116.205. 207. 299.
Bernardus Septimaniæ dux 268.272.322. 342.
Bernhardus Ludouici Pij cameræ præfectus, diſcordię auctor 38.a.235. ſe purgat ab obiectis 242. honoribus priuatur 243. ſtupri accuſatus 120.121
Bernardus Siluanectenſium comes 221.a
Bernardi comitis caſtellum 188.a
Bernardus Viennenſis epiſcopus 268
Bernarius Cormaricēſis epiſcopus 69
Bernuinus Virdunenſis epiſcopus 172.a.187.a
Bernuinus Siluanectenſium præſul 196.a

Bertha regina Deſiderij regis F.6.a.moritur 8.a
Berthrammus de Alamánia 113.a
Berthulfus Treuerorum archiepiſ. 105.a
Bertrada abbatiſſa 147.a
Biburg villa 120.a
Binga 357. vide *Pinguia*
Biſeſtat villa prope Vvormatiam 101.a. 112.a
Biſlanc 377.378
Biterræ 295
Biturica expugnata 5.a
Bituricæ præfecti 162
Biturigenſis pagus Aquitanis reſtitutus 163.a. à Normannis direptus 194.a
Biturigenſis epiſcopus Geruncus 244.a. Rodulfus 379
Bleſenſe caſtrum 257
Bleſenſis pagus 308
Bleſitchouua 377
Bocenſis pagus 20
Bodonis monaſterium 376
Boemani Francis rebelles 54.a
Boemanorum duces baptizantur 50.a. in deditionem accepti 66.a
Boemanorum Sclauorũ rex occiſus 17.a. regio vaſtata 18.a. vide *Behemi*
Bolenſ. 156
Bonifacius Moguntinẽſis epiſcopus martyr 4.a.18
S. Bonefacij oſſa tranſlata 29.a
S. Bonefacij eccleſię theſaurus noctu ablatus 62.a
Bonifacij comitis fortitudo 233
Bonogilus villa 251
Borna Dalmatię dux 211. 214
Boſo Richardi F. 157.a
Boſo comes raptor filiæ Ludeuici imp. 134.a. fugit 139.a. ab Henrico ad Rodulfum deficit 183.a. reconciliatur Henrico principi 178.a 193.a. moritur 194.a
Boſonis & Giſleberti ſimultas 183.a
Boſonis comitis & Heriberti contentio 179.a
Boſonis & Ottonis contentio 166.a
Boſtar 463

Botolz locus 26
Boum peſtilentia 22.a. 30.a. 103.a. 134.a. 213. a. 72
Bouo Catalaunenſis epiſcopus 184. a. 186. a. 229. a
Bouonis curtes 197.a
in Brachanto comitatus IIII. 378
Bragmento 155
Braina caſtrum 183. a. munitio 250. a
Brena munitio 252.a
Briacus locus 71.a
Briganticus lacus 42.a. 50.a. 76.a
Brionenſes 308
Brittæ locus 338
Britānia inſ. ſubacta 14.a
Britannia, olim cornu Galliæ 412. ſubacta 28.a. Francis ſubdita 50. Nortmannis conceſſa 152.a. à Nortmannis attrita 148.a vaſtata 34.a.27
Britanni fidem promittunt 324
Britones domiti à Carolo Magno 8.a.32. perfidi 24.a.34 a. Normannos interimunt 184.a à Normannis eiiciuntur 185.a. regionem ſuam repetūt 194. a. 198.a. Nordmannos cædunt 203. a. cæduntur 220. a. Ludouicum regem ſuſcipiunt 212.a. fidem pollicentur 223
Brittonum inſolentia caſtigata 207. 216. motus compoſitus 266. terra Nortmannis data 188.a.
Brixienſis pagus 115.a
Bruno abbas Ottonis Imp. frater 231.a. Colonienſem epiſcopatum & Lotharienſe regnum conſequitur 257.a. 264. 265.a. contra Lotharingos ſeparat 267.a
Brunesberg 6.a. vel Brunisberg 20
Bug Turonicus comes 23.a
Buim vicus 213
Bulgari Chriſtiani fiunt 94.a. Pannonum duces pellunt 37.a
Bulgarorum legati 119. 223

Bulgarorum rex Omortag 33.a. 34.a. 35.a
Bunna à Normannis incenſa 141.a
Burbo vrbs capta 5.a
Burdigalis 2.a
Burchardus Alamannorum princeps 174.a
Burghardus comes ſtabuli 19.a
Burgundia 156. à Normannis direpta 167.a. diſpertita 196 a
Burgundiæ dux Ainricus 298. a. Hugo 216.a
Buriaburg caſtrum 18
Buriſlaus Sarmatarum rex 261 a
Buſonis vxor 84.a.85.a

C

Cabillionenſe cōcilium 25.a. 78
Cabillonū captum 256 vide *Caulonum*
Caduſcani 208
cæſar-Auguſtæ præfectus 7.a
caganus Hunorū princeps 8.a. 11.a. 18.a. 28
cala abbatia 153.a
Calaun mons 167.a
Calclo 470
caldio in pago Porticēſi 247.a
S. calixti arca 265.a
calmiciacum 154.a. vide *Culmiſiacum*
calmontis 377.378
caluacum ſuper Iſaram 248.a
caluiacuś villa 307
camalecenſis 156
camaracenſe 378
camaracenſis epiſcopus Berengarius 262. a. Fulbertus 190.a. Halitcarius 231. Stephanus 166.a
cameracum 378.à Nortmannis direptum 140. a. incendio conflagrauit 161.a
camilo 15.
cammunzi locus ad Renum 73.a
camp locus 59
campus, id eſt pugna 87
campus mendacij 123. idem campus mentitus 246
campi ripa 42
canes diſparent 134.a

Canitela vrbs capta 5.a
Cantorum Romanorũ & Gallorum contentio 33
Capcanus princeps Hũnorum Chriſtianus 17.a.58
Capræmons caſtellum 156.a.301.a
Capulus ſacellarius 53
Caput montium, corrupte Cammunzi 73.a
Carantani 212
Carantanorum prouincia 29.a
Carantanis præfectus Carlmannus 79.a. Gũdacharus comes 80.a
Carantani limitis cuſtodia 24
Carbonacum villa 16
Carbonariæ 318.366
Carcamuſæ 455
Carcaſiria 149.a
Carcaſſona 295
Cariſiacus villa regia 254
Carlmanus Caroli F. Pippini N. maior domus 3.a. monachus fit 3.a.4 moritur 5.a
Carlmannus Pippini F. in regem vngitur 4.a. obit 6.a.16
Carlemannus Ludeuici regis F. Lud. Pij N. 69.a. 355. 357. noua contra patrem molitur 78.a. 79.a. Carãtanis præfectus maieſtatis accuſatur 79.a bis victor contra Raſticen 96.a. regnum Zuentibaldi depopulatur 99.a Raſtizis regnum in deditionẽ accipit 101.a. decipitur à Zuẽtibaldo 106.a. Marahenſes cædit 109.110.a. à Carolo patruo decipitur 123.a. Romanos fidelitatem ſibi iurare cogit 133.a. fratri Ludouico regnum ſuũ commendauit 136.a. obit 138.a
Carniolenſes 212
Carnones 376
Carnontum 17.a. ſeu Carnotum 463. ſiue Carnuntum 58
Carnotenſis præſul Vulfaldus 270.a
Carolus archiepiſcopus Moguntinus 65.a.80.a

Carolus Conſtantinus Viennæ præfectus 181. 211.a. 250.a
Carolus Martellus 8.10. 296 a. 305.a. Pippini F maior domus 1. a. Eius res geſtæ 1. a. 2. a.4. mors & ſepultura 3. a
Carolus Magnus, Pippini F. in regem vngitur 4.a.11. regnum ſuſcipit 6.a. 13. Imperator & Auguſtus appellatur 15. a. 52. 92. Baleares inſulas & Brittanniã recipit 13 a. 14.a. concilia plurima celebrat 25.a. contra Godfridum Danorũ regem expeditionem ſuſcipit 21. a. Hiſpaniam, Vaſconiam & Nauarram ſibi ſubiugauit 24.7.a. Hunaldum reprimit 6. a. Italiæ regnum adipiſcitur 6. a. 19. Leonẽ Papam expulſum ſedi Romanæ reſtituit 92. libros correxit 104. Ludeuico filio regni ſummam committit 102. 103. Ludeuicum filium imperij conſortem aſciſcit 25. a. Papiam & Deſideriũ regem capit 19. Saxonum idolum deſtruit 16. Saxonum perfidiam vlciſcitur 7 & 8. a. Saxones in Franciam tranſtulit 17. a. Romam proficiſcitur 7. a. 8. a. 14. a. 26. 32. 51. VValdum rebellem capit 14
Caroli Magni expeditiones, in Auaros 41. in Baioariam contra Taſſilonem 37. in Beneuentanos 51. 53. in Boemiam 59. in Britones 32. in Corſicam 63. in Hiſpaniam 24. in Hunos 9. a. in Italiam contra Rotgaudum rebellem 21. contra Longobardos 17. in Linones, Pannonias & Britones 74. in Saxones 6. a. 8. a. 11. a. 12. a. 19. 23. 31. 44. 46. 57. in Sclauos 41.

Caroli Magni filij in reges vncti 27. filia Conſtantinop. Imp. deſponſata 8.a. filiarum ſcelus 190. fœdus cum Hemmingo Danorum rege 74. cum Dan. regib. 78. pax cum Niceforo Imp. 72.73. laus 90. 298. 391. ordinatio de Venetis & Dalmatis 59. progenies 305. a. 6. teſtamentum & regni inter filios diuiſio 18.a. 60. 81.& ſequentib. vxores & liberi 8.a. 29. 30. 91. 100. morbus, mors & ſepultura 25. 80. 104. 105. 160. 161. 188. 189. 298

Caroli Magni progenies non defecit in Hugone Capeto 202. a

Carolus Caroli Magni F. in Boemos miſſus 17. a. 60. 61. contra Danos 64.65. contra Sorabos 18. a. 60. VVeſtfalos 8. domuit a. obiit 24. a. 75. 101

Carolus Ludouici Pij F. cognomine caluus, Galliæ rex 197. quam regni partem a patre obtinuerit 41.a.120. 271. 276. 308. Romæ imperator creatur 123.a. 390. & ſequent. Pippino moleſtus Aquitaniam affectat 48.a. Pipinum nepotem fugat 319. aduerſus Britones male pugnat 50. a. nepotes attondit 59.a. Lotharij defuncti regnum inuadit & ſe Imperatorem appellari præcipit 100. a. 123. a. Ludouici fratris defuncti regnum inuadit 126 a. Carlemanum filium excæcat 112. a. nouellus Sennacherib 130. a. lepore timidior 123. a. à nepote Ludouico cæditur 129.a. à Lothario fratre vna cum patre capitur 247. 248. 301. 304. Lotharij fratris machinationibus viriliter re-

ſiſtit 320. 321. 326. 327. 330. copias cum Ludeuico fratre contra Lotharium iungit 333. 335. cum eodem pugnant 338. fratris auxilium contra Lothariũ implorat 346. iterum à fratre petitur 347. 351. ſororem Lauduni in ordinem redigit 349. iterum vires cum fratre Lud. iungit 351. Lotharij regnum cum fratre diuidit 102. a. 360. 361. 376. 377.

Caroli calui calliditas 123. a. admonitio ad fratrem Loth. 346. 348. 317. diſſenſio & prælium cum fratre Lothario 44. a. 45. a. Faſtus inſolitus 125. a. fœdus cum Ludouico fratre teſtibus firmatum 77. a. 90. a

caroli calui & Ludouici fratrum mutua pactio 352. 353. concordia 355. deliberatio de Lotharij fratris regno 359

caroli calui & Ludeuici fœdus cum fratre Lothario 364. 365. 366. 367, &c. 372

caroli calui prælium & pactio cum Bernardo 323. proclamatio aduerſus VVenilonem Senonum archiepiſcopum 379. querela de fratre Lothario 330. regnum à Normannis vaſtatum 49. a. tyrannis 62. a. 70. a. vxor 373. mors 131. a. 132. a. 147. a

Carolus craſſus Ludeuici regis F. Lud. Pij N. Rex Francorum 441. 476. 480. feliciter contra Raſtizen pugnat 98. a. dæmone vexatur 111. a. expeditioné in Nordmannos ſuſcipit 142. 143. a

carolus Ludouici Tranſmarini F. caroli Simplicis N. 221. a. 256. 414. Francorum regno priuatur 41;

bellum gerit cum Lotharienſibus comitibus 275. 276.a. fit dux Lotharingiæ 287.a. regnum Francorum ſuſcipere tardat 291.a. Hugonem Capetum bello perſequitur 294 a, regno priuatus Aurelius in carcere moritur 295.a.426
Carolus Simplex rex Frãcorũ 297.a.409.417. à ſuis deſertus, a Remẽſi archiepiſc. in regnum reſtituitur 148. a. fœdus init cũ Heinrico principe transrenenſi 151. a. 152.a. Lotharienſe regnum vaſtat 152.a. Giſilbertum perſequitur 300.301.a cum Haganone conſiliario fugit 153.154. 155. a. prælium cum Rotberto rege contra ſe electo committit 157. a. dolo captus cuſtodiæ mãdatur 158. 159. a. è cuſtodia liberatur 176. a. ſecundò regno pellitur & includitur 178. a in carcere moritur 180.a.411.
Caroli Simplicis amor in Haganonem 153.a. & inuidia inde conciliata 299.a
Carolo Simplici redditur Atiniacum 179.a
Carri LX. hominum capaces 447
S. Caroſſi monachi 421
Carroſſi monaſterium 185
Cartaginẽſis cõcilij cap. XIX. 233.a
Cartani limitis cuſtodia 78.a
Carus fl. 261.a
Caſſinogilus palatium 160.168
Caſtaberra 170
Caſtellio caſtrum 248.a
Caſtellum 376
Carnones 376
S. Caſtor 357. 370
Caſtrẽſis pagus 308.156.
Caſtricenſis pagi comes 149 a
Caſtricium 378
Caſtrum Theoderici, vice Theoderici 188.a
Catalaunenſis epiſcopus Bouo 184.a. Gibuinus 229.a Milo 185.a

Catalaunenſis vrbs incenſa 271.a
Catalaunicum caſtrũ captum 183.a
Catalonis 155
Cateiæ 449.460.465.
Cauannaracum 15
Cauillonum obſeſſum 307. vide *Cabillonum*
Caunas monaſteriũ 186
Cauſoſtem caſtrum ad Maternam fl. 200. a. 204
Caziei 433
Ceadrogus Aboditorũ rex 27.a.29.a.31.a.209. 226.
Ceniſius mons 17
Cenomanni 464. vide *Cinomanni.*
Centulum 50.372
Centumceplæ 79
Cereus celitus accenſus 150.a
Ceſpes ſine manibus tranſlatus 31.a
Chara fl. 230
S. Chiliani eccleſia cremata 63.a
Chletgouue 83.
Chorſo Toloſanus dux 162.165
Chriſti ſanguis 58.
Cidrioburgi 31
Cinomanni Hugoni dati 163. a. Nordmannis conceſſi 165. a
Cirandi vallis 376
Ciza fl. 257
Clarmons 5. a. ſiue Clarus mons 313.
Claſtris munitio 218.a
Clitæ 22
Clodum 468
Cluniacum monaſteriũ fundatum 419.401.
Cluſæ vallis 376
Codiciacum 180.a.176. 246.a.250.a.272.a captum 264.a
Colnacum caſtrũ 248.a
Colonia Agrippina 91.a 60.a.376.a. à Normãnis incenſa 141.a
Coloniæ S. Petri domus dedicata 103.a
Coloniæ terribilis tempeſtas 67.a
Colonienſis epiſcopus Bruno 257.a. Guntarius 67.a. 81.a. Hildigarius 4.a. VVicfredus 231.a. VVilibertus 100.a
Colonienſis ſynodus 103.a

Colonienſium fines vaſtantur p.1.a
S.Colūba eccleſia 194.a
S.columbę abbatia 384. 413
S.Columbæ locus 176
Cometes 27.a.40.a. 42. a.46.a.96.a.121.a. 141. a. 200. 268. 273. 355. 411
Comiadum inſula 67
Commerciacum villa in Tullenſi territorio 35. a. dicta eſt Commarceium 32.a
Compēdium 25.136. 159. a.vaſtatum 222.a
Cōcas monaſterium 185
Concilium Aquenſe 69 Romanum 81.a. de proceſſione Spiritus ſancti 20.a
Concilia quinque ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigendo 25 a. vide *Synodus*
Condatum 378.
Cōdruſt 378.ſiue Cōdruſto,vel Conduſtro 377
Confluens caſtellum 48. a.53.a.66.a.68.a.142.a. 276.369
Coniurationis pœna 8. a.10.a
Conradus Conſtantiacenſis epiſcopus 234.a
Conradus Iurēſis & ciſalpinæ Galliæ rex 199. a. 227.a. dolo captus 206.a
Cōradus Lotharięſiū dux 225.a. 239.a. 240.a 248.a. 252.a. 254.a. moritur 261 a
Conradi Loth.ducis diſcordia & Othonis imp. 256.a
Conrati comitis filij Ludeuico regi infideles 72.a
Conſiliarij ignobiles vitandi 130.113.
Conſtantiacenſis epiſc. Conradus 234.a
Conſtantinopolis obſeſſa 79
Conſtantinopolitanus epiſcopus 13.a
Conſtantinus imp. Pipino munera mittit 5.a excæcatur 11.a. 48.
Conſtantini imp. mater 13.a.16.a
Conſtantino imp.Caroli Mag. filia deſponſatur 8.a

Contuuig 363
Corbanacum 6.a. 199.a
Corbeienſis abbas Adalhardus 20.a.69
corcolmum 419
cormar:cenſis epiſcopus Bernarius 69
cornelius Tacitus 61.a
cornu Galliæ 413
corſica 18.a.19.a.73
corug fl. 72.
creſcentius Romæ præfectus 427
S.criſpini abbatia 217.a 219.a.
criſpinno 378
crumas Bulgarorum rex. 79.
cruſinacum Remenſis epiſcopij villa 149.a
crux furto ſublata 209.a
crucis ſignum in veſtibus 7.b.a
cuſtinſtang 44
culdini monaſt. 378
culmiſciacum villa 207.a.231.a.241.a vide *Calmiciacum*
cummeoberg 42. vel cummiberg 9. a. vel cuneburg 166.
curienſis ducatus 83
cuſſiſtain 44.
czitziborus Sorabus 67.a.vide *Eztiſtiborus*

D

Daemoniacus 270.a
Dæmonij nequitia 73.a
Dado Virdunenſium epiſcopus 162.a
Dagobertus Francorum rex p. 1.a
Dairacum 423
Dalmatæ tributarij Ludouici regis 66.a
Dalmatij Sclaui cæſi 138.a.
Dalmatiæ pars a Sorabis poſſeſſa 32.a
Dalmatiarum legati 59.
Dalmatica talaris 125.a.
Damaſus epiſcopus Romæ 211.a
Daniel rex Chilpericus dictus 3.10
Dani iidem & Normanni 412.Freſonibus tributum impoſuerunt 21. a. Mogontiæ baptizati 35.a
Danorum claſſis Hiber-

niam aggreſſa, à Scottis ſuperatur 25.a
Danorum de regni ſucceſſione contẽtio 75. ſtrages ob regis electionem 24.a. regni pars Roruco conceſſa 66 a
Danorum rex Godefridus 8.a. 19.a. Herialdus 24.a. Horuc 63.a. Hyemmingus 23. a. Raginfridus 24.a
Danorum reges à Ludeuico rege pacem petũt 113.a.114.a
Danubij pons nalis 10. a
Dardus 462. 465.443
Datalaria inſula 64
Dei amorem iurare 283. a
S. Deodati monaſterium 376
Deroldus medicus Ambianenſis epiſc. 179.a. 228
Dertoſa obſeſſa 20. a. 67
Deſiderius Lõgobardorum rex 6.a. 17.19
ad Deſtricta locus 412. ſiue ad Deſtricios 418
S. Dionyſij monaſterij abbas 36.a
Diſſenſionum mala 374. 375
Diſtrictum Aqueſe 377
Diſtrictum Tectis 377
Diuionum caſtrum 266. a. obſeſſum 193.a
Diuomarcus Britto 217
Dodo Artaldi præſulis frater 230.a. 248.a. 245.a.247.a
Dodo Oſneburgenſis epiſcopus 235.a
Doinincum caſtrũ 183.a
Dolenſe cœnobium 401
Dolus ciuitas 220.a
Domocultæ 197
Donineum caſtrũ 183.a
Doreſtadum à Normannis vaſtatum 39.a. 40. a.incenſum. 51.a. beneficij iure poſſeſſum 55.a. 56.a
Doreſtadi pręfect⁹ 66.a
Dornonia fl. 14
Doſora monaſterium 185
Douuina ciuitas 90. a
Drauus flumen 30 a
Drogo Lud. Pij frater, Metẽſis epiſcopus 219.

283. archicapellanus 43.a
Drogo Tullenſis epiſco. 152 a
Duagiũ opp.181.a.209.a
Duaidiues locus 14
Dudo Poderburnenſis Epiſcopus 235
Dulminſe 378
Duodeciacum caſtrum 230.a
Durcones 441.444
Duria villa 15.
Durgouue pagus 83
Durofoſtum caſtrum 178.a.captum 183.a
Dutum facere 24
E
Eardulfus Nordanimbrorum regno pulſus, & reſtitutus 20.a.66
Eaduuardus Anglorum rex 174.a
Ebbo Senonẽſis archiepiſcopus 296.a
Eblus comes 222
Eblus Aruernenſis & Pictauienſis comes 421. Lemouicẽſis epiſcopus 424.
Ebo Remorum epiſcopus 32.a. depoſitus 135. 259. vide *Hebo*.
Ebolus abbas 442.443. 449
Eboresheim 376
Ebrardus transrhenenſis in Lotharingiam miſſus 174.a
Ebroæ caſtrum 215.a. 216.a
Ebrocenſes 221.a
Ebroicæ vrbs 215.a.216.a
Ebroinus Pictauenſis epiſcopus 276
Ebrulfi viſiones 167.a
Ebulus Egoliſmenſis epiſcopus 425
Eburhardus comes 68.a
Eburiſus legatus 12.a
Echa 378
Eclipſis lunæ 48. 61. 62. 70. 73. 134. 200. 233. 375. 408. 172. a
Eclipſis Solis 8. a. 27. a. 28.a. 39.a.43.a.62. 73. 77.134.a.208.281.338. 408.414.
Edalhartus abbas 69.a
Edhilingi 361
Edmundus Anglorum rex 226.a
Egidora fl. 23. a. 66. a. 113.a
Eggihardus comes 40.a
Egil Senonenſis archie-

piſcopus 297.a
Egino comes belli ciuilis auctor 145.a
Egoliſma ciuitas 14.
Egoliſmæ muri reſtaurati 421
Egoliſmenſes epiſcopi 417.421 425.
Ehericus dux Foroiulieſis 11.a.occiditur 13.a
Eigil Fuldenſis abbas 28.a.32.a.
Einhardus abbas 119.a
Einrichi 357
Eiſtanienſis epiſc. Starchandus 235.a
Elegi,i. miſeri 467
S. Elegius 9.
Elephas dono miſſus 16.a.55.72.22.a
Eliſatius pagus 202.a
Eliſatij comitatus 11.377
Eliſaza 351. vide *Aliſatia*
Eliſchouue 377
Emaus 377
Embrico Ratisbonenſis epiſcopus 110.a
Emma regina conſecratur 160.a. moritur 192.a. vide *Hemma*
S. Emmerannus 97.a
S. Emmeranni eccleſia Ratisbonæ 124.a
Emmingus Danorũ rex 73.74. vide *Hemmingus*
Emmo Senonēſis archiepiſcopus 296.a
Empuriæ 295
Emuhſlus Sclauus 31.a
Enge locus 83
Engilbertus abbas 9.a
Engildruda Buſonis vxor anathematizata 84.& 85.a
Engilramus comes 90.a
S. Eparchius 7.13
S. Eparchij baſilica, & eius dona 423
S. Eparchij monaſterij terræ 15
Ephterniacum 376
Epiſcopi armati 204
Epiſcoporũ iuramentum 406
Epiſcoporũ Germanorũ inceſta cōiugia 238.a
Equuscētũ annorũ 187.a
Equorum tributum 5.a
Erambertus de Baioaria 136.a
Erardus Turonenſis archiepiſcopus 379.386
Erenſtein 376
Eresburgum captum 6.a.

16. 21. reædificatum 6.a.20.23. Saxonibus redditum 7.a
Erilangus 449.
Erlebaldus comes pagi caſtricenſis 149.a.vide *Herlibaldus*
Erluinus Beluacēſis epiſcopus 152.a
Ermengarius Emporitanus comes 79
Ermenſul 16. vide *Irminſul*
Ermingardus Gothiæ princeps 187.a
Ernuſtus honoribus priuatus 78.a
Ernuſtus comes moritur 91.a vide *Hernuſtus*
Erpf comes 66.a
in Erphesfurt conuentus 61.a
Eſesfeld caſtrum 21.a. ſiue Eſſefelt 70
Eudo Aquitanorum dux p.19 6.fugatur 2.a.moritur 2.a
Eueris Mindenſis epiſcopus 235.a
Eugenius papa 33.a.119.212
Eundachar proditor occiſus 97.a
Eurogilum palatiū 168
S.Eutropiæ arca 265.a
Euuardus Senonenſis archiepiſc. 297.a.467
Eziſtiborus Sorabus interſectus 72.a. vide *Cziztiborus*

F

Fagit locus 339
Falæ 440
Fames 57.a.96.a.114.a.121.a.140.a.213.a
Fanis locus 251.a
Fara munitio 264.a
Farabertus Tungrenſis epiſc. 235.a
Faringa locus 38
Fatus Bononieſis 75
Faſtrada Caroli Magni vxor 30.44vide *Vaſtrada*
Fauerniacum 376
Febris Italica 132.a
Fedentiacus comitatus 173
Federicus Adelberonis epiſcop.frater 251.a
Felecan Normannorum dux 184.a
Feliciana hæreſis damnata 9.a.10.a.42
Feſcanum monaſterium 424
Fidelitatis ſacramēta ali-

quot 404.&c.
S. Filiberti monaſterium 185
Fimmæ villa 152.a
Fiſci 309
Flacones 101. a
Flatera 276
Flauianicenſis abbas Adrebaldus 272
S. Florétij monaſterium 185
Floriacum villa 9
Flotildæ viſiones 207.a. 278. a
Fludaha fl. 109. a
S. Fludualdus 338. 347
Foderus 168
Folchardus epiſcopus 62. a
Folradus miſſus Pippini regis 5.a
Fontaneum 336. idem Fontanetum 297.a
Fontinata villa 45.a
Forahheim villa 108. a. 120.a. 135.a. ſiue Forhheim 68.a
Foroiulienſis comes Baldricus 36.a. Ehericus 11. a. 13. a. patriarcha 16. a
Foſſæ 378
Fradoreuilla 423
Francia xx. annis à Nordmannis afflicta 63. a. nobilitate orbata 266
Franciæ comites regem Carolũ deſerunt 148.a
Franciæ regum genealogia 303. a
Franci gemini audaciſſimi 476
Franci Boemanis terga vertunt 54.a. 55.a. in Nordmanniam miſſi. 26.a. ſuperãtur à Sarracenis 10. a. victis Sarracenis Gothiã capiunt 3.a
Francorum & Saxonum ſeditio 121.a
Francorum pax cum Danis 23.a. cum Græcis 16.a. 23. a
Francorum reges 6. 7. 8. &c. reges quinque ſimul 433. regni partitio 18.a
Franci Orientales 26.a
Francorum Oriẽtalium coniuratio 8.a. regnũ 41.a. rex Ludouicus 65. a
Franconofurt 65.a. 91.a. 100.a. 217.
Francofurtenſis ſynodus 10. a.

10.a.43.
Franderes 155.
Franſmarus Nouiomagenſium præſul 196.a
Fraxinidum ſaltus 181.a 212.a
Fredericus Adelb.ep.frater 259.a
Fredericus comes Lotharienſibus præfectus 265.a
Fredericus Magontinus archiepiſcopus 228.a. 234.a
Frederici ducis epitaphium 428
Fremesheim 170
Friediſlar 18
Frigiæ patricius 13.a
Frilingi 361
Friſazi pagus Saxoniæ 32.a
Friſia 377.378. à Nordmannis vaſtata 21.a
Friſiæ comitatus Herioldo Dano datus 226
Friſones in exercitu Caroli Magni 8.a. 9.a. Danis tributũ ponderunt 71. 40.a. magnam pecuniæ ſummã à Normannis referunt 116.117.a
Friſiones occidentales Normannorum theſauros abſtulerunt 124.a
Friſonum dux Poppo 2.a. rex Ratbodus 1.a. regnum vaſtatur 2.a
Friſonibus euangelizatur 4.a. ius paternæ hereditatis reſtitutum 194
Frodoardus Remenſis Eccleſiæ presbyter 274.a. in carcerem coniectus 206.a. ab exilio reuocatus 209.a. abdicat ſe prælatura 271.a
Fronciacus caſtrum 14
Frotmundus Senonenſis archiepiſcopus 208.a
Fulbertus Camaracenſis præſul 190.a. 234.a. 237.a. 262.a
Fulbertus Carnotenſis 416
Fulcaldus Egoliſmenſis epiſcopus 425
Fulcarius Nouiomenſis epiſc. 259.a
Fuldenſis abbas Baugulfus 16.a. Eigil 28.a. Hatto 65.a. Rabanus

32.a. Rotgarius 16.a.
Sigahardus 110.a.
Thioto 66 a
Fuldenſis monaſterij monachi 49. 91.a
Fuldenſis monaſterij eccleſia cõſecrata 244 a
in Fuldenſi cœnobio S. Bonefacij baſilica 29.a
Fulminis mira natura 64.a
Furnus 444.

G

Gabrielis archãgeli monita 119.a
Gailo Caroli Mag. legatus 8.a
Galimæ monaſteriũ 185
Gallia ab Hungaris inuaſa 164.a
Gallitiæ rex 12.a
S. Gangulfus 376
Gant locus 75
Garbi 467
Gardona 170
Garonna 2.a
S. Gaudericus 378
S Gaugericus 378
Genaldus Nordmannus occiſus 59. a
Gencheſheim villa 105.a
Genealogię aliquot 274. a. 292.a. 303.a.
Sanctæ Genouefæ corpus 473
Genuæ pręfectus Hadumar 18.a
Georgius abbas Oliueti 62
Georgius presbyter de Venetia 36.a
Geraldus Baioariæ præfectus 49. vide *Geroldus*
Geraldus Geneuenſis 274.a
Gerardus comes Pariſius 309. fidem fallit 319
Gerberga Ottonis Imp. ſoror, Ludeuici Galliæ regis vxor 203. 226.a. 227.a.245.a.253.a.256.a.258.a.274 a.
Gerbergæ reginę Hẽrici imp. filiæ, Ludouici regis vxoris epitaphium 428
Gerbirch quæ & Gerberga, dolio incluſa & ſubmerſa 131.257.307
Gerbertus Rauennæ archiepiſcopus, Papa Syluester 427
Gerlandus Senonẽſis archiepiſcopus 208.a

S. Germanus Pariſienſis 465
S. Germani capellæ puteus 477
S. Germani pratum 457. 465. 477
Germanico ſermone cõceptum iuramentum 353. 354
Geroldus Baioariæ præfect⁹ 13.a. vide *Geraldus*
S. Geruaſius 378
Geruncus Biturigenſis epiſcopus 244. a
Gerunda 295. à Sarracenis vaſtata 37.a
Geſedis villa in agro Pariſiaco 156. a
Glaciei ingens fruſtum 34.a
Gibuinus Catalaunenſis epiſcopus 229.a
Gildini monaſt. 378
Girboldus Autiſiodorenſium Comes 408
Giſalbert⁹ Lotharij imp. filiam rapit 50.a. ad fidem imperatoris redit 53.a
Giſlebertus Burgundionum comes 298.a
Giſlebertus comes 161.a. 169. a
Giſlebertus princeps à Lotharienſibus electus 150.a. Heinrico obſides dat 170.a. Peronã obſidet 187.a. contra Ludeuicum regẽ proficiſcitur 200.a. ad Ludouicũ regem deficit 201.a. in Rheno ſubmerſus 203.a
Giſleberti periuria & inconſtantia 164.a. inſolentia 200.a
Giſleberti Lotharięſis & Boſonis ſimultas 183 a
Giſleberti & Ragenarij fratris contentio 166.a
Giſlebertus dux 262.a
Giſlebertus Manaſſe F. 182. a
Godefridus comes Virdunenſis 290.291.a
Godefridus Danorũ rex 8.a. 19.a.57. in Abotritos mouet 64. interfectus 22.a. 72.
Godefridi regis Danorũ colloquium cum Frãcis 68. inſolentia 20. a. 22.a. 69. 71.
Godofridi Danorum regis filij pacem petunt 232. 34.a

Godefridus Lotharienſis comes 276 a.287.a
Godefridus Normannorum dux in Galliæ regnum ſuſcipitur 56.a
Godoru lla 423
Gola abbatia 153.a
Gordouilla 419
Goſfrido caſtrum reſtitutum 192.a
Goſlinus Tullen. epiſc. 152.a. 231.a. 234.a
Gothefridus Alamannorum dux 100
Goteſcalcus presbyter de prædeſtinatione male ſentiens 53. a
Gothia 10.a. 82. 84. 156. ab Hungaris impetita 165. a
Gothię principes Ermingaudus & Ragemundus 187. a
Gothorum regio 2.a.3.a
Gozbaldus abbas 128
Gozbaldus epiſcopus 64.a
Gozbertus Laudunenſium præſul 180. a
Gozbertus occiſus 62.a
Gozlinus Pariſienſis epiſcopus 441.449.467
Gozzomuil Obodritorum rex 49. a
Grabfeldon 57.a
Gradabona vicus 32.a
Græci Orobiotæ 67
Græci ſuperantur 8. a
Græcorum & Longobardorum bellum 40
Græcorum legati 106
Græcorum ſynodus ſeptima damnata 10.a
Grammatici Roma euocati 35. 37
Grandiuallis 376
Grandinis inuſitata ſpecies 144. a. magnitudo mirabilis 148.a
Gregorius Papa 7.37.a. 123.229
Gregorius Papa cum filiis Ludouici Pij cōtra patrem 245. 303
Gregorius presbyter organorum artifex 226
Gregorius Turonenſis epiſcopus 7
S. Gregorij liber Paſtoralis 114
S. Gregorij monaſt. 376
Grimaldus Aragiſi ducis Beneuentanorũ F. obſes 8. a. 33. Beneuentanorum dux 24. a. 40.77

Grimoldus abbas 128
Gripho frater Pippini 3.a. in Aquitaniam fugit 4.a. occiditur 4 a
Guduvm nepos regis Danorum 63.a
Guiſum caſtrum 200.a
Gundachari comitis proditio 80.a
Gundolfi villa 138.a 406
Gundulfus Metenſis epiſcopus 219
Gunbaldus Egoliſmenſis epiſcopus 423
Guntbaldus monachus Ludeuici Pij liberator 302. 303
Guntharius Agrippinæ coloniæ archiepiſcopus 81.a. 386. excommunicatur à Papa ibid. excommunicat Papam 87.a. pœnitentia ductus veniam non impetrat 89.a. 90.a
Gunthari Colon. epiſtola ad Altfridum epiſcopum 67.a
Guntpoldus rebellis 93.a
Gurdi 455. 459
Gurpire 24

H

Haberéſis epiſcopus Hémo 62.a. Hildigim 62.a
Habitaurus Sarracenus 7.a
Hadauuart Mimidenſis epiſcopus 62.a
Hadofuns Galliciæ rex 12.a. 13.a. vide *Aldefonſus*
Hadulfus Nouiomenſis epiſ 261.a. 277.a
Haduloba locus 46
Hadumar Genuæ præfectus 18.a
Haecẽraham 308
Hæreſis Feliciana damnata 9.a. 10.a
Hagano conſiliarius 148. a. 299.a
Haganonis amore Carolus rex captus 153.a
Haganonis theſauri 154.a
Hagroldi Normãni perfidia 224.a
Haido Baſilenſis epiſc. 23.a. 73
Haiſtulphus Longobardorum rex 4.a. bis ſuperatus moritur 5.a
Halbdeni frater Sigifridi Danorũ regis 113.a 8.a

Halitcarius Cameracenſis epiſcopus 231
Hals Normannus 143.a
Hammaburg 49.a. vide *Homburc*
Hammaburgenſis epiſcopus Adeldacus 234.a
Hamme caſtrum 186.a. ſeu Hammum 187.a. 189.a.191.a
Hamvvig 363
Hanious comitatus 378
Harburg opp. 300.a
Harceiæ 188.a
Hardiatus Auſtriæ dux infideliſſimus 116
Harduinus Tetbaldi ſubditus 264.a
Hariſtallium Saxonicum 12.a. 301.a. vide *Heriſtallium*
Harnus epiſc. 64.a
Harudi 61.a
Haſa fl. 30
Hasbanienſis pagus 250. à Normannis vaſtatus 141.a
in Hasbanio comitatus IV.378. vide *Asbania*
Hatto Fuldenſis abbas moritur 65.a
Hattuaris 376
Haunricus comes à Saracenis receptus 23.a
Hebonis Remenſis epiſcopi vituperatio 124. comprehenſio 129. vide *Ebo*
Hegonue 83
Heinard' religioſus 230
Heinricus Burgundionũ dux 289.a.290.a. vide *Amricus*
Heinrichus comes 105.a
Henricus Foroiulienſis dux 45.49
Henricus I. Imperator 306.a. princeps tranſrhenenſis 149.a. 151.a. 152. a.160.a. Lotharij regnum deprædatur 161.a. Tulpiacum in regno Lotharij capit 170. a. Vngaros cædit 188.a. Heribertum & Rodulfum regem reconciliat 190.a
Heinrici Imp. fidei committunt ſe Lotharienſes 172.a. colloquium cum Rotberto rege 156.a. cum Rodulfo rege colloquium 193. a. pacificatio cum Boſone comite 178.a. morbus 166.a. mors

195. a
Henricus Othonis imp. frater Lotharingiam ſuſcipit 206. a
Heinricus Ludouici F. Car. Simplicis N. naſcitur 256. a
Heinricus Treuerenſis epiſcopus 262. a
Helena imperatrix pacẽ petit 55. vide *Herena*
Helias Trecaſſinorum epiſcopus 266
Hemgaudus Comes 16. a
Hemma regina paralyſi correpta 121.a. 124.a vide *Emma*
Hemmingus Danorum rex 23 a. moritur 24.a. 75. vide *Emmingus*
Hemmo Haberenſis epiſcopus 62.a
Herena imperatrix 13. a. 48. depoſita 16.a. vide *Helena*
Herberti Virmandenſiũ comitis ſcelus 410.411
Herialdus Danorum rex 24.a. baptizatus 35.a
Herialdo Danorum regi Franci auxilium ferunt 26.a. vide *Herioldus*
Heribertus comes contra Carolum Simplicem 157. 158.a. ſibi adiungit Remenſem epiſcopatum 171. a. Lauduno potitur 177. a. munitionem filiorum Lotharii capit 177. a Rodulfo regi reconciliatus, Carolum iterum cuſtodiæ mandat 178.a. Henrico Imp. ſe committit 184. a. à Rodulfo rege deficit 183. a. à rege obſ ſſus 185. a. Remos capit 205.a. Otthoni Imp.ſe committit 206.a. Ludouici regis exercitum inuadit 210.a. Ludouico regi reconciliatur 213.a. Synodum conuocat 208.a. pugnat contra Normannos 175.a. 168. 169. 170.a. obiit 214. a
Heriberti comitis & Rodulfi regis ſimultas 174. a
Heriberti comitis legatio ad Hẽricum 174.a. pactum cum Nortmã-

nis 176.177.a
Heriberti & Hugonis comitis ſimultas 180.a. reconciliatio 193. a. 196.a
Heriberti & Boſonis cõtentio 181.a
Heriberti comitis pertinacia 201.a. filiorum & Ludouici regis diſcordia 217.a. filij in gratiam recipiuntur 215.a
Heribertus Heriberti comitis F. 244.a. 259.a. 271.a
Heribodesheim 376
Herlebaldus Caſtricẽſis abſoluitur 151.a. vide *Erlebaldus*
Herluinus comes 201. 202.a
Herluini comitis pœnitentia 175.a
Herluinus Rothomago præfectus Arnulfum interimit 215.216.a
Heriman Boemus 109.a
Hermannus Othonis Imp dux 217.a
Hernuſtus dux 54.a. 6.a. vide *Ernuſtus*
Herioldus Danorum rex 75.baptizatus 119.226. auxilium à Ludouico Pio petit 194.200. in regnum Danorum reſtitutus 196. vide *Herialdus*
Heriſtallium palatium 208
Heriſtelli locus 46. vide *Hariſtallium*
Heriueus archiepiſcopus Remenſis ſolus regi Carolo fidelis 148.a. Macerias caſtellum recipit 149. a. moritur 155.a
Heriueus Heriuei archiepiſc. nepos 204.a. 230.a
Hermannus archiepiſcopus 150.a
Heroldus Salburgenſis epiſc. 235.a
Heſſi 6. a
Heſtulfus archiepiſcopus 29.a
Hethius Treuirenſis archiepiſcopus 282
Hibernia 77
Hiboſe campus 40
Hiemis inſolẽtia 5.a. 34. a. 77.a. 118.a. 137.a. 140.a. 271.a. 244

Hieremias Senon. archiepiſcopus 297.a
D. Hieronymus 6
Hieroſolymitanus patriarcha 14.a
S. Hilarij caſtellum 424
Hildebaldus Mirnegardouurdenſis epiſcopus 234.a
Hildebaldus transrhenenſis epiſcopus 231.a.234.a
Hildebrandus Spoletanus dux 254.a 26
Hildegarda Caroli Magni vxor 100. 101. 160. 8.a.14.a
Hildegarius Beluacenſis epiſcopus 189.a.237 & 244.a
Hildegarius Colon. archiepiſcopus 4.a
Hildecheimenſis epiſcopus Tethardus 234.a
Hildigim Haberenſis epiſcopus 62.a
Hildricus Frãcorum rex deponitur 4.a.5
Hilduinus epiſcopus excommunicatur 152.a
Hilduini epiſcopi contentio de Tungrenſi epiſcopatu 149.a
Hilduuinus S. Dionyſij abbas 36.a. 227. 239. 309. fidem fallit 319
Hilgaudus comes 170.a. interemptus 172.a
Hilgaudi terra 171.a
Hilpricus rex Francorum fugatur 1.a.
Hilprici ſucceſſor 2.9.a
Hincmarus abbas 255.a
Hincmarus Remenſis epiſcopus 90.a. 386. vide *Ingumarus*
Hiſpanię rex Abulaz 23.a
Hiſpanis remiſſionis ſeu conceſſionis præceptum factum 288. 293
Hocholz 7.a
Hodoinus 191
Hodomia 275
Hodunſteti 57
Hoënchirche 376
Hohbuchi caſtellum 22.a.23.a.72
Hobnoki reſtauratũ 74
Hohſtedi in territorio Mogontiaco 55.a
Holſingi 61.a
Homburc 376
Hômouua 376
Horath Leouuicẽſis epiſcopus 235.a
Horoheim 3.a

Horologium artificio-ſum 19.a.63.
Horrea 376
Horic Danorum rex 66 a
Horuc Danorũ regis & Guduym nepotis mutua cædes 63.a
Hringus Hunorum cãpus 11.a. vide *Ringum*
Hruodtrudis Caroli Magni filia 8.a.21.a.
Hucbaldus monachus ab Vngaris vulnerari nequit 198.a
Huculin locus 30.
Huelpus comes 29.a
Hug comes Turonicus 73
Hugo abbas 467. Normannos cædit 408
Hugo abbas patruus Caroli Lud. Pij F. 49.a
Hugo Albus 203.a. 208.a.210.a.
Hugo Roberti regis F. 152.& 155 a.169.a.420. Magnus dictus 411. Franciæ & Burgũdiæ dux 216.a. Carolum in fugam vertit 157. a. Ludouicum ex Anglia ad regnum comes arcerſit,& eũdem princeps eiecit 235.a. 194.a. 298.a. 413. regem à Normannis captum liberat 224. a. filiam regis Anglorum vxorem duxit 174.a. Heriberti comitis caſtra obſidet 186. 187. 188. 189.190.a.&c. Burgũdiã partitur cum Hugone Richardi F. 196.a. Henrici imp. filiam vxorem ducit 199. a. Remos obſidet 205 a. ad ſynodum euocatus prædatur 240. a. excommunicatur 242. 243. a. 248 a. Lotharium regem Pariſiis ſuſcipit 260.a.
Hugonis Francorum ducis & Ludouici regis diſcordia 221. a. eorundem reconciliatio 201.a. 247.a. 249.a.255.a
Hugonis Rothberti F. & Heriberti comitis ſimultas 180. a. reconciliatio 193. a. 196.a
Hugonis Francorum du-

cis prælia cum Normannis 214.a.175.a. pactum cum Nortmannis 171.a.167.a. mot⁹ inanes 228.229 a.mors 414.262.a
Hugo Bertæ F.Italiæ rex conſtituitur 173.a. Romam obſidet 190.a.cum Albrico paciſcitur 196.a. regno depulſus 224.a.receptus 226.a
Hugonis Italiæ regis cũ Rodulfo rege colloquium 179 a
Hugo Capet 287.a. Hugonis principis F.267. comes Pariſienſis 289.a. 290.a. rex Francorum 291.a. 298.a. 415. 426
Hugo Capet non eſt regni inuaſor 293.a.Carolum Lotharingiæ ducem obſeſſum capit 294.295.a
in Hugone Capeto non defecit Caroli Magni progenies 292.a
Hugonis Capeti progenies 306.a
Hugo Heriberti comitis F. 171.178.a. archiepiſcopus Remenſis 206.207.a. 209.a. ad Synodum venire recuſat 231.a.232.a. excommunicatur 238.a
Hugo Lotharij ex VValdrada F. tyrannidem exercet 137.a
Hugo ex VValdrada à Ludouico rege ſuſceptus fidem fallit 140.a
Hugo niger Richardi F. 226.a. 206.a. 196. & 201.a.210.a
Hugo Rotgarij filius 268.a
Hugo timidus 118.134. 300
Hugo Tungrẽſis epiſcopus 225.a
Hugo Viennenſis 165.a
Hugo Virdunenſium epiſcopus 162.a. pellitur epiſcopatu 172.a. moritur 174.a
Humulfurt 378
Hunaldus Aquitaniæ dux 3.a. 160. in Aquitania rebellans capitur 6.a
Hunfridus Rhetiæ dux 118

Hungarius Traiectenſis epiſcopus 81.a
Hungari Burgundiam deprædantur 193. a. Gallias prædītur 172. a. Galliam & Gothiā inuadunt 164. 165. a. Italiam populantur 152.a.164 a. Lotharingiam deprædātur 158. a. cæſi 166. a. à Carolo Magno vaſtati 9. a. Chriſtiani fiunt 11.a
Hunorū princeps Capcanus 17. a. Caganus 18.
Hunorum controuerſiæ cum Sclauis 24.a. legati 8. a. theſauri Carolo Magno allati 11.a.
Hunulcurt 378

I

Ibana vallis 177
Ieſedis villa 156.a
Ieiunium triduanum 341
Ieſſe Ambianenſis epiſc. 16.a.55.120.
Ignis plaga 225.a
Ignobilium promotio intempeſtiua 113
Ilerda 171
Imaginis S.Mariæ ſplendor 33.a
Immo conſiliarius 265.a
Incō Nordmannus 185.a
Inda 141.a.376
Ingenarius comes 262.a
Ingileheim palatium 8.a
in Ingilenheim conuentus 35.a
Ingelheimenſis ſynodus 234.a
Ingoldeſtat 83
Ingrannus Laudunenſis epiſcopus 187.a
Ingumarus Remenſis epiſcopus 54. vide *Hincmarus*
Ingurrus Hunus 8.a.11.a
Innocentij Papæ decretalis 293.a
Iobias 453
Iocundiacum palatium 243.
Ioannes monachus quęſtionem de Sp. S. proceſſione mouit 20 a
Ioannes Papa 120.a.124. a. 152.a. 177.a. 270 a. 273.a
Ioannes Papa in Galliam fugit 133.a. in carcerem coniectus 177. a. 188. a. in carcerem moritur 179.a
Ioannes Papa Carolum

Caluum in imperatorem eligit 390.
Io innes presbyter de Veneciis 120.a
S. Ioannis mons 163.a 166.a
Ionium mare, pedibus calcatum 77.a
Irmingardis regina moritur 28.a
Irminſul idolum Saxonum 69. a. vide *Ermenſul*
Iſaac comes 164.166.a
Iſaac Iudæus 16.a.54.55.
Iſrahel Britto epiſcopus 231.a.
Italiæ regnum adipiſcitur Carolus Magnus 6.a.
Italiæ rex Berengarius 250.a.Bernhardus 25. a. Hugo, Rodulfus 171.a.Ludouicus filius Lotharij 75.a.
Itta fl. 160.a
Iudith Lud. Pij vxor 29. a.210.
Iudith reginæ & fratrum eius dehoneſtatio 120. 237. 301. reuocatio 130.131.247.248.306. 254.39.a
S. Iuliani monaſterium 223.a
Iuo Siluanectenſis epiſcopus excommunicatur 243.a
Iuppila 301. a
Iuramenti formula 77.a
Iuſtina 376
Iuuenacum 15

K

Karlus vide *Carolus*

L

Labola fl. 41
Ladaſdeus Dalmatię dux 214.
Laicorum iuramentum 406
Lambertus comes 34.a. 39.a
Langobardia 83.
Langobardorum imperator Berengarius 152. a.Bernardus 27.a. vide *Longobardi*
S.Lantbertus 121.a
Lapides ex æthere 33.a
Latrones coërciti 258. 259.
Laubiæ 378
S. Laudericus 378
Laudunenſis epiſcopus Adelbero 276.a.Adelmus 151.a.180.Gozber-

tus 180. a Ingrannus 187. a. Rodulfus 151. a 195. a. Rorico 244. a.
Laudunenſis pagus tempeſtate afflictus 175. a
Laudunenſis tumultus 193. a
de Laudunenſi comitatu contentio 174. a
Laudunenſis comitatus Rorgario datur 210. a
Laudunum clauatum 2. captum 154. a. 246. a. 295. a. ſolum é regiis ſedibus retentum 236. a. Tetbaldo commiſſum 226. a
Lauduno potitur Heribertus comes 177. a.
Lauduni arx capta 200. a
Lauenna villa 207. a. 278. a
Launus Egoliſmenſis epiſcopus 14.
S. Laurentius Leudenſis 378.
S. Laurẽtij monaſterium 185.
Lauresheim 141. a
Lazzi 361
Lecfeld 38
Lecho Boemanorũ rex occiſus 17. a
Lechoneogo Boemorũ dux 59
Ledi 378
Lemouicæ caſtellũ 424
Leo imp. 79
Leonis Cõſtantinopolitani imp. legati 200. 28. a. mors 214.
Leo Papa 11. a. 196. a. 45.
Leo papa Carolum M. coronat 15. a. ad imperat. Carolum venit 17. a. 57. 58. a criminibus ſe purgat 14. a. 52. 195. lingua truncata excæcatus 13. a. 48. ſedi Romanæ reſtituitur 92. moritur 26. a. 108. 198
Leo Spatarius 16. a
Leodegarius epiſc. 9
Leodicũ vicus public⁹ 15
Leouuicenſis epiſcopus Horath 235. a
Letaldus Burgundiæ comes 250. a
Leuteuitus Pannoniæ inferioris rector 209. vide *Liudeuitus*
Libertorum conſpiratio oppreſſa 47. a
Libra xx. ſolidorũ 145. a
Lidbechi 7. a

Lidae ripuẽſis epiſc. 235.a
Liduit Sclauorum orientalium dux 117.
Lieſi locus 7.a.25
Lieſthorp 57. ſiue Lieſtrop portus 66
Lilones 23.a
Lingonum vrbs recepta 195.a
Linoues 20.a. vel Linones 69.a.65
Linones molientes defectionem cõpreſſi 131.a
Liopracus Ribunenſis epiſcopus 235.a
Lippia fl. 7.a.71.
Lippeha locus 21.a
Litca locus 20
Litta 301.a
Liudeuitus Panoniæ dux rebellis 210. 211. 216 220. vide *Luideuicus*
Liutdulfus Othonis imp. capellanus 243.a
Liudulfus Othonis imp. F. in patrem inſurgit 256.a. Baioariæ principatum nanciſcitur 258 a. moritur 263.a
Lingæ 377.378
Liuni locus 11.a
Liutberga Taſſilonis vxor 39.40
Liutgarda Caroli Magni vxor 50
Lobadunenſe territoriũ 40.a
Locuſtarum multitudo 114.a
Lomenſis comitatus 378
Longeue 25
Longobardi Carolo M. ſubduntur 19
Longobardorum rex Adalbertus 416. Berengarius & Rodulfus 152.a. Deſiderius 6.a. Haiſtulphus 4.a. vide *Langobardi*
Lotharienſes ſe Rodulfo Regi committunt 160. a. relicto rege Giſlebertum principem eligunt 150.a. committunt ſe Heinrico transrheneſi 172. a. Ottonem regem deſerunt 201.a. 202. a. à Brunone duce deficiunt 265.a. cæſi 187.a
Lotharienſium dux Cõradus 225.a
Lotharienſium pactum cum Rotberto rege 156.a. prælium cũ Rotberto rege 157.a

Lotharienſium mutua deprædatio 259 a.
Lotharienſium obſides dati Othoni imp. 261 a
Lotharienſe regnũ Henrico Othonis imp. fratri traditur 206. a. à Carolo rege vaſtatur 152. a
Lotharingia a quo dicta 305. a
Lotharingiæ dux Bruno 257. a. Carolus 287. a
Lotharius Frãcorum rex nominetenus 1. a. moritur 2. a.
Lotharius, ſiue Hludharius Lud. Pij F. imperij fit conſors 27. a. imperator 32. a. 115. 219. 300. Italiæ rex 250. a in Baioariam miſſus 194. in Hiſpaniam 37. a. in Italiam 32. a. 118. 217. vxorem duxit 31. a. 118. 214. letaliter ægrotat 40. a. regnum cum fratribus diuidit 48. a patrem captum detinet 247. 248. 124. 127. 128. dimittit. 129. patris legatos retinet 265. patri Ludeuico & Carolo fratri reconciliatur 273. 274. 311. culpam apud patrem deprecatur 257. 133. 134. 311. Ludeuico fratri reconciliatus Karolum auerſatur 51. a. monachus effectus moritur 65. a
Lotharij coniuratio in patrem Lud. Piũ 121. 122. 123. 238. 300. 301. ſcelera 359. pertinacia & ſæuitia in patris vaſallos 131. 256. 257. 258. 307. filia rapta 50. a. irruptio in regnum Ludeuici fr. 345. cum Ludeuico colloquiũ 52. a pactio cum fratre Carolo 321. conatus vt fratres regno pelleret 315. 316. & ſequentibus. alter conatus 345. 346. & ſequ. diſſenſio & prælia cũ fratribus 44. 335. 338. fuga 358. ſupplex legatio ad fratres 363. 364. fœdus cum fratribus 365. 366. 367. 372. [illegible]mores 266. regni diuiſio inter fratres 360. 364. 376. 377.

Lotharius

Lotharius Lotharij F. patri ſuccedit 65.a. fœdus cũ Carolo contra Ludouicum patruum init 68.a. 69.a. dimiſſa legitima vxore aliam ducit 80.a. 92.a. 96.a. 94.a. moritur 98.a

Lotharius Ludouici Trãſmarini F. Galliæ rex 414. 425. 259 a. 298.a. contra VVillelmũ Pictauenſem exercitum ducit 260.a. Diuionẽ obſidet 266. 267.a. vxorem ducit 273.a. Lotharingiã ſibi ſubigit 287.a. Othonis Imp. exercitum profligat 288. 289.a. cum Othone Imp. pacificatur 290.a

Lotharij regis pactũ cũ Brunone auũculo 265.a. mors 291.a. 414. epitaphium 428

Lubeliacum villa 422

Luceria dedita 16.a

Luçerna [illegible]

Ludouicus Balbus Caroli Calui F. rex Francorum 416. dictus Nihil 408. moritur. 409

Ludouicus Burgundionum rex 297.a

Ludouicus Pius Caroli Magni F. natus 162. Romæ conſecratus 163. 7.a. Aquitaniæ rex & Imperator fit 77. 299. 25 102. 192. patri ſuccedit 25.a. à Stephano Papa coronatur 110. 199. in Aquitaniã puer miſſus 163. Barcinonam expugnat 173. paterna bona diſtribuit 105. 192. 299. Bernardi nepotis rebellionẽ coërcet 205. Stephanũ Papam honorifice ſuſcipit 198. cum porticu corruit 201. cur nepotem Aquitaniæ regno priuarit 277. filiis honores confert 27 regnum amiſit & recepit 297.a. regni partem Carolo F. aſſignat 308. 309. diuerſos legatos excipit 106 193. 208. 209. à ſuis derelictus & à filio captus 123. 124. à filiis oppugnatur 39.a. 121.

122.123.303.304.à Lothario captus tenetur 248. 301. liberatur 129.302. 305.in regnū reſtituitur 250. 251. 252.253. filiis reconciliatur 273.274. 275. 276. Lotharium filiū perſequitur 307. Lothario reconciliatur 42.a.311.312. Lothariū imperatorē deſignat 115. Ludouicum filiū rebellem perſequitur 41.a. 43.a. 279. 280. 281 310. Ludeuico filio peccata remittit 284.285

Ludeuici Pij admonitio ad Lotharium filium 131. anima tormentis eximi flagitat 119.a. clementia 214. 215. 231.240.241. conceſſionispręceptum Hiſpanis factū 288.293. diſſidiū cū filiis 38.a. epitaphium 287. exauctoratio apud Cōpendium palatiū 136. 249.250. expeditio in Britones 117.119.207. 34.a. in filios 39.a. in Hiſpaniā 170.171.176. 181.228.229. in Italiā 166. in Pannoniā 212. in Sarracenos 119. in Sclauos 108. in Sclauos Margenſes 64.a. in Sclauos orientales 117. in Sclauos Sorabos 197. filiorum diſſenſio 297. fratres monachi 117. 299. 300. habitus corporis & mores 111.112. indoles optima 100.nimia indulgentia 373. iuſtitia in regni adminiſtratione107. lenitas 129. morbus,mors & ſepultura 282.283.285.286. 287.279.314.44.a.palatia in Aquitania168. patientia 127. pœnitētiā publica 215.31.a. peccatorum cōfeſſio capitulis deſcripta 143. pietas & religionis feruor 184. 202. pietas in filiū 262. regni inter filios diuiſio 30.a. 42.a. 148. & ſequent. 213. 300. 312. 273. ſobrietas 158. teſtamentum 283.virtutes 158.vitia 113.vxores & liberi 28.a.29.a.101

117.170.210.300.194.
in Lud. Pium procerum & Pippini filij & Lotharij coniuratio 120. 235.236.238.244.245.
Ludeuicus rex Ludeuici Pij F. Baioariam, Saxoniam & ceteras regni partes componit 60. a contra Bulgaros miſſus 37.a.contra Carolum fratrem exercitum in Galliã ducit 69.70.71.a.pacem init cum Danis 113. 114.a. Raſticen obſidet 89.a. Obodritos domuit 49.a. paterna regni diuiſione offenditur 274. 275. contra patrẽ inſurgit 41. a. 42. 121. 123. à patre fugatur 43.a.310. 314. Alemanniam inuadit 314. 279. Dalmatas ſibi tributarios facit 66.a. libertorum cõſpirationem cõpeſcit 47.a. Saxonũ motus componit 361. 362. 363.368.cum ædificio corruit 102.a.letaliter ægrotat 98.99.a. pro patris liberatione laborat. 127. 128. 250. 302.304. fratres nititur reconciliare 50.a. 51.a. à fratre Lothario vi & dolo petitur 316. 327. 328. ſe cum Carolo fratre contra Lotharium iũgit 332.333. 335.351.fratrem vincũt 338. cum Carolo Lotharij regnum diuidit 360. 361. 376. 377. fratrẽ ac nepotes ſibi reconciliare ſtudet 75. a. 76.a. exercitum contra Carlemãnum filium in Carentanos ducit 80.a filio Ludeuico rebelli reconciliatur 93.a filiorũ animos exaſperat 105 a.107.a.filioru diſſidia cõponit & regnũ inter eos diuidit 106.a
Ludeuici regis Lud.Pij F. bonitas 111.a.cũ Lothario colloquiũ 52.a.colloquium cum nepote Lothario 66.a. diſſenſio & pugna cum fratre Lothario 44.a.45.

decreta in conuentu Erfurdenſi 61. a

Ludouici & Caroli Lud. Pij filiorum mutua pactio 351. 352. 353. cōcordia 355. deliberatio de regno Lotharij fratris 359. prælium ludicrum 356. fœdus teſtibus firmatum 90. a

Ludeuici regis Pij F. pactio cum fratre Lothario 316. 217. fœdus cum fratre Lothario 364. 365. 366. 367. &c. 372. pax cum Carolo fratre & Lothario nepote 77. a. vxor Hemma 121. a. 124. mors 126. a

Ludeuicus & Carolus Ludeuici regis filij, Pij N. cōtra patrem inſurgunt 104. a. eidē recōciliantur 107. a. regnū inter ſe diuidunt 130. a. 132. a.

Ludeuicus Lud. regis F. Lud Pij N. patri rebellis, eidem recōciliatur 92. 93. a. in Aquitaniam miſſus ad Caroli patrui tyrannidem inquirēdam 62. a. à periurio purgatur 136. a. Carlmanum fratrē in Baioaria inuiſit 135. a. Carolū patruum cædit 129. a. pacem petit 132. a. Normannos ſtrauit 137. a. Sorabos deuicit 99. a. obit 135. a. 141. Eius legatio ad Carolum patruum 127. a

Ludeuicus Trāſmarinus, Caroli Simplicis F. rex Francorum 298. a. 420. ad Anglos fugit 411. in regnum patriū reuocatur 413. rex ordinatur 194. 195. a. plurima caſtra recipit 199. a. 200. a. Normānos in fidem recipit 204. a. à Viennēſibus & Aquitanis recipitur 211. a. ab omnibus ſuis ſuſcipitur 212. 213. a. Remos obſidet 222. a. 227. a. à Normannis comprehenſus 224. a. & dimiſſus 225. a. poſt anni cuſtodiam regno reſtitutus 226. a. Laudunum capit

246.a. moritur 258.a. 414
Ludeuici Tranſmarini regis & filiorum Heriberti diſcordia 217
Ludeuici Tranſmarini & Hugonis ducis diſcordia 221. a. reconciliatio cum Hugone duce 248.249.a. 255.a expeditio in Normannos 220.a filij 211.a. 221.a. 258.a. mater 253. a. pactio cum Ottone imp. 213. a. probra in Ottonem imp. 218.a. querimonia in ſynodo 235.a. vxor 203.a. 414
Ludeuuicus Lotharij F. Italiæ rex 75.a. Italiæ imperator moritur 122.a. eius epitaphium 427
Ludouicus Lotharingiæ dux Caroli F. 296.a
Ludouicus v. Frãcorum rex Hugoni Capet cõmendatus 291.a. 298.a rex Francorum iuuenis moritur 414. 415. 426.
S. Ludouicus rex 296.a
Lugdunum 378. ſubactũ 2.a
Lugdunenſe 378
Lugdunenſis archiepiſc. Agobertus 259. Remigius 379
Luitbertus archie. Mog. 118.a. idem Luibertus 80.a.90.a.110.a
Luideuicus Sclauus in Pannonia rebellans 29.a. interficitur 32.a. vide *Liudeuitus & Leuteuitus*
Luitoſa 378
Lullus Mogontinenſis archiepiſc. 5.a
Lunæ defectus 172.a. vide *Eclipſis*
Lupus Acinarius Vaſco 187.a
Lupus Vaſco in exilium relegatus 29.a
Lupus Centulli VVaſco rebellis 109
Lutera 376
Lutrahahof 83
Luua fl. 327
Luxouium 376.

M

Maalinæ 378
Maceriæ munitio 266.a
Maceriæ caſtellum ab ar-

chiepiſcopo Remenſi receptum 149 a
S.Macræ eccleſia 197.a
apud S. Macram Synodus 194.a
Madaſcona Galliæ vrbs 47.a. 367. expugnata 139.a
Maghelmus de Baioaria 33.a
Magnacum 15
Magni loci monaſteriũ 185
Magontia 126.a. obſidetur 257.a
Magontię murus reſtauratus 142.a. vide *Mogontia*
Maiolus Cluniacẽſis abbas 427
Maioris domus poteſtas 4 a
Maiores domus 1
Malcallinus abbas 277.a
Malfridus 39.a
Mallus 404
Mallus comitis 289
Malmundarium 141.a
Manaſſes comes contra Normannos 167.a
Mangana 453
Manſuariorum comes 345
Manſus 204
Manus abſciſſa, ex integro reſtituta 219.a
Manuuium caſtrum 267.a
Marahenſes Sclaui ducẽ ſibi conſtituunt 105. a. armis & equis nudati 107. a. vide *Margenſes*
Marauorum nuntij 146.a
Marcha Baioariæ 8.a
Marca Hiſpanica 37.a
S. Marcellini & Petri corpora 230.37.a
S. Marcellus 378
S. Marcelli reliquiæ 37. a
Marchiones 164
Marcilum 246.a
Marcuuardus abbas 131
Margenſes Sclaui 51. a. 64.a. 69.a. 80.a. vide *Marahenſes*
S. Maria in Biſinciono 378
S. Maria in Donant 378
S. Mariæ abbatia Lauduni 253.a
D. Mariæ imago mire ſplendida 33.a

S. Mariæ monaſterium 185
S. Mariæ monaſterium in Rubine 186
S. Mariæ puellare monaſterium 185
Marıliæ 378
Marinus epiſcopus, ſynodi præſes 234.a
Marinus papa 266.a
Marleua 15
Marmanus Brito 207
Marrocia potens femina 179.a. 188.a
Maroillum 246.a:254.a
Marſna 301.a
Martiliacum caſtrum 417
S. Martinus in Biſincio-no 378
S. Martinus Turonis 14.a
S. Martini ecclesia Turonis ſuccenſa 61.a
Martis campus 4.a
Martis ſtella 48
Maſa fl. 107.a
Maſa gouui 308
Maſau ſubterior 376
Maſau ſuperior 377.378
Maſciacum monaſteriũ 185
Maſonis monaſterium 376
Matarium caſtrum 417
Mathfridus malorum inuentor 134
Matualis in Cenomannico pago 257
S. Mauricij monaſterij vicus 208.a
Maurienna vallis 4.a
Mauri monaſterium 248. 376
Mauri ſagacitas 180
Mauri Piratæ 13.a. Beneuentum occuparunt 48.a. Romam cum exercitu adeunt 51.a. Sardiniam & Corſicam vaſtant 70. cæſi 64. victi 19.a.78.79
S. Maxentij monaſteriũ 185.424
S. Maximini caſtrum 376
S. Maximini monaſteriũ 225.a
S Medardi monaſterium 158.a.186.a.219.a.248
S. Medardi monaſterium Sueſsione 59.a
S. Medardi monachi 344
Medenenti 156
Mediofalli locus 26. ſiue Medofulli 7.a
Mediolanenſis archie-

piſcopus Tado 84.a
Meginarius vir ſapiens 169
Megeni 376
Meginenſes 377
Mel in ſpicis inuentum 151.a
Melaclocus 68
Meldenſis ſynodus 269.a
Mella 378
Melodunum caſtrũ 384
Meltianum 155
Menatæ monaſteriũ 185
Mendacij campus 123. vide *Campus*
Menpiſcon 155.
Mercurij ſtella 62
Merlegium villa 248
Merouingorum ſtirps regnare ceſſat 4.a
Merrebecchi 378
Mettis ciuitas 377
Mettis & VVormatiæ diſtantia 368
Mettenſis epiſcopus Albero 179.a. Adhelbero 231.a. Benno 175. a. Drogo 219. Gundulfus 219. Philippus 209.a. VValah 142. a. VVigericus 160.a
Metenſis ſynodus 81. a. damnatur 81.a
Metenſis ſynodi damnatæ capitula 83.a
S. Michael 378
S. Michaëlis monaſteriũ 424. 425. 278.a
Michaël Frigiæ patricius 15.a.47
Michael imper. Græcorum 24.a. 214. pacem cum Carolo Magno initam confirmat 76
monachus fit 79
Michaëlis imp. legati 193 230.
Michaël Radiſponenſis epiſcopus 255.a
Miliciacum 363
Milidunenſis pagus 308
Milido 347
Miliduoch Soraborum dux 18.a.60
Milo Catalaunenſis epiſcopus 185.a.186
Mimidenſis epiſc. Hadavvart 62.a. Theotricus 62.a
Minda 47
Mindenſis epiſcopus Eueris 235.a
Miracula 156.a. 167. a. 182. a. 190. a. 209. a. 270.a
Mirnegardouurdenſis e-

piſcopus 234.a
Mirnegardus Vurdenſis epiſcopus 231.a
Mochin 43
Moguntia terræ motu concuſſa 76.a.63.a.110.a. 141. a. vide *Magontia*
Mogontina ſynodus 25.a.51.a.59.a.67.a.78.
Mogontinus archiepiſc. Carolus 65.a. Bonifacius 4.a. Fredericus 228.a. Luibertus 80.a. Lullus 39.a. Otgarius 51.a. 283. Rabanus 51.a. Richolf 8.a
Moguntinus pons conflagrauit 25.a
Moilla comitatus 308
Moimari nepos Raſtiz 51.a
Molant 308
Molbarium 378
Moltonium 419
Monaſteria a Ludeuico Pio ædificata 185
Monaſteriolum caſtellum 179.a. 201.a. 229.a. captum 233.a
Mons acutus 248. a. 295.a
Mons Falconis 378
Montis Falconis canonici 209
Mons felicis 254.a.252.a
Mons S. Ioannis 166.a
Mons martyrum 219.a. ſeu Mons martis 471
Mons villa 15
Montenſis comitatus 287.a
Monterio 15
Montiniacum caſtrum 199.a. 217.a. dirutum 221.a
Morbarch 376
Morhardus comes palatinus 128
Morienna 82.
Morinenſis epiſc. VVicfredus 241.a
Moritana munitio ſuper Scaldim fluuium 177.a.183.a
Mormanus tyrãnus 28.a
Mors Gothorũ locus 165
Moſellis 156
Moſienſis comitatus 377
Moſlenſis comitatus 377
Moſminſe 378
Moſomum 160. a. 181. a. 214.a. obſeſſum 229.a. deditum 239.a
Muiniacum 423
Mulier panes coquens

die S.Laurentij 102.a
Mulier pſeudo-prophetiſſa 51.a
Murmannus Britto occiſus 117
Muſciacum monaſteriũ 185
Myſſan Boemus 109.a

N

Namuurum caſtrum 267.a
Namurſiæ comes 296.a
Nanneticus pagus Nortmannis conceſſus 152.a.175.a
Nantarius abbas S. Otmari 66
Nantogilus 254
Narbona 295. obſeſſa 2.a
Narbonenſis prouincia vaſtata 79
Nauarri ad fidem Caroli reuerſi 61
S.Nazarius 40.a
S. Nazarij monaſterium 121. vulgo Laures-heim 141.a
Neiriacum 419
Nemauſus a Francis capitur 3.a
Nemetum 46.a.126.a
Neuſtria 457. Carolo Ludouici Pij F. tradita 271.
Neuſtriæ XII. comitatus Griphoni dati 4.a
S. Nicaſij arca 265.a
Niceforus imp. in prælio moritur 76
Niceforus imp. occiſus 24.a.420.421
Nicefori imp. claſſis 61. legati 16.a.56.72
cum Nicephoro pax inita 23.a
Niceta Siciliæ præfectus 12.a
Nicetius Lugdunenſis epiſcopus 7
Nicolaus Apoſtolicus 76.a, excommunicatur ab epiſcopis duobus 87.a
Nicolai pontificis decreta de ſynodo Metenſi 82.83.84.85.86.a
Nicolai Papæ epiſtolæ diuerſæ 95.a
Nicolaitarum hæreſis 119.a
Nimia locus 61.a
Nitchouua 377
Nithardus 338. 360. 372.
Nitenſis pagus 121. a 139.a

Niu monaſterium 376
Niuernis ciuitas 82.173
Nix ſanguinolenta 77.a
Nodhun vvig 363
Nomenoiuus Britannorum dux 324
Nonantulæ monaſt. 77
Nonantulæ abbas 25.a. 231.
Nonna 285.a
Nordanimbrorum regno pulſus Eardulfus 20.a
Nordanimbrorū rex 66.
Nordleudi baptizati 26.
Nortliudoru ſeditio grauiter punita. 47
Normannia 412. antea Marca Franciæ & Britanniæ 424
Normanni iidem & Dani 412. Aquitanniam vaſtant 213. Britīniam in cornu Galiæ depopulantur 148.a. Britones ad internicionem cædunt 220 a. cęſi. 77. 137.a. 140.a. 157.a. 167. a. 171.a. 172.a. 194.a. 408. 412. 417. 480. Chriſtiani fiunt 152.a 412. Doreſtatum incēdunt 51.a. fœdifragi 38.a. 160.a. 169.a. 479 Franciam deprædantur 407. 408. 410. xx. annos Franciam afflixerunt 63. a. Friſiam vaſtarunt 71. à Friſionibus victi 124.a. Gallias vaſtant 139.a. 49. a. in regnum Galliæ ſuſcipiuntur 56.a. pacem petunt 161.a. pacem incunt cum Frācis 165. a Pariſios obſident 432. 435. Saxones vincunt & XII. comites occidūt 137. a. 138. a. Turonenſes prædantur 61.a
Nordmānorū claſsis 200 nauium, & geſta 21. a. excurſiōes & vaſtationes inſolitę 39.a. 40.a 140.a. 142.a. 159.a. 363. munitio ad littus Moſæ 142.a. pax cum Frācis 175.a. prælia in Freſia 49 a. reges & principes 143.a. princeps Ragenoldus 159. a. princeps VVillelmus 188.a. princeps Rollo 170. a. dux Felecan 184.a. dux Incon 185.a

reditus in patriam & clades 63.a
Normannis Britannia conceſſa 152.a. Euangeliũ prædicatum 32.a. pax cõfirmata 224.225. pecunia à Francis pacis cauſa data 162.a.173.a.476
Norici 2.a
Noricæ alpes 120.a.vide *Alpes*
Norbertus Regienſis epiſcopus 193.196
Northgouue pagus 83
Nota Franciſca 35
Notingus epiſcop. 68.a
Notra fl. 15
Nouiliacum monaſterium 185
Nouiomagum 30.a.41.a.60.120. à Normannis occupatum 139.a. à Nordmannis direptum 169.a
Nouiomagenſium præſul Franſmarus 196.a. VValibertus 196.a
Nouiomenſis epiſcopus Airardus 185.a. Fulcarius 259.a. Hadulfus 261.a. Rodulfus 249.a. VValbertus 186.a.
Nouiomenſis pagus direptus 189.a
Nouorum hominum inſolentia 113
Nuſcia 171

O

Obacra fl. 3.a.20
Obodritorũ dux Ceadrogo 29.a. rex Gozzomuil 49.a. dux Sclaomir 27.a.29.a. Tabamuizil 79.a. Thraſco 21.a. Traſugo 12.a
Obodritis pagi Tranſalbiani dati 17.a. vide *Abodriti*
Octauianus Papa 260.a.272.a.416
Oculorum dolor epidemius 132.a
Odalricus Aquenſis epiſcopus Reméſem epiſcopatum adminiſtrat 177.a.231.a
Odalricus Remenſis epiſcopus 270.a
Odalrici comitis filius 267.a
Odelricus Auguſtenſis epiſcopus 234.a
OdiloBaioariorũ dux 3.a

Odo Abbas 212.213.a
Odo Aquitaniæ dux rex Francorum 297.417. comes Pariſienſis, poſtea rex 441.449.480
Odo comes 255
Odo Heriberti F. 174. 177.a.189 a.
Odo Roberti Andegauenſis F. regni gubernator 409
Odornenſis pagus 308
Odornenſe 377.378
Oeſtarſait 66
Offonis villa 376
Ohsburg caſtrum 3.a
Oliba epiſcopus Egoliſmenſis 417
Oliſippona direpta 13.a. 48
Olitana conſuetudo 379
Oliueti montis claues 52
Oloha 12.a
Oltum monaſteriũ 40.
Omortag Bulgarorum rex 33.a
Ondulſtetin 57
Oraim locus
Orbacenſe cœnobium 198.a
Organũ hydraulicũ 36.a
Orobiotæ 67
Ortona dedita 16.a.55
Oſanna puella abſq. pane & carne victitans 150 a
Oſca 171.181
Oſcæ præfectus 50
Oſcellus inſula 382
Oſtfalaa locus 171
Oſtfalai 30
Oſneburgẽſis epiſcopus Dodo 235
Orgarius Ambianẽſium præſul 177.a
Otgarius Mogontinus epiſc. 51.a.283. 237.351
Otho Burgundiæ dux 267.a. moritur.272.a. 298.a
Oto Comes 69.a
Ottonis & Boſonis contentio 166.a
Otto I.Henrici F. imperator 195.a. 293.311.a. 416.419.420
Romæ coronatur 268.a. auxilium fert Ludeuico Franciæ regi 227.a.239.a. Italiã adit 253.a. Roma Coloniam redit 272.a. à Lothario rege infeſtatus Gallias deprædatur 288.a.Lotharienſe regnũ deuaſtat 292.a

Lotharienſes ſubigit 203. a. obſides à Lotharienſibus accipit 261. a. Henrico fratri Lotharingiam tradit 206. a. in Sarmatas proficiſcitur 264. a. feliciter cum Vngaris pugnat 260. 261. a. VVenedos & Hungaros ſibi ſubdit 249. a. in expeditione Italica Romæ moritur 290. a. Othonis imp. Liudulfi filij & Conradi ducis diſcordia 256.a

Othonis regis & Ludeuici regis ſimultas 216.a.218.a. fœdus cũ Ludeuico rege 213. a edictum 252. a. ſoror Ludouici Tranſmarini vxor 414. vxor 227. a. 253.a

Ottho Lotharienſium dux 215.a.217.a

Otto II. imp. 420. 291.a

Otto III. imperator 426

P

Padraprunno 13.a.50.a

Padrabrunni conuentus 7.a

Paderburnenſis epiſcop. Dudo 255.a

Pallium 162.a

Pampilona deſtructa 7. a.24

Pampilonenſes ad fid m Caroli imp reuerſi 61

Panes atramento nigriores 103.a

Pannonia vaſtata 9. a. 30.a.

Pannonum dux Ludeuicus rebellis 29 a

Pannonum duces à Bulgaris pulſi 37.a

Pannonici limitis cuſtodia 78

Panticona villa 71.a

Papa Adrianus 6.a. 96. a. Agapitus 226.a. Eugenius 33.a Gregorius 37. a. Iohannes 120. a. Leo. 11.a. 195. a. Marinus 226. a. Octauianus 260 a. Paſchalis 27.a. Nicolaus 76. a. Sergius 48. a. Stephanus 4. a. 26.a. Valentinus 229. Zacharias 4.a

Papia obſeſſa 19. ab Hungaris ſuccenſa 164 a

Pariſiacus pagus 308

in Pariſiaco agro tempe-

ſtas horribilis 219.a
Pariſiaci Normannos deprædantur 169.a
Pariſienſis vrbis obſidio 432.433.435
Pariſienſe ſuburbium incenſium 288.a
Pariſiis miracula 225.a
Paronna 411.ſiue parrona 163.a
Paroni 456
partenſis pagus 308
S. paſcentij monaſterium 185
paſchalis nomenculator 53.
Paſchalis papa 27. a. 110. 201.ſe de obiectis purgat 118. 220. moritur 33.a.
Paulus Cefaleniæ præfectus 71.
paulinus Foroiulienſis patriarcha 16.a
pedriacenſe 423
Perona 163.a. 180. a. ſiue Perrona 191.a.vide *Paronna*
Perona obſeſſa 187.a
Perſarum rex Aarō 16.a
Perſarum regis munera Carolo M.miſſa 63
Pertica ſaltus 350
Peſtilentia 30.a.33. a. 121. a.132.a.145a.174.a.190. a.261.a.54.
Petræ pons caſtrum 200 a.206.207.a.
Petragorica 417.
Petrariæ 22
Petrus Nonantulæ abbas 25.a.193
D. Petri baſilica Coloniæ conſecrata 103.a
S.Petri eccleſia Romæ à Mauris vaſtata 51.a
S. Petri de Ferrariis monaſterium 185.
D.Petri translatio 37.a
Philippus Auguſtus Frācorum rex 296.a
Philippus Metenſis epiſcopus 309.a
Pictauenſis pagus 267.a
Pictauium obſeſſum 260.a
Pictauis baſilica S. Hilarij incenſa 2.a
Pidus riuulus 248.a
Piliacenſe 423
Pinguia vrbs 73.a
Pippinus Anchiſi F.1.a. eius vxor 1.a
Pipinus Auſter maior domus 296
Pipinus puſillus 296.a

Pippinus Caroli F. Pipini N. maior domus 3. a. Papæ auctoritate regnum Francorum ſuſcipit 5. 11. Sueſſione coronatur 4.a. moritur 6.a
Pipini regis geſta 4.a
Pipinus Caroli Magni F. Romæ baptizatus 7. a. Italiæ rex 72. eius coniuratio contra patrem 10.a. expeditio in Pannoniam 46
Pipini Caroli Magni F. mors 72. 101
Pipinus Pipini F. Lud. Pij N. Aquitaniæ rex 277. 242.
Pipinus Ludouici Pij F. vxore ducta in Aquitaniam miſſus 32.a. 164. 217. patris monitu erepta eccleſiis reſtituit 267. patrem captum liberare nititur 250. 251. 302. 204. Vaſcones ſubegit 29.a. à patre regno priuatur 38.a. moritur 41.a. 273 313. Eius coniuratio in patrem 120. 122. 236. correctio & cuſtodia 242. 243.
Pipinus nepos Karoli monaſterio includitur 59.a
Plectrudis Pipini vxor 3. Carlo infenſa 1.a
Poetæ nobiliſſ. verſus 143.a
Polaſſa locus 15
Polemniacum 376
Pons Mogontinus crematus 25.a
Pontigo fiſcus 255.a
Pontigonenſis ſynodus 297.a.
Pontium 155
Poppo ciuilis belli auctor 145.a
Poppo comes Sclauos proſternit 138.a
Poppo Friſonũ dux. 2.a
Poppo VVirtziburgenſis epiſcopus 234.a
Populonium 67
Porcenſis pagus 172.a. 210.a
Porcinſes pagus 188.a
Portenſe 378.
Potiano 156
de Prædeſtinatione error 53.a
Praidem vel Proadem 250.a

Presbyteri ſub cappa diabolus latuit 74.a
Probus presbyter religioſus 76.a
Procaſpis 376
Prodigia 32.a. 42. a. 43.a.63.a.67.a.82.84. 96.a.102.a.110.a.151.a. 155.a. 174.a. 191.a.221. 219..a.414.
Prouincia regio a Francis recepta 3. à Lothario ordinata 50.a
Prumia abbatia 377.141. a.65.a
Puella a cibo abſtinens 32.a.35.a.150.a

Q

Quæſtionarius 61.a
Quentouico 156
S.Quintinus 158.a. 176.a
S. Quintini caſtrum 181. a.189.a.192.a.163.a.obſeſſus 186
Quium 471.

R

Raba fl. 42
Rabanus Fuldenſis abbas 32.a
Rabanus Moguntinus epiſcopus 51.a.65.a
Rabani archiepiſcopi Mogũtini beneficentia erga pauperes 57.a
Rabani ſophiſtæ & poëtę encomiũ crucis 49.a
Radantia 43
Radasbona Baioariæ ciuitas 99.a.124.a
S.Radegundis 8
S. Radegundis puellare monaſterium 185
S. Radegundis caſtrum 260.a
Ragembaldus Ambianenſis epiſc.245.a
Ragemundus Gothiæ princeps 187.a.217.a
Ragenardus inuaſor mõtis S.Ioannis 163.a
Ragenarius 449
Ragenarius comes 262.a 263.a.
Ragenarij & Gisleberti contentio 166.a
Raginarius Longi-collis 283.a
Ragenoldus comes 230. a. 241.a. 246. 248. a. 254.a.259.a. 250. a. excommunicatus 273.a
Ragenoldus Nortmannorum princeps 159.a Burgundiam populatur 167.a
Ragenoldi Normanni

pactio cum Hugone 166.167.a
Raginfredus Danorum rex 75.24.a
Raginfridus maior-domus fugatur 1. a. ca itur 2.a
Rainbaldus Spirenſis epiſcopus 234.a
Ranulfus vicecomes Pictauienſis 417.418
Raſtiz dux Margenſium Sclauorum 51.a. rebellis 64. a. fidē Ludeuico regi promittit 90.a. captus in ergaſtulum truditur 101.a. oculis orbatus 104.a
Raſtizis ineffabilis munitio 98. a. inſidiæ in nepotem detectæ 101.a
Ratbodus Friſonum rex 1. a
Rotharius Fuldenſis abbas 16.a.28.a
Ratisbonenſis epiſcopus Embrico 110. a. Michaël 235.a
Ratisbonenſis ſynodus 42
Ratolfus Sorabici limitis cuſtos 118.a
Rauenna reddita 5.a
Rauciacū munitio 259. a.241.a
Rauga munitio 190.a
Raynaldus comes Portinenſis 274.a
Recienſis pagus 130.a
Reganespurg. 9.a.61.a. 78. a
Regenerus 300.a
Reginardus cameræ præpoſitus 206
Reginbericor epiſcopus 62. a
Reginerius palatij comes 206
Reginoldus regis Danorum nepos 19.a
Regum Francorum genealogia 303.a
Remegenſis 156
Remēſis archiepiſcopus Artoldus 184.a. Hebo 124. Heriueus 148. a. Hincmarus 90. a. Ingumarus 54.a. Hugo 207.a. Odalricus 270. a. Seulfus 155.a
Remenſis comitatus eccleſiæ Remenſi collatus 204.a
Remenſis eccleſia donis dotata 365.a
Remēſis eccleſiæ arcua-

tum opus deſtructum 275.a
Remẽſis epiſcopatus Heriberto comiti commiſſus 171.a. diripitur 219.a
Remẽſis epiſcopatus miniſterium Odalrico commiſſum 177.178.a
Remẽſis pagus diripitur 184.a
Remẽſis ſynodus 78.25.a
Remenſis vrbis moneta 204.a
Remorum vrbs obſeſſa 184.a.205.a.222.a.227
Remis miracula 150.a. 167.a.181.182.a.190.a
Remigius Lugdunenſis archiepiſcopus 379.386.
S.Remigij corpus 173.a
S. Remigij monaſterium 266.a
S.Remigij terra in Lugdunẽſi prouincia 163.a
Reni inſula prope Ingilenheim 44.a.75.a
Reni littus occidentale 126.a
Reric emporium 21.a.66
Reſtis villa 244
Reula monaſterium 429
Ribbitto Treuerenſis archiepiſc. 17.a
Ribuariæ 155.vide *Ripuariæ*
Ribuarius pagus 156.a
Ribuariorum fines 308
Ribunenſis epiſc Lioptacus 235.a
Richardus Burgundiæ princeps 297.a
Ricardus marchio de Burgundia 151.a
Richardus Nordmannus VVillelmi ducis F.266 a. 268.a. 292.a.
Richardus VVarerij F. 183.a
Richarius abbas epiſcopus Tungrenſis ordinatur 152.a
Ricarius Tungrenſis epiſcopus 188.a.225.a
Richarij abbatis contentio de Tungrenſi epiſcopatu 149.a
Richoinus Pictauus comes 193.196
Richolf Moguntinus eſcopus 8.a
Richoo VVarmacenſis epiſcopus 234.a
Ricuinus infidelis regi ſuo 151.a

Ricuinus in lecto occiſus 157.a
Rihboto abbas .49.a
Rimia locus 31
Ringum villa 46. vide *Hringus*
Ripuaria tota à Normãnis vaſtata 141 a
Ripuariæ 377. vide *Ribuariæ*
Ripuenſis epiſcopus Lidac 235.a
Riuda Burgundionum 338
Robert Trouſſi 456
Roberti Andegauenſis comitis filij 409
Robertus Galliæ Celticæ rex 297.a.299.a
Robertus rex Francorũ 302.a. Carolum Simplicem cũ exercitu inſequitur 153.154.a. in prælio interfectus 420 Roberti Andegauẽſis F. tyrannidem affectãs in Sueſsionicis campis perimitur 400. 401. vide *Rotbertus*
Robertus Hugonis Capeti F. rex Francorum 292.a. primus rex Frãcorum in tertia progenie 416
Robertus Odonis comitis frater 442.449
Robertus Turonenſis epiſcopus 182.a
Rodbertus comes, alter Machabæus 95.a
Rodomum ciuitas 14. 170
de Rodomo Nordmanni 169.a
Rodulfus Fuldenſis monachus doctor egregius 91.a
Rodulphus comes palatij 66.a
Rodulfus Biturigum archiepiſcopus 179.386
Rodulfus comes, Heluidis F. 174.a
Rodulfus de Gaugeio 171.a. vel de Gaugiaco 214.a
Rodulfus Iurẽſis & Cisalpinę Galliæ rex 198.a. 193.a. in regnũ Italiæ aſciſcitur 152.a.cũ Berengario confligit 162.a. Vngaros ſternit 164.165.a. regno Italiæ pellitur 173.a
Rodulfus Laudunenſis epiſc. 151.195.a.234.a

237.a.244.a. proditio-
insimulatus 203.a
Rodulfi Normanni ſuperbia punita 115.a
Rodulfus Nouiomenſis epiſcopus 249.a
Rodulfus Richardi F. rex Frãcorũ 158.a.298.a.412. Aquitaniæ principem in fidẽ recipit 162.a. Aquitanos ſubigit 180.a. pacem facit cum Carolo Simplici 179.a. Remos obſidet 184.a. Heriberti comitis caſtella obſidet 186 187. 188.a. in prælio contra Nrmannos vulneratus 172a. Normannos cædit 180.a. 417.
Rodulfi regis & Heriberti comitis ſimultas 174.a.176.a
Rodulfi & Henrici regis colloquium 193 a
Rodulfi regis expeditio in Nortmannos 159.a. 167.a.170.a. vxore 160.a. morbus 165.a.194.a. mors 194.413
Roliacus minor 15
Rollo Normannorum princeps 170.a
Rollonis filius 176.a
Roma obſeſſa 190.a.a
Romana linga cõſcriptũ ſacramentum 353
Romana Synodus apud S.Petrum 248.a. 81.a
Romanoreuilla 423
Romericus mõs 254.376 vide *Rumericus*
Roruc Nordmannus in Daniã redit 66.a. trãsfuga & pirata in fidem recipitur 55.a
Rorico Laudunenſis epiſcopus 244.a.264.a. 276.a
Rorichus ſuſceptus 113.a
Roſciliona 295
Roſelmus Teate præfectus 15.a. 54
Rotbertus comes Nortmannos ſuſcipit 151.a. 152.a
Rotbertus Heriberti comitis F. 263.264.a.266
Rotbert⁹ monach⁹ 94.a
Rotbertus rex conſtituitur contra Carolum Simplicem 155.a. in prælio cadit 157.a
Rotberti regis pactũ cũ Hẽrico & Lothariẽſi-

bus 156.a. vide *Robertus*
Rotbertus Hugonis F. rex 298.a. vide *Robertus*
Rotbertus Trecaſsinorum comes 298 a
Rotbertus Treucréſis episco. 228.a. 231.a. 234. a. 261.a
Rotfridus abbas 66
Rotgarius comes 158.a. comprehenſus 208. a dimittitur 209.a. moritur 212.a
Rotgarius Laudunenſis comes 174.a
Rotgarij filij Lauduni cuſtodes 176.a
Rotgari⁹ Erluini F. 263.a
Rotgarius Treuirorum præſul 161.a
Rotgaudus Lãgobardorum dux rebellis 21
Rothildis alodes 179.a
Rothomagenſis pagus à Pariſiacis vaſtat⁹ 169.a
Rotomagenſis archiep. VVenilo 379
Rotmarus abbas 255.a
Rubea villa 177
Ruinus Normannorum princeps Chriſtianus factus 418
Ruitſtri 226
Rumericus mons 241. vide *Romericus*
Ruodgaudus Italiæ regnum affectans interficitur 7.a
Rura fl. 156.a

S

Sabaria 58
Sacramentum Romana & Teudiſca lingua 355
Sacramenta fidelitatis aliquot 404
Sala fl. 138.a
Salburgenſis epiſcopus Heroldus 235.a
Salmontiacum villa 16. 6.a
Salmoringum 378.
Salodorum 376.
Salomon Britannorum dux 388
Saltz villa regia 17.a.36.a 43.a.46.a.47.a.56.167. 227
S.Saluius 378
Sanctus Geraldus 419
Sancti, quęre in ſingulorũ nominibus propriis
Sãctorum corpora 344
Sanguis Chriſti repertus 17.a

Sanguis pluuia 115.a
Sanila Gothus 212
Saponariæ ſuburbium Tullenſe 379
Sara fl. 155.a
Sarachouua ſuperior 377
Sara iichouaia ſubterior 377
Saria 17.a
Sarraceni Alemanniam prædantur 196.a. Alpes obſidẽt 180.a.190.a.203.a.208.a.253.a Auennionem capiunt & funduntur 2.a ſubmergũtur ibid.a.à Frãcis victi 49.cæſi 181.a. Francos ſuperant 10.a. euocati ſternuntur 2.a
Sarracenorum pax reiecta 196
Saracenorum tres reges ad Carolum M.veniũt 24
Sarracenorum rex Abdiram 2.a. 36.a.a. Athirua 2.a
Saugonna 365
S. Sauini monaſterium 185
Saxonia vaſtatur 11.a.tota ſubacta 8.a
Saxonia orientalis Sorabis contigua 31.a
in Saxonia XXIII. villæ cœlitus crematæ 32.a
Saxones vaſtant Bazzoarios 1.a.Francorũ confinia diripiunt 18. 6.a. cæſi 7.a.23.25.29.30.31.44.45.victi 2. 9.a. 8.a. 20. 21. omnes in deditionem accepti 46.fidem promittunt 26.rebelles 21.25.28.30 ob rebellionẽ puniti 3. 4. 6. 8.12.a. Carolo M. obſides dant 6.a. Chriſtiani effecti Frãcis ſubduntur 7.a. Saxones baptizati 23.24 deficiunt 10.a. ſubigũtur ibid. tributarij effecti 3.a.5.a
Saxones Stellingi rebelles 373
Saxones Tranſalbiani vaſtantur 16.a.in Franciam tranſlati 17.a.57
Saxonum idolum deſtructum 6.a. triplex ordo 361. motus contra nobiles 361. 362. &c.ſtrages 138.a

Saxonum & Francorum ſeditio 121.a
Saxonum & Thuringorum belliũ ciuile 143.a
Saxonibus ius paternæ hereditatis reſtitutum 194
Saxonici belli tẽpus 172
Scaiuingi 30
Scalaiugatus tyrannus 66.a
Scalta fl. 137.a
Scara 17.19
Scarponinſe 378
Scladiſtad villa 21
Sclagamarus Marahenſium dux 105.a
Sclaomir Obodritorum dux ad Danos deficit 27. a. exilio damnatur 29.a.209.reſtitutus & baptizat^o moritur.31.a
Sclaui Boemanni 17.a. ſiue Behemi 96.a
Sclaui Dalmatij 138.a
Sclaui Marahenſes 107. a.ſiue Margenſes 51.a. 64.a
Sclaui Linones & Siuſli 131.a
Sclaui in Pannonia ſedentes 37.a
Sclaui VViltzi ſubiugati 9.a
Sclaui orientales deprædati 117
Scotti Danos ſuperant 25.a. Normannos cædunt 77.
Scudingum 377
Scuta picta 444.449
S. Sebaſtiani oſſa & miracula 36.a.& 228.
Securitas 479
Seditionis auctorũ pœna 94.a
Seguſiana vallis 82
Seline 377
Sennones 378
Senonis eccleſia S. Columba 194.a
Senonenſis archiepiſcopus Anſegiſus 297.a. Ebbo 296.a. Egil 297. a. Emmo 269.a. Euuardus 297.a. Frotmundus 208.a. Gerlandus 208.a. Hieremias 297.a. Vulfrandus 296.a. VValterius 297.a. VVenilo 297. a.379.
Senonicus pagus 308
Sentiaca villa 47.a
Septimania 82.84
Septimaniæ nobilium

querela 272
Sepulcri dominici claues 52
Sergius Papa 48.a
Serlus latro 199.a
Sertis Tomolatum 15
Setricus Rex paganus 215.a
Seulfus Remenſis archiepiſcopus 155.a.171.a
Sigahardus Fuldenſis abbas 110.a
Sigefredus Danus 75. 24.a
Sigifridus Normannorum rex fœdere cum Carolo rege inito baptizatur 144.145.a
Sigefridi regis nuntij 28. legati ad Ludeuicum regem 113.a
Sigefredus Normannorum dux 441
Sigiboldus clericus exilio damnatus 236.a
Sigiburgum obſeſſum 79.a.captum 6.a.20
Sigitardus Comes exauctoratus 78.a
Sigo Beneuentanus dux 208
Signualdi mons 304
Silli locus 60
Simeldingi 20. a. vide *Smeldingi*
Siluanectenſis vrbs obſeſſa 228.a
Siluanectẽſe ſuburbium ſuccenſum 247.a
Siluanectenſium comes Bernardus 221.a
Siluanectenſium præſul Adelelmus 196.a. Bernuinus 196. a. Iuo 243.a
Silueſtre abbatia 376
Sinciacus 358
Sineſcalcus 32
Sinefelde 10.a.ſeu Sinitfilt 44
Sinlendi locus 196
Sinric Danorum rex 472
Siſcia ciuitas 32.a
Siſinnius Taraſij frater 48.13.a
Siuſli 97. a. deficientes ſubiugantur 118. a. vide *Suiſli*
Skidnosburg 31
Slietrop 57
Smeldingi 21.a.65. vide *Simeldingi*
Smeldingorum ciuitas expugnata 68
Solcratus Arelatẽſis dux

50.a
Solis eclipſis 8. a. vide *Eclipſis*
Soles tres viſi 155.a
Sollemniacum monaſterium 185
Solocenſe 377
Solomonis epiſcopi parochia turbata 52.a
Sorabi 8. a. Saxonibus contigui 31.a. cæſi 138.a. in deditionem accepti 99.a. inobedientes compreſſi 26. a. 118. 197. ob crebras in Frãciam excurſiones domiti 58. a. Dalmatiæ partem obtinuerunt 32. a. Thuringios vaſtant 97.a
Soraborum dux Miliduoch interfectus 18.a
Sorabici limitis dux Thachulfus 54.4
Sorabici limitis reſpub. turbata 72.a
Sparnacum 271.a.272.a. ſiue Sparnau caſtrum direptum 153.a
Spedonna 344
Spirẽſis epiſcopus Rainbaldus 234.a
Spirenſis pagus 104.a
Spiritus maligni nequitia 73.a
Spoitimar Boemus 109.a
Spolitanus dux VVinigiſus 13.a
Stabulaus 141
Stampenſis pagus 308.
Stangfurd 30.
Starchandus Eiſtancienſis epiſcopus 235.a
Stellinga 362. 263. 368. 373
Stephanus Aruernorum præſul 250.a
Stephanus Camaracenſis epiſcopus 166.a
Stephanus epiſcopus 10.a
Stephanus Papa 5. auxilium à Pippino petit 4.a
Stephanus Diaconus papa 26.a. 211. Ludouicum pium inuiſit 109. 198. moritur 27.a. 200.
S. Stephani Strasburch 376
Stiuarium, al. Stiuagium 376
Strabo Augienſis abbas 93.
Stramiacus locus 267
Strasburg 47.a. 351. vel

Straſtburch 376. vide *Argentoratum*
Sturia fl. 70
Suabi 61.a
Suentiſium 377
Sueſsionæ in baſilica S. Medardi oſſa S. Sebaſtiani condita 36.a
Sueſsionenſis epiſcopus Abbo 168.a. VVido 199
Sueſsionicus pagus vaſtatus 189.a. tempeſtate afflictus 175.a
Sueſsionenſis ſynodus 209.a
Sueſtre abbatia 376
Suiſli deficientes comprimuntur 131.a. vide *Siuſli*
Suldum 378
Sumniacum 378
Sundtal 8.a
Suniuacum 378
Syluester Papa 427
Synodus Græcorum falſo ſeptima, damnata 10.a.44
Synodus Aquisgrani 29.a. Colonienſis 103.a. Franco furtenſis 10.a.43. Ingelheimenſis 234.a Moguntina 51.a. 59.a. 67.a. apud S. Macram 194.a. Meldenſis 269.a. Metenſis 18.a. in Pōtigone 297.a. Ratisponenſis 42. Romana apud S. Petrum 248.a. Sueſsionenſis 209.a. apud S. Theodericū 257.a. Treuirēſis 241.a. Trosleienſis 151.a. 166.a. 175.a. Tullenſis 379. Valentiana 6.a. 15. Virdunenſis 231.a VVormacienſis 95.a. 15

T

Tabamuizil Obodritorum dux rebellis 79.a
Tado Mediolanenſis archiepiſcopus 84.a
Taraſius Conſtantinopolitanus epiſc. 13.a
Tarentaſia 82
Tarracona 176
Taruuanenſis præſul VVifredus 193.a
Taſsilo Pipini nepos 5.a. Baioariæ dux conſtituitur 4.a. 36. fidem promittit Carolo

38. 27. 7.a. deponitur 8.a. monachus ſit 39.
Tauriacus vicus 336
Teate capta 15.a. 55
Teate præfectus Roſelmus 15.a
Tectis diſtrictum 377
Tẽpeſtas terribilis 67.a
Teoctiſe 12.a
Teodericus rex Francorum 2.a
Teotmalli 29
Terræmotus 32.a. 40.a. 95.a. 110.a. 141.a. 234.
Terræmotus Aquiſgrani 38.a. Cameraci 156.a. in Italia 53. per Italiam, Galliã & Germaniã 15.a. Mogontiæ 63.a. 68.a. 76.a
Teruunenſis 156
Teſtebrant 376
Tetbaldus Ambianenſis epiſcopus 229.a. excõmunicatur 243.a
Tetbaldus Comes 226.a. 264. a. 269. contra regem Ludeuicum 221.a. Codiciacum occupat 250.a. excommunicatur 240.a
Tetbaldus comes de Lauduno 231.a
Tetboldus Carnotenſis Comes 413
Tethardus Hildinesheimenſis epiſc. 234.a
Teudiſca lingua conſcriptum ſacramentũ 353
Teudolus Turonenſis epiſcopus 189.a
Texãdrus comitatus 378
Thachulfus Sorabici limitis dux 54.a. vide *Trachulfus*
Tharſatica Liburniæ ciuitas 13.a
Thegan Treuirẽſis chorepiſcopus 93
Theobaldus Alamannorum dux 3.a
Theoctiſtus Nicetæ legatus 46
Theodenhoue palatium 40.a
Theoderic⁹ comes 247.a
S. Theoderici monaſterium 209.a
Theoderici caſtrũ 159.a. 190.a. 191.a. 196.a. obſidetur 188. a
Theoderici caſtri turris cõflagrat 166.a
Theodo abbas S. Martini Turonenſis 39.a
Theodonis villa 18. a.

30.a. 53.a. 368. vide *Thiotonis*
Theoduadus pal. 189. vide *Theotuuadum*
Theodulfus Aurelianenſis epiſc. 116. 189. 206
Theophilus presbyter 13.a. 48
Theophilactus epiſcopus 10.a
S. Theotfridi monaſterium 185
Theotgaudus Treuerēſis archiepiſcopus excōmunicatur à Papa 81. excommunicat Papam 87. a
Theotilo Turonēſis pręſul 223.a
Theotricus Mimidenſis epiſc. 62. a
Theotuuadum palatium 122. 168. vide *Theoduadus*
Theudo Taſsilonis F. 38. 40
Theutperga vxor Lotharij 84.a. 92.a
Thiota pſeudoprophetiſſa 52.a
Thiotmellie 8.a
Thioto Fuldenſis abbas 66.a. legati munere fūctus 75.a
Thiotonis villa 48. a. vide *Theodonis*
Thraſco Obodritorum dux interfectus 21.a
in Thuringia ceſpes ingens tranſlatus 31.a
Thuringiorum antiqui termini infeſtati 97.a
Thuringorum & Saxonum ciuile bellū 145.a
Ticinum octies tremuit 40. a
Ticliuinni 378
Timotiani 208
Tolnera fl. 15
Toloſanus dux Chorſo 162. 165. VVilihelmus 165
Torciacum 15
Tortoſa 176. 181
Tracholfus Sorabus 69.a
Trachulfus Sorabici limitis dux moritur 118. a. vide *Thachulfus*
Traſco Obodritorū dux 68.a. interfectus 69
Traſugo Obodritorum dux victus 12. a
Traiectū 301.a. à Nortmannis direptū 140.a
Traiectenſis epiſcopus Baldricus 235.a. Hun-

garius 81.a
Trecæ ciuitas obſeſſa 266.a
Trecarum comes Heribertus 295.a. Rotbertus 298.a
Trecaſsinus epiſcopus Anſegiſus 167.a.Helias 266
Trectis diſtrictum 377
Treſtebant 376
Treueris 376.156
Treuerēſis vrbs à Nordmannis incenſa 142.a
Treuirenſis epiſcopus Amalharius 25.a. Berthulfus 103.a.Héricus 262.a. Hethius 282. Ribbitto 17. a. Rotbertus 228.a. Rotgarius 161.a. Theotgaudus 81.a
Treuirēſis ſynodus 241.a
Triacum 15
Tricaſinus pagus 308
Tribuere villa 105. a. 121.a
Triburæ 275
Tridentina vallis 40.a
Troſleienſis ſynodus 151. a.166.a. 175.a
Tuduin Hunorum princeps ſe Carolo M. ſubdit 11. a. 44. baptizatur 11.a.45
Tulpiacū captum 170.a
Tullum 378
Tullenſe 378
Tullenſis pagus 308
Tullenſes epiſcopi Drogo & Goſlinus 152. a. 231. a
Tullenſis ſynodus 379
Tumbæ 377.378
Tunglo Soraborum dux 226
Tungri 378
Tungrenſis epiſcopus Farabertus 235.a. 225.a. Richarius 152.a.188.a
de Tungrenſi epiſcopatu contentio 149.a
Turmodus Nordmānus 215.a
Turonum 181. a. ciuitas à Nordmannis direpta 61.a
Turonēſis abbas S. Martini 39.a
Turonicus comes Bug. 23.a
Turonenſis archiep. Erardus 379. Robertus 182.a. Theotilo 223.a. Teudolus 189.a
Turonenſis ſynodus 78.

25.a
Tuſciacum villa, 199.a
V
Vadala monaſterium 185
Valentiana ſynodus 6.a. 15
Valentinianus imp. 6
Valentinus Papa 229
S. Valericus 293.a
Vallis cluſæ 376
Vaſcones rebelles domiti 197.212. vide *VVaſcones*
Vaſconum inſolentia cõpreſſa 173.182. 183
Vaſconum habitus 164
Vaſſi 162
Vaſnacum 15
Vaſtrada Caroli Magni vxor 8.a. eius mors & ſepultura 10.a. vide *Faſtrada*
Vcetia 378
Vcetium 378
S. Vedaſti monaſterium 196.a
Velſatum 378
Venetia ſubacta 71. Nicephoro imp. reddita 23.a
Venetiæ dux VVilericus 59
de Vera monaſteriũ 185
Verinharius comes honoribus priuatus 92.a
Veromandẽſis pagus 191 a.vaſtatus 222.a
Verſatum 378
Veſontium 378
Victoriacum caſtrũ 255. captum 179.a. Boſoni redditum 180.a proditione receptum 181.a
Vidula fl. 152.a.183.a
Vienna 181.a.378. Rodulfo regi deditur 188.a
Viennæ princeps 250.a
Viennẽſis epiſcopus Bernardus 268
Viennenſe 378
Viennenſis prouincia 179.a
Vigurrus 28
Villa Rubea 177
Vinciacum 1.a
Vindeniſſa villa 210.a
Vini vbertas 276.277.a
Virciniacum villa 26
Virdomadenſis 156
Virdunum Galliæ ciuitas 48.a. ſeu Viridunũ 135.378
Viriduninſe 378
Virdunenſis comes Godefridus captus 290.a

Virdunēſium epiſcopus Dado & Hugo 162.a
Berengarius 204. a. 234.a
Bernuinus 172. a
Virdunenſis ſynodus 23..a
Virgilij verſus 127.131
Virlincum caſtrū 192.a
Viſacum 15
Viſurgis, ſiue VViſuracha 61.a
Vitriacum 210.a
Viutoriæ 378
Vlciacum 15
Vlma Alamanniæ villa 68.a
Vlto 449
Vngari Aquitaniā graſſantur 252. a. Frāciam depopulantur 196. a. 413. 414. Italiam deprædantur 248.a.ad fidem conuerſi 427
Vngenſis 156
Vodo Aurelianenſiū comes 39.a
Voerta 419
Vozinſe pagus 150.a. ſiue Vozinſis pagus 172.a. vel Vonzinſem 172.a
S. Vrſus in Salodoro 376
Vrta fl. 177.378
Vtaria ſupellex 212. de
Vltera monaſterium 185
Vto comes exauctoratus 78.a
Vtrech 376.
Vtta 327
Vulfrandus Saxonum archiepiſcopus 296.a
Vulfoldus Carnotenſis præſul 270.a
Vulgrin⁹ Egoliſmēſis 417
Vurdēſis epiſcopus Mirnegardus 231.a
Vurm Normannorum princeps 143.a
Vzotia 378

VV

VVactæ 289
VVaifarius Aquitaniæ dux 4. a. tyrannidem exercet 5. a. interficitur 6.a
VVala Corbeiēſis abbas 266.239
VVala ſummo loco apud Carolū Magnū 190. Ludouico Pio reconciliatur 262
VValah Mettenſis epiſcopus 142.a
VValesheim pagus 134.a

VValbertus

VValbertus Nouiomenſis epiſcopus 186.a.idē VValibertus 196.a
VValehra inſula 40.a
VValdo abbas exauctoratus 78.a
VValdrada Lotharij imp. vxor 84.a.concubina Lotharij imp. 72.a
VValdradæ filius Hugo tyrannus Galliæ 137.a
VValdricus Autiſiodorenſis epiſcopus 189.a
VValdus rebellis capitur 14
VVallagiæ præfectus 162
VValleburgis reliquiæ 173.a
VVallo caſtri Theoderici cuſtos 188.a. in vincula coniicitur 196.a
VValterius a Ludeuico rege deficit 255.a
VValterius Senonenſis archiepiſcopus 297.a
VVāgionum ciuitas 66.a vide *VVormacia*
VVangionum epiſcopus Bemharius 20.a
VVarenſis 156
VVarnarius comes 191
VVarnerius comes cæſus 167.a
VVarana fl. 31
VVaraſch 377
VVaſcones perfidi domiti 26.a.à Pipino ſubacti 29.a. vide *Vaſcones*
VVaſſoi 378
VVaſſiticum 345
VVaſtfalai, vide *VVeſtfali*
VVaſtinenſis pagus 308
VVaurenſe 378
VVelfus Bauarorum dux 117
VVenedorum vrbs magna 250.a
VVenilo Senonen. archiepiſcopus 297.a. accuſatus 379
VVenilo Rothomagenſis archiepiſc. 379.386
VVerimbria 236
VVerinus comes Cabillonum munit 256
VVeſtarfolda 78
VVeſtfali victi 8.a. conquiſiti 26
VVicfredus Colonienſis epiſcopus 234.a.257.a
VVicfredus Morinenſis epiſcopus 241.a.243.a
VVicfredus Taruuanenſis præſul 193.a
VVidikindus rebellis 8.a.24.28.baptizatus 32.

Non

vide *VVittokint*
VVidricus Metenſis antiſtes moritur 174.a
VVido Autiſiodorenſis epiſcopus 189.a.247.a. 268.a
VVido comes 49
VVido Hugonis Italiæ regis frater 177.a
VVido Sueſſionẽſis præſul 199.a.257.a. 240.a. 242.a
VVigericus Metenſium epiſc.160.a
VVihomarcus Britto occiſus 34.a. 217. vide *VVinemarchus*
VVikardus Baſilienſis epiſcopus 235.a
VVilarenus Venetiæ dux 67.
VVilericus Venetorum dux 73
VVilgericus Mettenſis epiſcopus 161.a
VVilihelmusToloſæ dux 165
VVillebertus Rotomagenſis archiepiſcopus 168
VVillibertus colonienſis archiepiſc. 100.a.128.a
VVillelmus Aquitaniæ dux 157.a.Rodulfo regi ſe committit 162. 163.a. à rege deficit 173.a.obit 175
VVillelmus caput ſtuppet 424.
VVillelmus Nordmannorum princeps 201.a Chriſtianus 424. Ludeuici fidei ſe cõmittit 204.a.Ludouicum regem ſuſcipit 212. a. Rodulfo regi ſe dedit 188.a. dux interimitur 213.a
VVillelmus Pictauenſis 206.a.212.a.250.260.a
VVillelmus ſector ferri 422.423.425
VVilze locus 41
VVilzi Sclaui 21.a. 65. ſubiugati 9.a.
VViltzorũ de regno controuerſia ſedata 218.
VVimuadi 57
VVinemarchus Britto perfidus 224.vide *VVihomarcus*
VVinigiſus Francus 40.
VVinigiſus Spolitanus dux 13.a.captus 16.a.56
VVinzella villa Moguntinæ parochiæ 57.a

VViruindus abbas 13.a
VVirzinburg 43
VVirtziburgenſis epiſcopus Poppo 234.a
VVitiha emporium ad oſtium Moſæ 40.a
VVittikint Saxo baptizatur 8.a. rebellis 7.a. vide *VVidikindus*
VVitiſlan Boëmus 109.a
VVitto dux 14.a
VVitzan Abodritorum princeps 8.a. 41. 44. occiſus 11.a
VViztrachus dux tyrannus 66.a
VVizzunburg 354
VVolſaldus Auſtriæ dux pag 1.a
VVolfoldus Cremonenſis epiſcopus 206.idem
VVoluodus 116
VVormatia 126.a. Vangionum ciuitas 260
VVormatiæ & Mettis diſtantia 368
VVormatiæ conuentus generalis 38.a
VVormatiæ S. Petri domus cælitus incenſa, & muri euerſi 110.a
VVormacenſe palatium incenſum 9.a
VVormatienſis epiſcop. Aſius 69. Bemharius 20.a.Richoo 234.a
VVormatienſis ſynodus 15.95.a

Z

Zabarna 351.ſiue Zabrena in pago Eliſatio 160.a. euerſa 161.a
Zacharias Papa regnum Francorũ trãsfert 4.a.5
Zacharias presbyter legatus 14.a
Zaddo Barcinonę pręfectus 171. comprehenſus 172
Zatun Barcinonæ pręfectus 11.a. 46. 54. exilio damnatus 15.a
Zuentibaldus Raſtizis nepos 98.99.a. vna cũ regno ſe Carlmanno tradit 101.a. infidelitatis accuſatus cuſtodiæ traditur 105.a.in regnũ reſtitutus fidem fallit 106.a. Baioarios inuadit 110.a. iterum fidem promittit 120.a
Zuuentiſlan Boëmus 109.a

BIBLIOTHEQUE ROYALE

# Errata operarum grauiora quæ inter percurrendum occurrerunt, ſic corriges.

## Parte I.

Pag. 10. lin. 19. lege Faſtrada. 18. l. 5. conceſſus. 22. l. 26. boũ peſtilentia. 25. l. 8. monaſterij Nonantulæ. 26. l. 18. popularium. 28. l. 7. apud Ingilheim. & lin. 12. excæcatus. 32. l. 5. Ebo Remorũ. 34. l. 10. Auguſtodunenſe. 36. l. 1. Georgius. 45. lin. 8. vltra Moſam. & lin. 11 Furonis. 50. lin. 12. Hlutarius. 55. lin. pen. & vlt. iure, beneficij t. p. o. Imperatoris. 66. lin. 20. Danorũ. 78. lin. 5. forconſiliabo. 81. lin. 4. Aderant. 90. lin. vlt. Coloniæ ciuita. 107. lin. 18. Regi reconc. 122. lin. 15. coniugibus. 126. l. penult. minitans. 135. lin. vlt. Erambertum. 177. l. 23. Rotgarij. 178. l. 5. Odalrico. 186. l. 12. Epiſcopium. 200. l. 8. VVitberto. 209. l. 4. Remẽſis. 2 0. lin. 4. dele punctum. 213. lin. vlt. VVillelmum. 225. l. 19. ignis. 295. lin. vlt. Hauvidani.

## Parte II.

Pag. 4. lin. 26. ad fratrem iam regẽ. 9. l. 16. Leodegarius. 32. l. 13. Sineſcalco. 92. l. 2. μνήμης. verſ. 22. σύμμαχοι. 113. lin. 17. ſuperficie. 118. l. 7. ſepem. 120. l. 13. Ambianenſi. 133 l 12. Berengarium. 148. poſt lineam 16. inſcribe Titulũ, Præceptũ domni Ludouici Imp. de diuiſione inter filios. Quod ſequitur, eſt ex alio exẽplari. 185. quæ continentur a linea 7. ad 14. deſunt in quibuſdam exemplaribus. ibid. lin. 22 [illegible]ollemniacum. & lin. 27. Anianæ. 186. lin. 17. al. imperia dum ei. 229. lin. 23. repone. Imperator porro Compendio annua ſuſcipiens dona, his compertis, ad ſupradictam marchã tuendam auxilia deſtinauit, & vſque ad hiberni tempora, venationi, &c. 241. lin. 2. Chonradum & Rod. 250. lin. 8. patrẽm ſuum. 251. l. 15. ſubſtituit. 256. lin. 27. Gotſelinus. 297. lin. 6. adportionem. 328. lin. 21. ſupra Comitem. 354. lin. 25. in qua præf. 368. l. 21. parte. 379. lin. 11. VVENILONI. 390. lin. 4. ROM. 392. l. 20. caliginoſi. 401. quæ ſequuntur poſt lineam 6. vt ex alio exemplari, ſeparanda ſunt à præcedentibus. 414. l. 2. Gerbergam. 418. lin. 26. Ademarus autem. 420. lin. 21. regnauit. 431. lin. 23. Neuſtrium. lin. 24. qui Autiſiodorẽſis dicitur, Lut.

Cæteia, Lector, aut emendabis, aut feres.

Scriptores latini coaetanei aut veteres
qui ad Capetingenses regum [redacted] regum
historiam pertinent nondum editi sunt.

~~Odone~~ - - - -

Glabri Rodulphi coenobii Autissiodoren. S. Germani
post Cluniacensis monachi ad Odilonem abbatem
Cluniacensem historia libri quatuor
ab anno 90 vel potius ab anno Christi Millesimo qui fuit
Roberti regis XIII ad annum M XLV.

Helgaldi Floriacensis monachi Vita Roberti regis.

\+ Odorannus monachus S. Petri Vivi Senon. de Roberto rege.

Reliquum fragmenti Lemovic. sive Aquitanicae historiae
ab Hugone rege ad annum M XXVIII.

~~Reliquum~~ Floriacensis exstantis vitas regum breviter
describens continens ab Hugone ad annum M C X.

Sugerii abbatis S. Dionysii ~~historia~~ Ludovici grossi regis
ad Gostenum Suessionem Episcopum

Gesta Ludovici regis Ludovici grossi F. sive Continuatio eiusdem
Sugerii

M. Rigordi natione Gothi professione physici regis Francorum
Chronographi et B. Dionysii clerici. ~~[illegible]~~ Annales
Philippi Augusti regis ab anno M C LXXIX ad M CC XXIII.
ad Ludovicum eiusdem F. regem Francorum.

Guillermi Britonis Armorici Philippidos sive de
gestis Philippi magnanimi a Deo dati Francorum regis.
libri XII ad Ludovicum eiusdem F. primogenitum et
Karolum thesaurarium eiusdem etiam regis filium

Continuatio monachi et fortassis Guill. de Nangis ab anno 1223
ad ~~[illegible]~~ S. Ludovicum

Fr. Guillermi de Nangis ecclesiae S. Dionysii monachi
de gestis ~~[illegible]~~ S. Memoriae Ludovici regis, ex Gilonis
de Reims commonachi et Fr. Gaufredi de bello loco ordinis
praedicatorum et aliorum quorundam scriptis ad annum

Eiusdem Gaufredi de bello loco ~~[illegible]~~ (vel quidam Simon visum)
ex Simone ~~[illegible]~~ extra ~~[illegible]~~ sunt To. 4 hist. sanct. pag. 926. 25 Aug.
Sed et epistola regis epistola quaedam To. 6 pag. 1160. 24 Dec.

Eiusdem Guilli de Nangis de gestis Philippi III. 
s Ludovici F. quae audaci cognominatus est.

De sacro bello siue de expeditionibus
Hierosolimitanis.

A. ... clericus — Gutbertus

habeo — Baldricus Burgulienses abbas post Dolensis Archiepus scripsit anno 1130

habeo — Epistola Prelatis et Baronibus quaedam mutatis ... comitis Godefroi

Fulcherius aut potius Fulcherii Carnotensis Balduini ... capellani ... ab anno 1095 ... 

de diuers fris — ... ad capturam ... 1125. W. Grassegali

nunc Vallarensis patriae, miles optimus. Ecclesiae B Mariae

Ameriensis decoravit ... qui et ipse bello interfuerat, obtulit.

Ludovico rege Francorum ... et Aquitaniae duci

victoriosissimo prefatus ... Folchero ... 

...

Robertus Remensis monachus ... Basil. 1533 ...

hab — Genealogia Regum Francorum varia

D. Agobardi Lugdun. Epi. de Karolo magno
sub quo vixit versus ex Bibl. a ... Lugd. ...
vita B. Cypriani ... praescripta.

Aurea caelorum postquam de virgine proles
Sumpserat apta sibi mundi pro crimine membra
814 Jam decimus quartus post centos octo volebat
Annus, multaque meruit quo fenda sedi
Accepisse, Karolus Francorum gloria gentis
Aequora transire et plaudere comprendere poli.
48 Cui decemque quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens regni et regno rex regni refulgens
V Kl. Mart. 24 feb. Febro migravit quinto ante ex orbe kalendas.
Septuaginta senex vita qui terminat annos
Quapropter flagito precibus sit flectens ulli
Quique brevis relegis versus epigrammata lector,
Aetheream Karoli teneat, dic, spiritus arcem.

Oratio Ep̄i Moguntinensis ad Pipinū

Galli omnium ordinum consensu hoc diadema regium cum onere tui honoris insigne, capiti tuo mea manu inferunt, teque spoliis Childerici exornant, cuius non familiam aut maiorum memoriam, sed perditissimos mores oderunt: tua virtutis lucem suspiciunt et amant. Quod si tantum lumen in te exstingui superbia, aut obscurari ignavia senserint, quid de te illos facturos putas quorum beneficio stabis, qui in eum qui suo iure non alieno beneficio regnum obtinebat, tam saevum exercuerint iudicium? Disce igitur Pipine alieno exemplo et experiendo regem agere, hoc est, omnem curam et cogitationem in salute populi tui collocare.

Ce discours se trouve au premier volume des Instructions appelées la collection de M. Dupuis, laquelle est presentement chez M. le President de Menard.

D Agobardi Lugdun. Epi de Karolo magno
sub quo vixit versus edit a Cyprino Lugd. cum ...
vita B Cypriani et Poenitentia.

Aurea caelorum postquam de virgine proles
Sumpsere apta sibi mundi pro crimine metra
Jam decimus quartus post centes octo volabat
814 Annus, multaque merito quo flenda serli.
Asthorei; Karolus Francorum gloria gentis
Aequora transire et plaudit comprendere potuit.
Cui decies que quater per sex feliciter annos
48 Sceptra tenens regni et regno rex regis reiunges
V Kt Mart 24 feb. Febro migravit quinto aris ex orbe Kalendas,
Septuaginta senex vita qui terminat annos
Quapropter flagito precib si flectens ulis
Quique brevis relegis versus Epigrammata lector,
Aeterna Karoli teneat, dic, spiritus arcem.

Oratio Epi Moguntinensis ad Pypinum

157

Galli omnium ordinum consensu hoc diadema regium cum omnis tui honoris insigne capiti tuo mea manu inferunt, teque spoliis Childerici exornant, cuius non familiam aut maiorum memoriam, sed perditissimos mores oderunt; tua virtutis lucem suspiciunt et amant. Quod si tantum lumen in te extinguat superbia, aut obscuret ignavia senserint, quid de te illos facturos putas quorum beneficio tibi, qui in eum qui suo iure non alieno beneficio regnum obtinebat, tam saevum exercuerint iudicium. Disce igitur Pypine alieno exemplo apprehendo regem agere, hoc est, omnem curam et cogitationem in salute populi tui collocare.

Pipinus ab Harstallio sive harstalio
ducatus quod in ~~oppido~~ Ioppillio qua est
Herstal Harstalium sive, habitans cum Alpaida concubina
here lagren Gertrudam vero uxor Colonia Agrippina in
palatio ducum quod et capitolium dicebatur.
Unde et canobium quod eodem loco extruxit S.
Mariae ad Capitolium appellatur.
Vide Vita Suidberti Epi To. 2.
Messe Martio ubi multa de Pippini familia
~~De~~ B Arnulphi pro apia - To. 4. 115 - 723 - 729.
De Juditha Lud pii uxore In Vita Friderici
Traiect. To 4. pag. 239. 18 Jul. ex eodem
Ecclesiae libro.

Ex Episcopali Ro. potuerunt plura addi
sed et ex Chronic Casinensi

De bellis nostri … contra Saracenos, et Arabes
Vide lib 2. Ludovici de Marmol Granaten de Africa descript.